Papa an poſſit diſpenſare ſuper matrimonio. 86.152.& 161

Papa debet id prius facere quod alijs iubet 448.149

Papa poteſt diſpenſare cum coniugato ut beneficium ſimplex tenere poſſit 88.154

Papa magiſtraliter loquens poteſt communem opi. confundere, non obſtātibus quorumcunq; etiā doctiſſimorum opinionib. 499.25

Papæ factum Dei factum reputari. 88.155

Papinianus cuius ingenium ab imperatore extollitur mortuus eſt iuuenis. 492.13

Parentum aſſertio de filijs quid operetur 47.56

Parentum vita an filijs nocere debeant 247.16

Parricidij legem quare Solon non tulerit 48.16

Paritas in matrimonio quare ſit attendenda 163.22

Partialitas in ciuitate eſt ſicut uermis in caſeo 461.160

Partialitas iuſtitiam impedire ſolet, per quam tamen iuſtitiam regna conſiſtunt 462.164

Partialitas an ſit peccatū. 416.122

Partialitas opus eſt ſatanæ, quod ab omnibus Chriſtianis in baptiſmo abiuratum eſt 428.134

Partialitatis cauſa communiter eſt fauoris auiditas quæ peſſimæ eſt conſe

consequentiæ 465.188
Partialitatis peccatum qualiter ſit puniendum 461.175
Partiales & factioſi à curijs princi pum ſunt expellendi ne alios inficiant 474.177
Partialis dicitur in tanto animæ periculo eſſe quanto eſt hæreticus. 471.174
Pater ſtuprans filiam indignus eſt nomine patris, quemadmodum filius manus inferens patri indignus eſt nomine filij 48.60
Pater an teneatur dotare filiam ſpuriam 255.27
Patri parcitur qui non patefecerit conſpirationem filij contra principem 48.59
Pauperies ſi læta uenit, ditiſſima res eſt 298.5
Pax certa præualet ſperatæ uictoriæ 649.13
Peccans per iracundiam mitius eſt puniendus 63.94
Peccatoris occulti propalatio potius licentiã inducit peccandi quàm emendæ 263.38
Peccatum fornicationis reperitur, tam in veteri quàm nouo teſtamento punitum 315.27
Peccatum quandoque impedit ueritatis deciſionem, & agnitionem 646.5
Pecunia fideiuſſor eſt futuræ neceſſitatis 212.96
Pecuniam dans pro obtinendo beneficio præſumitur animum habere malefaciendi 614.95
Periuro amplius non creditur. fol. 85.150
Perſona miſerabilis lite pendente poſſit mutare litem 662.38
Perſona quæ per ſe non poteſt ſtare in iudicio an dicatur miſerabilis 661.36
Perſonæ miſerabiles dicuntur eſſe ſub protectione iudicis eccleſiaſtici. 666.44
Perſonæ miſerabili fauendum & patrocinandum eſt etiam ſine ſalario 660.31
Perſonis miſerabilibus nõ eſt in p̃iudiciũ aliarũ fauẽdũ. 660.28
Perſuadere minus malum an ſit licitum ut maius euitetur. 297.3
Perſuaſio nimia quandoq; habetur loco compulſionis 328.39
Picturas curioſè inſpicere uitioſum eſt 211.94
Politiæ gratia neceſſe eſt nubere uel religionem intrare 249.19
Pœna mortis nemo plectendus eſt ex ſolis coniecturis quantumuis vrgentibus 67
Pœna mortis ob crimen debita quibus caſibus poſſit uitari aut in longius tempus trahi 49.62
Pœnæ ſecundò nubentium an hodie ſint in totum ſublatæ 198.78
Pœnæ ſtatutæ contra ſecundo nubentes hodie procedunt contra viduas luxurioſas 173.46
Pœna delinquentium medicinæ appellandæ ſunt 55.73
Poetarum proprium eſt mentiri. 398.101

Pontifices multi hodie ſunt in multis reprehenſibiles, et paucos ſanctos audiuimus in cælis, licet ſanctiſs. uocetur in terris. 449.150
Poteſtatem malis artibus acquiſitã bonis moribus adminiſtrari difficile eſt 472.176
Poteſtatis plenitudo nõ debet exerceri niſi diſcretionis claue præmiſſa 683.58
Poteſtatis plenitudo non extenditur ad iniquitatem 683.57
Puella uel vidua patiens ſe ſtuprari an eo ueniat puniẽda. 252.22
Pulchritudo ſemper eſt in magnitudine corporis, formoſitas in magnitudine et paruitate. 208.91
Pulchritudo non debet virum à nuptijs impedire, imò potius nubenda eſt formoſa quàm deformis 412.117
Preces & pretium æquiparantur. 329.40
Præceptum, non occides, declaratur per ius ciuile 61.86
Pretio aliquam corrumpens, dicitur uim intuliſſe 339.41
Princeps quandoq; plus voluntate quàm ratione mouetur. 681.52
Principis rigor magnum perſæpe patriæ inducit detrimentum. 462.163
Princeps non debent petentium inuerecunda inhiatione ſic conſtringi ut non concedenda tribuant 681.53
Principum indebita reſcripta præſumuntur per importunitatem conceſſa 661.54
Principum reſcripta an ſemper ſint in executionibus obſeruanda. 678.49
Principum negotia ſine ſubditorum odio tractare impoſſibile eſt 455.55
Principibus licet à communi pro pace & repub tuenda gabellas & alia pedagia recipere. 619.100
Prĩcipio malo inchoato, malũ cõſueuerũt exitũ inducere. 228.118
Priuilegij ſcholarium gaudere uolens qualis eſſe debeat. 547.57
Probatio & fides teſtium tota in iudicis arbitrio 638.122
Probatio uincit præſumptionem. 312.23
Probationem, qua reus crimen à ſe diluere conatur, non oportet ſemper eſſe apertam, ut is abſoluatur 52.66
Probatio admittitur contra filium quòd non ſit legitimus, quamuis conſtante matrimonio ſit natus. 47.55
Prodere ſeipſum nemo tenetur. fol. 266.42
Prohibentur multa non quia mala de ſe, ſed ad malum inducentia 362.69
Prolixitas orationis quæ incommoda afferat 10.17
Propalatio virtute literæ monitoriæ facta an poſſit iudicialiter corã ipſo propalante legi. 285.61
Prudentũ & ſapientum dicta non carent ratione, & legis vim habere

bere dicitur 602.82
Prudentis viri eſt unumquodque examinare prout natura requirit 394.96

Q

QVALITAS non eſt ſine ſubiecto, quemadmodum nec motus ſine termino, nec acceſſorium ſine principali 137.230
Qualitas cõiugum quæ eſſe debeat 222.112

R

RARA quæque pretioſa ſunt. fol. 46.52
Ratio eſt naturæ munitio. 497.22
Ratio naturalis quid legibus & veritati afferat 497.23
Ratione adiuncti conſequitur quis ex perſona alterius quod ex ſua non poſſet 663.39
Receſſus à iure cõmuni eſt odioſus, & reditus fauorabilis 658.25
Regina Ioanna decapitari fecit maritum ſuum, quia non erant pares 163.23
Regula ꝙ magis dignum trahit ad ſe minus an procedat etiam non obſtante maioritate minoris dignitatis 664.40
Regula quòd communis opinio eſt ſequenda limitatur ubi eſſet in terminis quæſtionis quæ agitatur 577.72
Regula, Quos Deus coniunxit, &c. patiatur limitationem 89.159
Regula ꝙ ſtãte doctorum uarietate ſequatur cõis opinio, recipit plures ampliationes 524.15
Regula ꝙ communis opinio ſequenda ſit multa limitatiões recipit 555.64
Regulas iuris ignorãs in latã culpam eſſe dicitur, ſecus de fallentiis ſeu limitationibus 656.22
Regulæ iuris in dubio adhærẽdum eſt & pro ea in iudiciis pronuntiandum 656.21
Regulis iuriſconſultorum non ſubiacent quæ ſpiritu Dei acta ſunt. 83.143
Rei unius una definitio eſt. 98.177
Relationem ſecretam propalare an quis cogatur virtute literæ denũtiatoriæ uel monitoriæ 270.45
Reprehenſione dignus non poteſt alios commodè reprehendere. fo. 346.49
Repetitio eiuſdem rei eſt improbanda 10.19
Res iudicata habetur pveritate & tribuit ius nõ habẽti. 625.110
Res publica ſine matrimonio ſtare non poteſt: Spurii enim & naturales non faciunt rempublicam 245.15
Res parui pretii non ſunt uia monitoria exingendæ 276.49
Rerũ diuinarum contemplatio magnũ ſeruo Dei iucunditatem inducit 307.18
Rempublicã melius eſt per diuites regi, ꝗ̃ per pauperes. 408.113
Res citius in pecuniam, quàm pecunia in rem conuerti uidetur. 188.60
Rempublicam defendentibus deſignatus

gnatus dicitur locus in cælo. fol. 433.137
Rem quanque ex fine ſuo indicari. 121.216
Requiſita in iudice ſex ſunt. folio. 612.91
Ruſticum dicere nobilem, aut econtrà indecens eſt & ineptum. 163.25

S

SAcerdotum multitudo eos contemptibiles, eddit 46.52
Sapientum multitudo eſt orbis uigor & ſanitas 548.58
Scholaris debet ſeptem habere conditiones 544.55
Sciẽtiã & diuitiæ vix ſimul poſſideri poſſunt 303.11
Sciẽtia tot habet inimicos quot ſunt ignorantes 451.151
Scientia cuiuſq; rei ex cauſis illius potiſſimum acquiritur 107.199
Scientia in oĩ ætate eſt acquiſibilis nec eſt ætas ad hoc ſera. 546.56
Scientia non acquiritur niſi cum labore & diligentia 540.51
Scientia logicalis non eſt ad iuſtitiæ obſeruationem neceſſaria. 604.83
Scientia dialectices non eſt legiſtæ neceſſaria 605.84
Senectus eſt tantum apta nuptijs, quantũ bruma meſſibus. 156.6
Senes lucẽ experiẽtia, iuuenes aſtutia et ingenij ſagacitate. 494.17
Senes in quo differant à iuuenibus in materia cõſultatiõis. 495.19
Senectus inhabilis eſt ad ſtudium. 488.7
Senex vxorem ducens, dicitur potius mortem ducere, quàm uxorem 155.3
Senectus æquiparatur morbo. fol. 155.4
Seni quare nubere non conueniat. 159.13
Senibus decet uiduitas 166.30
Sententia lata per iudicem pecunia corruptum eſt ipſo iure nulla 621.101
Sententia lata breui tempore præſumitur defectuoſa 623.106
Sententia arbitri contra duos quorũ unus eſt clericus & alius laicus, an virtute cõnexitatis in duobus procedat 665.42
Sententia contra communem opinionem lata non ſemper dicitur iniuſta 577.71
Simulatum nõ ſolet eſſe diuturnum. 207.90
Soboles prima communiter ex ſecundis nuptijs iacturam patitur 167.33
Societatem bonorum eſſe expetendam 30.16
Socius inducens ſocium ad prodigendum bona ſua, tenetur ei uti li actione 30.17
Solutiones ad argumenta quales ſoleãt ab imperitis dari. 103.191
Speciei uni proprium non poteſt alteri ſpeciei conuenire. 125.222
Speculatori adhuc iuueni commiſſa fuit cauſa arduiſſima 493.15
Sperma retentum efficitur uenenum 76.125

Spiritus

Spiritus peruerſus difficilè corrigitur 388.92
Spurij & naturales non faciunt rempublicam 245.15
Stante ſtatuto quòd debeat poſitionibus cum iuramento ſimpliciter reſponderi, poteſt talis reſponſio modificari 279.54
Stante doctoris uarietate cui illius opinionum ſtabitur. 513.26. *uſque ad nu.* 34. & 35
Stante opinionum ambiguitate aut diuerſitate, inſequenda eſt mens legis 644.2
Stante ſtatuto quòd mulier ſuccedat marito in bonis gratia dotis q̄ſitis, nihilominus debet illa reſeruare filijs primi mariti. 197.76
Stante dubio diuerſis vijs vtendum eſt diuerſis cauſis exigentibus. 668.47
Stantibus paribus probationib. quibus ſtandum ſit 657.24
Stāte opinionum dubietate ſtādum eſt ſaniori & ſanctiori, & pugnādum eſt pro veritate. 647.7
Stante ſocietate an filia ſocij dotabitur ex bonis communibus. fol. 203.83
Statutum in uno eorum quæ paribus paſſibus ambulant, ſtatui debet & in altero 102.189
Statutum peccati nutritiuum inualidum eſt 415.121
Statutum quo continetur quemcunque homicidam capite plectendum eſſe, quā interpretationem recipiat 66.101
Statuti diſpoſitio procedere poteſt etiam in caſu ficto ſi caſus uerus & fictus æquiparentur. 387.91
Statutū quòd mulier lucretur augmentum dotis, intelligendum eſt pro parte pro qua dos ſoluta eſt. 196.75
Stuprator tenetur alere & educare prolem eſt ſtuprata genitam. 254.25
Stuprator quibus habeat ſatisfacere 253.24
Stylus Romanæ curiæ fundari ſolet in iure communi 260.32
Subiecta talia ſunt, qualia prædicata demonſtrant 136.229
Superabundantia diuitum & eccleſiarum deberet eſſe fomentū pauperum 191.65
Supplicium pro ueritate pati melius eſt, quàm beneficium pro adulatione 681.51

T

Teſtes in iudicijs producti caueant debent ne partibus, ſed ueritati faueant 631.119
Teſti ſingulari, ſi nobilis ſit, poteſt fides adhiberi 639.123
Teſtatoris uoluntati contrauenieus dicitur pietatis iura uiolare. fol. 654.19
Timor communis iungit ſeparatiſſimus 467.171
Totum infert quamlibet ſui partem 143.233
Tradita in ſcholis diſcutienda ſunt in cameris & practicanda in curijs 534.45

Traianum

Traianum imperatorem eductum fuiſſe ex inferis 89.160
Tutor tranſigere non poteſt de iniuria illata patri pupilli, aut ipſi pupillo, cùm talis iniuria eis de decus affert 39.33
Turpes vxores, macellariorum tabulis aſſimilantur 204.86
Tyranno an ſit tanquam præpoſito diſcolo parendum 466.170

V

VEniæ facilitas malos ad peccandum proniores reddit. 56.75
Veneno aliquem aggreſſus, puniendus eſt, tametſi non moriatur, qui uenenum ſumpſerit. 42.44
Venter mero æſtans facilè diſpumat in libidinem 354.60
Venter pinguis pinguem ſenſum facit 540.52
Verba nonunquam à propria ſignificatione detorquẽda, ut euitetur ſenſus abſurdus 105.194.106
Verba ſecundùm ſubiectam materiam intelligenda 141.232
Verba in diffinitionibus propriè accipi debent 96.180
Verba uno & eodem contextu comprehenſa, ſunt pariformiter intelligenda 102.188
Verborum ſuperfluitas uitanda. 9.15
Verba interpretationem aſſumunt ex natura actus 130.224
Verba ex qualitate eius perſonæ, ad quam diriguntur, temperanda 9.14
Verba oſcura in legendo ſunt euitanda 529.39
Veritas diſputando inuenitur. 2.4
Veritas dicitur in omnibus principatum habere 628.112
Veritas nimium altercando amittitur 1.1
Veritas examinata ſeſe exerit 3.5. & 8.
Veritas omnia uincit, nec ab aliquo lædi poteſt 629.115
Veritatis vix maxima 628.114
Veritas mater ē iuſtitiæ. 628.113
Veritas fuco verborum non indiget 9.13
Veritatem in totum tacere quandoque expedientius eſt quam imperfectè dicere 217.183
Verum non poteſt ex falſis concludi 602.81
Verum præſumitur eſſe, quod communiter accidit 112.210
Vetulā reformare difficilimum eſt, iuuenem autem formare facilè. 169.37
Viciſſitudo rerum iucunda eſt, & nouitas commendationem habet 213.98
Vidua ſecundò nubens habens ex primo uiro filios non poteſt ſecundo marito dare in dotem plus q̃ uni ex filijs primi matrimonij 176.47
Vidua nubens inimico primi mariti maximam defuncto dicitur facere iniuriam 176.34
Vidua pōt impetrare à ſuperiore licentiā nubendi impunè 178.52

Vidua grauius peccat ſe proſtituendo, quam uirgo 171.42
Vidua ſecunda nupta ſemper ſolet primi mariti facta obijcere, licet etiam infeſtiſſimus 171.40
Vidua uel pupillus an paupertate non concurrente dicantur perſonæ miſerabiles 661.35
Vidua dici poteſt illa quæ caret marito licet nunquam fuerit nupta: uel quæ habet maritum ſed inutilem, uel bannitum, uel abſentem 660.30
Vidua tutrix nubendo ſecundo uiro perdit tutelam, niſi defunctus aliter diſpoſuerit 177.50
Viduam ducendo incurritur bigamia, & amittitur priuilegium clericale 170.38
Viduæ, pupilli, pauperum & ſimiliũ perſonarũ cãæ qualiter ſint in dubio decidendæ 659.27
Vir diues, ſanus, carens ſobole propria & fraterna non prohibetur cuicũque uoluerit mulieri nubere 218.104
Vir debet præcauere ſi nubere intendit mulieri alienæ. 216.102
Vir quare timere debeat accipere mulierem formoſam 204.85
Vir nubere uolens cum filia uirgine conſiderare habet ſi ſit bene educata 226.116
Vir uitioſus non põt cõmodè uxorẽ pro æquali uitio redarguere Turpe enim eſt doctori cum culpa redarguit ipſum 382.85
Vir ducẽs diuitem cauere debet ne ob dotis reſtitutionem filios proprios nudet 188.59
Vix uxorem ſibi parem accipiens laudatur, licet cõtrariũ faciens non ſit uituperandus. 406.109
Virginitas mulieris attrahit ad ſe unicorum 395.98
Virgines quare plus appetere dicũtur coitum q̃ uiduæ 171.39
Viris potius aſcribenda eſt inconti nentia q̃ mulieribus 338.47
Viro quandoque expedientius eſt uiduam accipere quàm uirginem 406.110.
Viro ſeni neceſſaria eſt uxor, ſed ſibi ſimilis 406.108
Virtus dicitur tenere medium, & habet duo extrema uitioſa: unũ in deficiẽdo, aliud in ſuperabundando 320.31
Virtus pietatis dicitur ineſſe plus mulieribus, quàm uiris, & ideo illæ dicũtur citius ſaluari quàm uiri 319.30
Virtus ſine pecunia non multum probatur 408.112
Vitæ tenor conſcientiam offendit. 653.17.
Vitijs in mores tranſeuntibus remedium nullũ adhibere poteſt. 84.147
Vitium maius eſt in forma, quam in materia. 108.201
Vitium zelotipiæ multum nocere poteſt in matrimonio 348.53
Viuere ſub tyrannide dicitur qui libere uoce bonum publicum defendere impenditur 461.162

Vocans aliquem bonum hominem poteſt iniuriarū teneri. 373.76
Voluntas teſtatoris potius interpretatur ſecundum ius commune quàm ſecundum conſuetudinem 659.26
Vxor ſequi dicitur uiri ſui conditionem 664.27
Vxor quæ diuertit à uiro propter eius ſæuitiam, nō tenetur redire ad uirum, niſi ille cauerit de non offendendo eam. 40.38.& 42
Vxor cuius qualitatis debet uirum exigere 218.105
Vxor adultera multas, ut ſuas curioſitates & uoluptates impleat, cautelas adinuenit 193.69
Vxoris cædes deteſtabilior eſt quouis alio homicidio 42.43
Vxoris curam habere debent præcipuæ tria genera perſonarum. 375.79
Vxorem ſe accepturū ſi quis ſimpliciter iurauerit: intelligitur mediante dote congrua 43.46
Vxores uiri ſeruire debēt ex præcepto Dei 94.167
Vxorem adulteram dimittens, an poſſit aliam ducere. 69.107.& 123.& 140.& 144.
Vxoratus in multis præferendus eſt non uxorato 241.9
Vulgi dictis non ſemper ſtandum eſt, quia perſæpe ſine ratione loquitur 400.103

INDICIS FINIS.

CLARISSIMI IVRECONSVLTI DOMINI IOANNIS DE NEVIZANIS, CIVIS ASTENSIS,

SYLVA NVPTIALIS:

NVPER AB EODEM AVCTA ET RECOGNITA, in qua ex quæſtione, An ſit utile nubere, pluri mæ quæſtiones in Practica quotidie occurrentes, non dum examinatæ, copioſa breuitate enucleantur.

ARGVMENTA.

1 *Veritas nimium altercando amittitur.*
2 *Clamores immodicus in diſputationibus maxi mè uitandos.*
3 *Diſputationes moderatæ non ſunt improbãdæ.*
4 *Veritas diſputando inuenitur.*
5 *Veritas examinata ſeſe exerit. & num.* 8.
6 *Dubitatio in ſingulis non inutilis.*
7 *Oppoſita iuxta ſe poſita magis apparent.*
9 *Ordinis diligenter obſeruati quanta ſit utilitas.*
10 *Emendans ſubtiliter ab alio factum, non minus eſt laudandus quàm ipſe author.*
11 *Ordinem difficiliorem eſſe inuentione.*
12 *Iuriſconſultum breuem eſſe oportet in conſulendo.*
13 *Veritas fuco verborum non indiget.*
14 *Verba ex qualitate eius perſonæ, ad quam diriguntur, temperanda.*
15 *Verborum ſuperfluitas vitanda.*
16 *Breuitatis commendatio.*
17 *Prolixitas orationis quæ incommoda afferat.*
8 *Aduocato verboſiori iudex poteſt indicere ſilentium: & ei-*

dem non parenti mulctam dicere.
19 *Repetitio eiuſdem rei eſt improbanda.*
20 *Breuitati quatenus ſtudendum.*
21 *Diuiſio fieri debet per ſpecies oppoſitas.*

1 QVIA†ut diſputando ceruicosè & ſophiſticè ueritas obumbratur, glo.in clem.ſæpe. verſ.exceptiones,de uerb.ſign.l.ea eſt natura.ff.de reg.iur.cum ſimi. Socin. lib. iiij. conſil.j.num.2.hinc Petrarcha epiſtol. vj. temerariūm,& xj. ecce dicit quòd nimis altercando ue-
2 ritas amittitur. & Lactantius in ij. Diuinarum Inſtitut. quòd ueritas à uulgo ſolet uarijs ſermonib. diſſipari.†Et nihil recte geritur ſi cum clamore uincitur. ca. Oſius.de elec.l.j.in fi.C.de ſtud.liberal.lib.xi.Bal.in c.licet.iij. not. de tranſlat.epiſ.Lucas de penna in l.j.C. de profeſ. qui in urb.Conſtāt.l.ij.dicens ſe expertum,quòd ueritas facilius inuenitur ſtudio ſcripturæ, quam diſputatione uerbali quæ uix pōt abſq; tumultu procedere,facit Purpur.in rubr.C.de ſumma Trini.col fin.& Spec.in tit.de requiſ.conſil.col. fin. dum refert Clementem Papam, qui nolebat quòd aduocati irent ad allegādum in uoce. & illud Apoſtoli ad Romanos xiij.Nō in contentionibus &c. Gilbertus in procemio Oeconomicæ, incip.Seuerinus,dum ponit differētias inter Philoſophū & Sophiſtam:qui licet diſputare neſciat, litigare tamen non deſinit. Amadeus in dialogo de Amicitia.chart.xiiij.in fi. inueſtigando quandoque uocabulorum diſceptationem. Codrus ſermo.vij. char.iij Politianus cēturia prima.cap.lxxvij. dum quærit, an debeamus dicere Vergilius,an Virgilius. & tamen uocabulorū diſceptatio pertinacib.relinquenda eſt, ſecundū Tull.quē refert glo.in rub.ff.ſol.matr. Iaſ.in §. ſit itaque. col.ij.inſti.de act.Baueria Inſtitut. de teſtam.col. iij. Ideo Mirandula cōtra Aſtrologos.lib.v.cap.xij.ad fin.dicebat, quòd contra ſtolidas opiniones non eſt diſputandum.pro quo ad Heb.iij.Et contra uerboſos noli contendere uerbis.gl.in l.ij.ff.de alien.iud.mut.cau.fac. Nec meretur audire ueritatem, qui fraudulenter interrogat. Hieron.ſuper

per Ezechielem faciūnt quæ dicam infrà pro Legiſtis contra Medicos.† Sic econtrà, moderatè diſputando, ut Do- 3
dus in Apolog.contra fratrem Samuel.char.vij.non inutiliter exercentur ingenia facit Grego. Nazian in titu.de moderandis diſput.Imò & Saluator noſter in templo ſedebat in medio Doctorum,audiens & interrogans eos.Lucæ.ij.ante fin.† Et ſic diſputando facilius ueritas inueni- 4
tur.l.numerū.§.miſta.ff.de muner. & hon.l.cū quidā.vbi Iaſ.vj.not.ff.de lib.& poſth.prima uerba tex.in authē. ut def.ſeu funer.in l.Offilius.de leg.iij.in l.ij.§.his legibus. ff.de orig.iur.in l.diui fratres.ff.de iure patron.in l.proximè. ff. de his quę in teſt. delē.c.j.de eo qui ſibi & hær.ſu. maſc.ubi Præpoſ.col.j.ſubijcit quòd ubi emergit grande dubium,non debemus paſſim reſpondere: ſed ponderare, & diſputare articulū.quod bene debent uotare cōſulētes, ſecūdum eum facit Barba.in c.paſtoralis.§.quoniā.col.iij. de reſcrip.Calcan.conſi.vij.col.j.Ponzinibius in tract.de lamijs.col.j.†.Quia ueritas ſæpius examinata magis ſplen 5
deſcit in lucem.c.grauem.35.q.ix.glo.antepe. in cap.cum Ioannes eremita.de fide inſtr.Iaſ.in l.iubemus.C.de iudi. colum. ij. Spec. in tit.de aduoca.§.nunc tractemus. not. viij.quia uirtus in infirmitate perficitur.ii.ad Corinth. xij. c. non omnis.v. q.v. & uexatio dat intellectum Eſaiæ xxviij.Hoſtien.in ſumma de pœnit.& remiſ.§.quæ interrogationes.col.3.hinc dicebat Leonardus, quē refert Cacia lupus in trac.de modo ſtudendi.char.v.uerſi.octauo conſulo.quòd nihil eſt quod ad res ſubtiles cognoſcendas atque diſpiciendas plus ualere poſſit,quàm diſputatio. Et propterea ſępe dicebat Bald.quòd uiam ferro aperit,qui per contraria tranſit.ut per eū in l.precibus.C.de impub. col.v.uerſ.modo contra.& in l.ſi pecuniam.ff.de condict. ob.cau.Collegium Bononienſe in conſ.quod incipit,Ad eradicandā.col j.facto in q.præcedentiæ canonicorum & monachorū.Curtius Senior conſ.50.col.ii.Et inquit Philoſophus in 3.Metaphyſ.quòd ueritatem inquirētes,ſine dubitatione ſimiles,ſunt neſcientibus quò ire debeant:& in 7.Et hic quòd nō ſufficit uerū dicere niſi etiā cauſa falſitatis aſſigneē,& in j.Topic.potētes ad utranq; partē dubitare

De utilitate diſputationis, adde Ponzinibium in trac. de Lamijs. col. i. ubi allegat Aug. 23. q. vi. c. vides. ubi ratio vincit per diſputationis pugnā

cribrum ueritatis,ſuauiſſimus animæ cibus,nihil habẽs ingrati.Hadrianus Papa noſter in Quolibetis quæſtio.iij. col.j.poſt Hieron.dicit,quòd nihil certius deprehenditur eo quod diſputationis dente teritur. Bene facit Petrus Marſius in commento Cicer.de officijs,char.ij.dum laudat Dialecticam & diſputationes Socratis.Et inter cæteras rationes quibus lex Mahumeti dãnatur, una eſt:quia de lege ſua diſputari uetuit, ne eius falſitas detegeretur Papa Pius epiſt.vij.char.4.& xv.& xxvij.cùm doceat Apoſtolus, Omnia probate,quod bonum eſt tenete.c.ſancta. xv.diſt.uerſi.inter ſcripta. Albertanus lib.ij.de prudentia col.fi.& in rub.de probatione amicorum & dicit Fortunius in l.iuriſgentium.col.xxxix.ff.de pac.quòd Cato Stoica inueſtigatione ea ſæpe ſentiebat.quæ a uulgo diſſentirent,& ea quidem ueriſſima.hinc Salomonius in repet. §.reſponſa.inſtit. de iure nat.char.x.dicit, quòd communes opin. naſcuntur, creſcunt, ſeneſcunt & intereunt in ſcholis:quia ibi de eis frequenter diſputatur. Igitur in præſenti quæſtione diſputatiuè procedendo ordinem obſeruabimus, ne contingat quod de Rubricis feudalibus dicit Io. Blanchi.in Summa. char.fi.col.j.cap.quoniã Iaſ. ante præludia feudalia.col.ij.cap.quæ ſit.& ibi Claud.in Spec.col.j.dicentes quòd non ſunt bene ordinatæ.Franc. Tigrini multa bona ſcripſit,ſed diſquaternata.Ang.in l.ſi quis ſeruo. ff.de ſol. & de tractatu Paridis de ſyndicatu,dicebat Picus, & dicit Hyppol.in l.unius. §. cogniturum. in fi.col.xiij.ff.de quæſ.quæſt.quòd ille tractatus eſt ſolénis, ſed malè ordinatus.† bonum itaque conſiſtit in ordine,ſecũdũ Auguſ.& alios quos refert Lucas de Pẽna in l.ij.circa prin.C.de proxi.ſac.ſer.in lib.xij.quia ſcire quid facias, & neſcire quo ordine facias,non eſt perfectæ cognitionis, ut inquit Bal.in proœm.ff.orum,in prin.qui plura adducit:& eum refert Iaſ.in l.Gallus.in ij.lec.in.§.idẽ credẽdũ. col.ij.ff.de libe.& poſthu.& in proœm.ſui cõmẽti de iure emphyt.pro quo plura Anto.de Prato in tract.de ſecũdis nupt.char.iiij.col.3.& char.vij.colum.4.Brunus Aſti. in tracta.de forma, quando aliquid cenſeatur traditum pro forma. concluſ.xv.in char.xl.columm.iij.Barba.in ca.

Diſputationis elegans definitio.

Ordo.

9

cũ dilecta.vbi Moder.in Apoſtillis,col.x.de reſcrip.Greg. Nazianzenus in tract.de moderandis diſputationib.pag. ſeu col.x.frater Iſido.de regimine prin.lib.j.c.vj.& Nauis ſtultifera char.cxliij.de corrupto ordine,& quæ referuntur in proœ.Cõſiliorum pro Monachis contra Canonicos,de præcedenti. quod incip.præcide, & quæ ibi Augu ſti.Canon in ſcrutinio dictorũ cõſiliorũ hinc dicit Lãcel. in l.nemo poteſt.col.v.ff.de legi.quòd qui nõ ꝓcedit ordinarè, dicit ponere habenam in cauda.de quo Fulgoſ. reprehendit Odoſ.in l.mora.col.5. ff.de uſur.& ubi non eſt ordo,ibi eſt confuſio.Roch.de conſuet.char.xxvii.col.j.facit Philoteus Achilinus.in procem.ſui Viridarij char.ij.& dicit Ang.in l.j.§.nũc uideamus.ff.de oper.no.nun. la piu bella coſa del mondo ſi è l'ordine,ſine quo nihil poteſt cõmendari: coſa ſenza ordine,ſi è a modo de uno Zabaldone.Et dicit Aret.conſi.lxvij.diligenter & maturè.colum. j.quòd ſapientis eſt ordinare,ſecundũ Philoſo.ij. Metap. Inſequemur igitur ordinem Pontificis in c.ſi diligenti.de fo.cõp.ubi Maria.col.vij.ult.not. & in c.litteras.de reſtit. ſpo.cũ ſi.ut Portius in §.ſingulorũ.col.ij.inſt.de rer.diui.& Cur.ſenior conſ.lvj.ſuper eo.4.col.uerſ.his ſic præmiſſis. ſcilicet referendo fundamẽta partis cõtrariæ.Et ſic quòd non ſit utile nubere.Deinde ponã fundamenta ꝓ opin. quã teneo.ſ. Eſſe utile nubere.Poſtremo reſpondebo ad fundamenta adducta in oppoſitũ: quia,ut dicit Iſidorus, quẽ refer Spec.Viridarij.li.j.c.clxxxvii.in prin.quòd prius noſtra firmemus,deinde obiecta confutemus.Nec excandeſcant nobiles & honeſtæ matronæ,prout expertus iam dici, ſi in prima parte aliqua contra mulieres adducam: quoniã iſte eſt mos diſputãtium:ut patet ex prædictis, & ex exẽplis quæ refert Longolius in ſua defenſione habita Romæ,quæ incip.quòd char.xxj.dum loquit de Carneade,Phauorino,& alijs & char.xxiiij.& char.xvij.dũ loquitur de Cicerone,quia ex oppoſito in ultimis æquè præualent.l.pacta nouiſſima.C.de pac.quæ melius memoriæ retinetur.Card.in Clem.j.col.iij.de reliq.& uen.ſanct.Plura contra uiros adducam,adeò ut cum Syluam hanc contra mulieres uiri inducere uoluerint, inſpiciãt & ibi quæ

uiros

uiros attingunt:& potius ſilendi,quàm loquẽdi materiam
adinuenient.Quicquid ſit, nihil niſi maiorum noſtrorum
dicta in ſceleſtas & irrationabiles perſonas inuenies: con-
tra morigeratos uerò & laudabiles,uerbum nullum.Quo
modo ergo quiſpiam mihi ſuccenſet cùm etiam ſim me-
rus relator?ergo excuſandus.gl.in l.Gallus.§. idem creden
dum.in uerbo.pronepos.ff.de lib. & poſth.cũ ſim. ut infra
dicam,relationi in tantũ uacaui, quòd ſi aliena dicta dele
rentur, charta alba remaneret. facit frater Thomas Illyri
cus de poteſtate Papæ,char.iiij.Et ſi ſolùm adduxiſſem ea
quæ faciunt pro mulieribus,potuiſſet lectori ſuſpicio ſu-
peruenire,prout in ſimili miratur Aret. conſi. clxv. ſicut.
col.x.uerſi.uenio ad ultimũ. uel mihi dici, ꝙ ſi ſciuiſſem
quæ cõtra eas ſcripta ſunt,nõ ita de facili pro eis enũtiaſ
ſem.Nequaquã enim fugienda ſunt,quæ priores diſſerue
re:uerum enitendum,ut melius quàm illi dicamus. Nam
præter ita in medio ſunt ipſis autẽ oportunè uti, ſingula
cõuenienter argumentari,recteq; diſtinguere, hoc ſapien
tis eſt.Sunt Verba Iſocratis in oratione panegyrica,incip.
illos.char.i.pro quo l.i.§.ſed neque ex multitudine. C. de 10
uet.iur.enuc.ubi † qui ſubtilites factum emendat,laudabi
lior eſt eo qui primus adinuenit.cõcordat c.ſi Apoſtolico.
ante fin.de præben.lib.vj.gloſ.in auth.de mand.princip.in
princip.in uerbo, in ſuo.Fortunius in repe.l.legitima.col.
ij.ff.de pact.Paul.de Caſt.in l.ſi.filius qui patri. ante fi.ff.
de uulg.& pup.ubi dicit,quòd prætor præponebat edicta
declarãtia Ius ciuile.Laur.Valla in proœm.vj. Elegantia-
rum,Quinimò loquens à ſeipſo,corripitur tanquam glo-
rioſus.Ioan. vij. ex quo nil dictũ quin dictum prius. Alex.
de Neuo contra iudæos fœnerãtes.col.xxvii. & nil ſub ſo-
le nouũ.Policraticus in proœm.licet plura relicta uidean
tur.Bald.in prologo Decret.col.j.Et ſi noua inuenire non
potero,ſat erit,teſte Salomone, ab aliis inuenta,uel cultu
reddere blandiora,uel accumulatione huberiora,ut iuuẽt
& proſint cuicunque etiam faſtidito ſtomacho grauiorũ
lectione.Sæpe enim poſt mancellum & adipem,etiam blã
diſſima oluſcula & fluuiales piſciculi appetibiles ſunt. &
rarò quòd qui inſiſtit inuentioni,poſſit uacare ordinatio-

11 ni.& contra.† & difficilor eſt ordinatio, quàm inuentio ſecundum Fel.in c.quæ in eccleſiarum.de conſtit.in fi.facit Bal.in c.litteris.iij.not.de reſcrip.hæc enim eſt quę honorem fecit Accurſ.Spec.Io.Andr.Bar Alex.Iaſ.Felyn. & alijs qui hunc ſtylum ſunt ſecuti.ut infra dicam loquẽdo de authoritate Io.And.quoniã dicta aliorũ cõplexi ſunt ordinatè. Et ita etiam dicit Petrarcha epiſt.vij.quid agẽdum.dum dicit,imitandas apes ex diuerſis floribus legentes mella.& ſic erit dulcis rerum miſtura bonarum Fel.in c.cum dilecti.in fi.col.v.de accuſat.Non tamen quòd uelim uti longa recitatione,quia eſſet faſtidioſa,& infidelis, & ſuſpecta,ut ſolet culpari de hoc Barb,quem infra referam. ſufficit enim referre in ſubſtantia.l.fi.C.de precib.imper.off.pro ut diſputando reſumimus argumẽta aducẽtantis ſolùm in effectu.Fel.in cap.& ſi conqueſtus.de ſimo.colum.fi.Petrus de Leſnaudiere in tract.de Doct.iiij.par.q.xlvij.& contra reſumentem totum ut quandoquę licet, ſecundũ Igneũ in rep.authen.ex cauſa.col.lx.dicã infra char.fi.uide Morum deridentẽ in repet.Vtopiæ.char.14.Et multa magna breuiter ſunt dicenda,ſecundum Felyn.in procem.Decret.Allegando Valerium: quod eſt artificioſum,multa ſcilicet comprehendere ſub exiguo.Calcan.conſi.lvij.uiſis conſilijs.in princ. ubi allegat Io.And. in procemio Nouel.facit idẽ Io.And.in cap.j.de ſacro nõ
12 iter.† Et ita etiam faciunt conſulentes,quos opus eſt præcipue uti breuitate,& ſubſtantialiter loqui ſecundũ Aretinum conſi.xxxv.uiſo. columna j.qui idem tradit conſi.lxxvj.diligenter,in prin.& cxix.procedendo.Et conſil.ſuo vj.incip.uiſo inſtrumento.& liij.diligenter,col.j.dicit, ꝙ qui rectè conſulunt,ueniunt ad rem ſine multiloquio, & ſine truſis,& generalibus quæ ſolent apponi ornatus cauſa,ne parùm multa ſcire uideantur:nec incipiunt ab ouo gemino,ſecundum eum conſ.clxiij.ſicut.col.vij.Et debet aduocatus eſſe parcus in uerbis,in allegando pauca & bona.glo.in proœ.Regularum Cancellariæ.not. in ca.tales, xxiij.diſtin.quia ad ueritatem probandam multis uerbis opus non eſt,ſed efficacibus.glo.& Ioan.And.in cap.cum ſit.de æta.& qualit.Et dicit tex.in l.ita uulneratus.c.fi.ff.

ad

ad l.Aquil.una contentus ero.pro quo facit.l.ſi quis obre
pſerit.ff. de falſis.ubi Alber.& facit Bal.in l.precibus.C.
de impub.& al.ſubſt.dicã inf.loco ſuo,quia ueritatis ſim-
plex oratio & dicit Codrus ſerm.v.incip.de pulchriore.
char.j.quòd † ueritas non quærit fucum,non pigmenta, 13
non cincinos: nec indiget ueritas uerborũ adminiculis.l.
j.C.ſi ut ſe ab hæred. abſt.& conſiſtit in paucis.c.odi.23.
q.j.c.non mediocriter.de conſec.diſt.v.Et qui mauult do-
ceri,quàm deludi,rem quærit,non uerba: qui durus autẽ
& indocilis eſt,moneri nequit, niſi uerborum illecebris.
Hinc dicimus quòd† uerba ſunt ſunt emittenda ſecundũ 14
qualitatẽ perſonæ cui diriguntur.gl.in d.procœm.Regula
rũ Cancellariæ,arg.c.diffinimus. in fi.xviij.q.ij.& Grego.
in Paſtorali,ſecundum qualitatem auditorum debet for
mari ſermo doctorũ,& ſecũdum eã intelliguntur.l.plenũ.
§.Equitij.ff.de uſu & hab.Iaſ.in l.ſtipulatio iſta.§.hi ſunt.
ff.de uerb.obl.ij.col. ubi.ponit ſex ſimilia in l.diẽ functo.
ff.de offi.aſſeſ.in l.ſi fundũ ſub cõditione. §. qui fundũ. ad
fi.ff.de leg.j.not. in c.quãuis.col.xlvij.de pac.lib.vj. Corſ.
ſingu. lvj.ſub uerbo.cõditio perſonæ.incipit,aliquis pro
mittit.Hippol.in rub.C.de proba.col.v.Bonif.in tract.de
nobilitate.iij.par.not.lvj.Quoniam ſapiens ex paucis mul
ta intelligit.gl.in authen.de conſangui. & uter.fratri.§.j.
in uer. opinari.imò & d.Lælius de Gabrielibus intellige-
bat ad motum labiorum de quo mentionem facit Bar.l.j.
col.ij.ff.de uerb.obl.† Et propterea non debemus in ſer- 15
monum folijs gloriari.c. Melchior.j. q.j.quia multitudo
oneroſa nihil habet honeſti.§.fi.in authen.de referendar.
Imò in multiloquio non deeſt peccatum.c.& ſi Chriſtus.
de iureiur.propterea ſuperflua debent reſecari.§.quibus.
in j.conſti. Codicis.& C.qui ad.in l.fi.quæ incipit,ut uer-
borũ inaniũ captiones.hinc Bart.Bal.& alij.in l.Gallus.§.
quidam rectè.ff.de lib.& poſth.reprehendunt Scæuolam
de ſuperfluitate: quia paucis ſemper agendũ eſt.l.j.ff. de
præſcript.uerbo.maximè in claris.Aret.conſ.cliiij,cõſul-
tatio.ſecundũ Philoſo. iij.Rhetor.ubi Cice.ad fi.† Breui- 16
tas eſt delectabilis auditoribus ; quia ſenſus auditus inter
omnes ſenſus eſt ualde attediatiuus : quia gaudent breui-
tate

tate Moderni,ut etiam ſyllabam unam non neceſſariam non apponant gl.j.in l.j.ff.quod metus cauſa conſ.ut latè Petr.de Leſnaudiere in trac.de Doct.4.parte,q.j.poſt medium. Paris de Puteo in tracta.de ſyndicatu.char.v.de exceſ.aduoc.in princ.Et propterea Oldr.conſi.xvij.quidã clericus.col.6.inuehit contra Prouinciales, qui uolũt ſcripturam longam:quia ſæpius res minus eſt intellecta longitudine,quàm obſcuritate narrationis,ſecuudum Cice-
17 ronem in primo Rhetor.facit † quia longitudo ſcripturæ ſæpe inuoluit mentem legẽtis.Aret.conſ.83.quia multa poſt princi.& 103.breuitas.& 134.breuitate nec ſuperfluis agendũ eſt.in l.hęc ſtipulatio.§.diuus.ff.ut leg.nom. cau.& fruſtrà multiplicamus ſermones.l.pediculis.La-
18 beo.ff.de aur.& argen.leg.† Et propterea ſi aduocatus ſit nimis longus,poteſt ſibi iudex imponere ſilentium,&,ſi non obediat,eum priuare officio aduocationis.gl.in l.ex ea cauſa.ff.de poſtul.quam ſingul.dicit Petrus de Leſnaudiere.& Paris de Put.in locis prædictis. Iaſon in l.j.ff. de offic.aſſeſ.col.j.ubi Niger colum.3.maximè quando alius
19 aduocatus iam plenè dixit:† quia repetitio eſt ſemper reprobanda.l.ampliorem,quæ eſt fin.in §.refutatorijs.C.de appell.quoniam adiectione non indiget plenitudo.capit. bene quidem.96.diſt.& ſuperuacuis laborat impendijs, qui ſolem certat facibus adiuare.c.ſi omnia.vj.q.j.& ſecundum Prouerbium.Hetruſcum,dicuntur uendere ſolẽ de menſe Auguſti.Curtius Senior conſi.63.antiquiſſimo. colum.final.uel ſolem lucerna oſtendere.Morus in repetit.Vtopiæ char.ij.facit illud Horatij,in ſyluam ne ligna feras: de quo Eraſmus parte prima,Prouer.cccccclv.& in 4 parte, Prouer.cxxx.ubi allegat Ouidium Elegiarum: Quid folia arboribus, pleno quid ſydera cœlo, In freta collectas alta quid addis aquas? reique demõſtratæ demõſtrationem addere fruſtrà eſt l.j.in § fi.ff. de dot. præleg. Salomon.in repet.v.reſponſo.char.viij.inſtitu.de iur.nat. facit illud, Rem nulli obſcuram,noſtræ nec uocis ègentem facit Buſtus in Defenſorio montis.in 3.parte.ij.trac. in princ.ubi etiam allegat Hieron.contra Rufinũ,Ea quæ taces,omnes flagitant: ad ea reſpondẽs quæ nullus requirit.

rit.& ſit iniuria illi q prius dixit.l.ii.C.de epiſ.aud. At alij dicunt quòd in ſuperfluis nõ proditur,niſi flatus, Bal.lib. ii.conſil.c.factum ſuper quo. col.ii. & uerba perdere leue eſt:quod reperitur,cenſetur magis ualidum & famoſum. l.j.C.de emend.cod.l.fi.§.ſed neq; diem. C. de vet.iure enuc.ubi dicitur,quod quandoque unius etiam deterioris ſententia poteſt in aliqua parte maiores ſuperare, & magis integrum eſt iudicium quod plurimorũ ſententiis con firmatur.lxiiij.diſt.c.extra conſcientiam. in ultimo prolo go epiſtolarum Pauli ad Ro.Vbi Paulus ad eos ſcribit,nõ quod minus accepiſſent à Petro,ſed ut duobus Apoſtolis atteſtantibus eorum corroboraretur fides. Alexand. lib. iiii.conſ.l j. cum dicatur. in princ. Landr. in addit. ad primum conſilium Bart.& quæ ſuper abundant, implent ciſternas ſapientum. Bald. in l. fin.ad fi. C.de iure emphyt. facit cap.bonæ.de confir.util.uel inuti.l.non ſolent. ff. de reg.iur.Scrutinium char.lxxxix. & quomodo toleretur ſuperfluitas, Marian.Socin.in c.ſignificantibus.col.j.de lib. ob.Maleretus in tract.de elect.char. xliiii.col.iiii. † Item 20
intelligere prędicta quãdo in breuibus poteſt declarari intentio uoluntatis:l.j.§.j.ff.de hæredib.inſtit.l. uerbum uolo.ubi Bald. C.de fideicom. poſt glo. aliàs ſecus, ne propter breuem ſermonem ſtemus in æquiuoco.l.ita fidei. ff. de iur.fiſc.Barto.& Bald.in l. ſi quis intentione ambigua. ff.de iudic.quia obſcurus fio,dum breuis eſſe laboro. gl.in procem.ffórum,in §.penul.in uerb.compendium in l.teſtamentum.C.de teſtam. quia ſic ſtudendum eſt breuitati, quòd nullum damnum fiat intelligentiæ.Hiero. quem refert Nata.in clem.ſæpe. de uerb. ſign.col.xvii.eſt in v. notabili.latè Barb. in cap.poſtulaſti.col.vi. de foro compet. ubi dicit,quòd per compendium nõ debet deueniri ad diſpendium.cap.qualiter.el ij.ad fin.de accuſa. propterea dicimus,quòd qui clarius exprimit,nõ utitur ſuperfluitate. l.j.in fi.princ.C.de curat.fur.Felyn.in c. quoniam. col.ix. ubi Decius col.j.de inſtitut.Burgos in c.cum cauſa. col.j. de empt.& uend.gl.in j.Regula Cancellariæ. Et quis non poteſt nimis clarè loqui,ad tollendum ſophiſticas dubitationes,ſaltem propter ſimplices & ignorantes.l.fin.C.de

indic.uid.tol.Decius in c.ſignificatibus.de appell. in conſi.cxiii.col.ii.Hippol.in l.j.§. ſi ſeruum quaſi . col.vi.ff.de quæſt.Gammarus in tract.de extenſione.col.xxxii. Igneus in repet authen. ex cauſa.colum.xxxiii.bene facit textus in l.cum uirum . ante fin.C. de fideicom. ubi ultra uerba teſtatoris, adducuntur adhuc probationes ad declarandum illius uoluntatem,maximè ſi ſumus in materia quotidiana, quia tunc eſt plenius attingendum.l.legaui. ff.de liber.leg.cum ſim.ut Cacialupus in repet.c. j.de feu. cog. in primis uerbis. Peruſ.in præfatione repet.c. ſi pater. de teſtamen.lib.vj.Anch. in princip. rub.de regul.iur.lib.vj. Cepol.in auth. ſed nouo iure. colum.x. C. de ſeru.fugiti. Igneus in repet.auth.ex cauſa.colum.iii. C.de liber. præter.Barto.in l.apertiſſimi.C.de iudicijs, & hæc cumulatio ſeruiet in exordijs Conſiliorum & Lecturarum, quantum ad omnia contenta in hoc libro. & quæcunque dicta & facta mea ſubmitto iudicio & correctioni ſanctæ matris Eccleſiæ,cum proteſtatione, de qua in c. damnamus. ante fin.de ſumma Trini.& fide cathol. quia ſine præiudicio loqui intendo cuiuſcunque rectius ſentientis.l. Claudius Felix.ad finem.ff.qui pot.in pign.hab.etiam quantũcunque iuuenis,imò anniculi, exemplo Auguſtini in cap. ſi habes.circa medium. xxiii. quæſt.iii. Et ne ſine diuiſione procedamus propter illius utilitates.Iaſ.in rubr. inſtitut.de act.in fin.Galiaura.in l.ſtipulationum quædam. in
21 ii.not.ff.de uerb.obli.† quę ut ſit bona,debet fieri per ſpecies oppoſitas & contrarias: ut animalium aliud album, aliud nigrum.Iaſ.in §.actionum.primo not.inſtitu. de act. & debet eſſe bimembris ſiue reducibilis ad bimembrem, ſecundum Angel.in §.omnium. Innoc.inſtit.de act. Barb. in c. quoniam §. in alijs. ii. not. ut lit non conteſt. Luc.de Penna in l.omnes.col.j.C.de decur. lib.x. Beſutius in repet.l.re coniuncti.colum.j.Et ſic debet fieri per membra, non per fruſtra. Bald.in l.j. ff. de procurat. in ſecunda lectura.in princi.ne dicamur facere de uno ceraſo duos bolos.contra Lancel.in l.ſi donatione.col.ii. C.de collat. Et tu qui uis intrare examen,uide diuiſionem Beſutij in d.l. re cõiuncti.colum.j.& ſi uis diuidere gloſſam per fruſtra, uide

uide unam diuiſionem Iaſ.in l.j.C.de inſtit.& ſubſtit.col. ii.ſuper gloſ.in uerb.manifeſtum Bald.in repet.l. Celſus. col.xi.uerſi.uenio nunc ad gloſſam.ff. de uſucap. impreſſa poſt ſuum tit.de præſcrip. Et eſto memor expedire partes per uiam oppoſitionis uel quęſtionis, ut perlegentes ſextum Decretalium. Ego autem in diuiſione huius Syluæ, nō obſeruabo iſta requiſita:ſed ponam unam diuiſionem gratia commodioris allegationis,exemplo patrisfam. qui diuidit fundum gratia commodioris culturæ quæ non inducit rerum pluralitatem Iaſ.in l. re coniuncti . col.xxix. uerſ.non obſt.etiam ſi diceretur.de leg. iii. Diuido igitur in ſex libros æque principales.in primo,adducam nouem fundamenta tenentium quòd non ſit utile nubere, ſubdēdo modum arguēdi in iure.In ſecundo,nouem ampliationes cum unica limitatione ad eorum concluſionem,quòd non ſit utile nubere . In tertio,fundabo intentionē meā, eſſe utile nubere per duodecim argumenta, inſerendo materiam Monitorialium.In quarto, reſpondebo ad fundamenta & ampliationes tenentium oppoſitum,ſubiungendo quomodo poſſent ſedari partialitates.In quinto,ponā quomodo debeat ſe iudex continere in iudicando : & ibi plenè ponam regulam cum ampliationibus & fallentijs, quòd tenenda ſit communis opi.inſerendo puta de authoritatibus aliquorum doctorū.In ſexto , ponam quomodo intelligatur quæſtio eſſe dubia,& quomodo tunc debeat iudex iudicare,& obedire reſcripto principis : & de præcedētia Doct.& Medici.& de priuilegijs miſerabilium perſonarum,& de ſibi aſcribentibus dicta aliorum. Et cur potius in ſex libros,quàm in tres,& de dignitate & prærogatiua numerorum, uide per Baptiſtam Egnatium in racemationibus.char.c. & ſeq.dū enumerat ſingulos dies hebdomadæ,& in tabula Clau. ſuper Lucam de triplici uiatore,in uerb.numerus.& in tabula Macrobij.& Io.Montoloniū in Promptuario Iuris.ultra quos de binario Auguſt.Canonicus in ſcrutinio.ch.vj. de ternario Philelph. in epiſt.Auſonius Gallus in ſuo lib.Epigrammatum, in c. de ternario.not.in c.tu bibe. Gilbertum in quæſtione . ii. Oeconom.Philip.char.xij.& ante eum frater Lud. Viualdus

Operis diuiſio.

dus in Opere regali, de laudibus triũ Liliorum. q.ii. uerſ. nono quia prolixum. ubi enumerat lxxiiii. laudes huius numeri Vldar. Zaſius in oratione incip. nõ poſſum. de qua ternario, Codrus ſerm. vi. char. ii. Abb. Zacharias ĩ ſerm. concil. Piſani, in fin. ii. char. ubi de duodenario. de quinquenario, Bald. in procem. Rex pacificus. col. vi. de ſenario Io. Montaigne in tract. de bigamia. char. iii. ſecunda parte. & in oratione Nicolai ad Alexandrum Papam pro Lucenſibus. incip. uereor. col. ii. Codrus ſerm. iii. char. ii. de ſeptenario, frater Ludouicus Viualdus in tract. de ueritate contritionis. char. cxxxiii. Gel. lib. iii. cap. x. Varro Gallicus in tract. uulgari exhortationis pacis. chart. xvii. Curtius Iunior in præfatione ad ſuum tractatum Feudorum, incip. optaui. col. j. dicens reputatur alijs perfectior, ſed nihil allegat.

ARGVMENTA.

1 *Nubere non eſſe utile, diſputatur ex quorundam opinione.*
2 *Matrimonij onera periculis nauigantium comparantur.*
3 *Mulieres quare facilius inducantur ad matrimonium, quàm uiri. & nume. 12.*
4 *Hoſpes turpius eijcitur, quam non recipitur.*
5 *Matrimonium ſpeciem eſſe ſeruitutis.*
6 *Maritum corporis ſui poteſtatem non habere.*
7 *Mors ſeruituti anteponenda.*
Libertas theſaurus inæſtimabilis.
8 *Hominem omnium quæ creata ſunt, eſſe nobiliſſimum.*
9 *Mulieres non eſſe admittendas ad regimen ciuitatis.*
10 *Mulieres vt plurimum ſtultas eſſe.*
11 *Linguæ lubricitas non eſt facile ad crimen trahenda.*
13 *Inſipientia nihil eſt peius aut periculoſius.*
14 *Ignorantia eſt omnium errorum mater.*
15 *Mulierum ſtultitiam morbum eſſe contagioſum.*
16 *Societatem bonorum eſſe expetendam.*
17 *Socius inducens ſocium ad prodigendum bona ſua, tenetur ei vtili actione.*
18 *Fœminarum inconſtantia notatur.*

19 *Mu-*

19 *Mulierum incontinentia.*
20 *Gaudium longæuitatis cauſa eſt.*
21 *Caſus dementis, correctio eſt ſapientis.*
22 *Fama bona theſaurus eſt ineſtimabilis.*
23 *Mulier nobilis impudicè viuens perdit nobilitatem.*
24 *Factum infectum fieri non poteſt.*
25 *Adulterium natura turpe eſt.*
26 *Amicus noſter dici non poteſt, qui ſaluti & famæ noſtræ inſidiatur.*
27 *Adulterarum finis qualis vt plurimum eſſe ſoleat.*
28 *Accipere iniuſtè, q̄ poſtea in pios vſus cõuertamus, nõ licet.*
29 *Mulierem nihil tam dedecorat, quàm adulterium.*
30 *Maritum nihil tam lædit, quàm vxoris.*
31 *Maritus patiēter ferens vxoris adulterium, præſumitur læno.*
32 *Maritus deſiſtens ab accuſatione adulterij ob lucrũ dotis, culpandus eſt.*
33 *Tutor trãſigere non poteſt de iniuria illata patri pupilli aut ipſi pupillo, cum talis iniuria eis dedecus affert.*
Honeſtas omni lucro præferenda.
34 *Mortem famæ poſtponendam.*
35 *Adulterium matris in contumeliam filiorum uerti.*
36 *Marito non licet in vxorem atrocius ſæuire.*
37 *Mulieri licet à uiro diuertere ob nimiam eius ſæuitiam.*
38 *Mulierem quæ à uiro aufugit propter eius ſæuitiam, tenetur uir etiam abſentem alere.*
39 *Vxor quæ diuertit à uiro propter eius ſæuitiam, non tenetur redire ad uirum, niſi ille cauerit de non offendendo eam. & num.42.*
40 *Maritus vxorem expellens ſine cauſa, tenetur ei conſignare dotem.*
41 *Maritus expellens vxorem ſine cauſa, indignus eſt, qui lucretur dotem, quam aliàs ex ſtatuto lucraretur.*
43 *Vxoris cædes deteſtabilior eſt quouis alio homicidio.*
44 *Veneno aliquem aggreſſus, puniendus eſt, tametſi non moriatur, qui venenum ſumpſerit.*
45 *Maritus quandoque expellit uxorem cauſa dotis non ſolutæ.*
46 *Vxorem ſe accepturum ſi quis ſimpliciter iurauerit: intelligitur mediante dote congrua.*

47 *Dotis*

47 *Dotis cauſa poſſitne coram iudice eccleſiaſtico agitari.*
48 *Inceſtum ex matrimonio nonnunquam contingere.*
49 *Adulterio nati aliquando excludunt legitimos à ſucceſſione eis debita.*
50 *Matri non creditur aſſerenti ſe ex adulterio filiũ ſuſcepiſſe.*
51 *Filius in matrimonio natus, p̃ſumitur potius legitimus quàm ex adulterio natus.*
52 *Sacerdotum multitudo eos contentibiles reddit.*
53 *Rara quæque pretioſa ſunt.*
54 *Fœtus facilius concipitur concurrente utriuſque ſemine, quàm ex ſolius maris ſemine.*
55 *Probatio admittitur contra filium quòd non ſit legitimus, quamuis conſtante matrimonio ſit natus.*
56 *Parentum aſſertio de filijs quid operetur.*
57 *Fratres ex diuerſo ſemine natos, ferè ſemper eſſe diſcordes.*
58 *Filius à patre delatus ob delictum morte expiandum, mitius puniendus eſt, quàm ſi ab alio accuſaretur.*
59 *Patri parcitur qui non patefecerit conſpirationem filij contra principem.*
60 *Pater ſtuprans filiam indignus eſt nomine patris, quemadmodũ filius manus inferens patri indignus eſt nomine filij.*
61 *Parricidij legem quare Solon non tulerit.*
62 *Pœna mortis ob crimen debita quibus cauſis poſſit uitari, aut in longius tempus trahi.*
63 *Confeſſus in tortura, non præcedentibus iudicijs ſufficientibus ad torturam, non eſt condemnandus.*
64 *Confeſſio eius qui iniuſtè incarceratus eſt, non eſt ſufficiens ad eum condemnandum.*
65 *Confeſſio extorta in quæſtione nullis præcedentibus indicijs habita, non poteſt reddi valida ex indicijs poſt quæſtionem ſuperuenientibus.*
66 *Probationem, qua reus crimen à ſe diluere conatur, non oportet ſemper eſſe apertam, vt eis abſoluatur.*
67 *Confeſſus ſe occidiſſe, ſed ad defenſionem ſuam, an ſit condẽnandus ſi non probet defenſionis cauſa occidiſſe.*
68 *Hominem flagitioſum non eſt licitum defendere.*
69 *Hominem nequam occidere interdum grauius eſt, quàm hominem innocentem.*

70 *Iudices proniores eſſe debent ad abſoluendum, quàm ad condemnandum.*
71 *Delicta eſſe punienda.*
72 *Iudex non propterea crudelis exiſtimandus eſt, quòd flagitioſos puniat*
73 *Pœnæ delinquentium medicinæ appellandæ ſunt.*
74 *Flagitioſis hominibus parcens, bonis nocet.*
75 *Veniæ facilitas malos ad peccandum proniores reddit.*
76 *Femina à multis maribus appetita, diſcordiarum vehemens cauſa eſt.*
77 *Agnatorum unum offendens, totam agnationem lædit*
78 *Iniuria uni de familia facta totam familiam lædit.*
79 *Adulterum poſſe impune occidi, cur ſtatutum ſit.*
80 *Iudex poteſt cuius præcipere ne iter faciat ante domum inimici ob ſuſpicionem diſſidij.*
81 *Iudex poteſt præcipere litigantibus de poſſeſſione fundi ne eum fundum ingrediantur, metu ſcilicet futuri inter eos diſſidij.*
82 *Duellum regulariter eſt prohibitum.*
83 *Maritus occidens adulterum an ſit puniendus. & numer. 85, & 93.*
84 *Marito an liceat in foro conſcientiæ adulterum occidere.*
86 *Præceptum, Non occides, declaratur per Ius ciuile.*
87 *Homicidium poſſe permitti à lege ciuili ex cauſa.*
88 *Exempla declarant regulam, non etiam reſtringunt.*
89 *Adulterium pœna capitali puniendum eſt.*
90 *Adulterium apud Gallos non eſſe crimen capitale.*
91 *Caſtitas ſemel amiſſa recuperari non poteſt.*
92 *Honorem ſuum ciuis defendere permittitur.*
94 *Peccans per iracundiam mitius eſt puniendus.*
95 *Occidens alium ſe defendendo, quamuis modum inculpatæ tutelæ excedat, mitius tamen puniendus eſt.*
96 *Homicidium iamdudum commiſſum læuius puniendū eſt, Pœna moris nemo plectendus eſt ex ſolis cōiecturis quantumuis.*
97 *Occidens aliquem in ludo mitius eſt puniendus, quàm qui doloſè.*
98 *Marito an liceat conuocare amicos ad occidendum adulterū.*

99 *Iniuriam patienti qui non fert opem ſi poteſt, cenſetur fouere eum qui iniuriam facit.*

100 *Clericum adulterum occidens, aut etiam aliàs iniuria afficiens, an ſit excommunicatus.*

101 *Statutum quo continetur quemcumque homicidam capite plectendum eſſe, quam interpretationem recipiat.*

102 *Maritus qua forma denuntiare poſſit ei, quẽ ſuſpicatur eſſe adulterum uxoris ſuæ, ne cum ea colloquatur.*

103 *Maritus adulterum cũ uxore repertum in loco ſuſpecto poſt trinam denuntiationem ei ritè factam, poteſt impune occidere*

104 *Maritus quãuis ſit adulter, poteſt tamen adulterũ cum uxore repertũ poſt tres denuntiationes rite factas, occcidere.*

105 *Denuntiationes à marito faciente ei, quem ſuſpicatur eſſe adulterum uxoris ſuæ, debent fieri cum interuallo, non uno eodemque die.*

106 *Maritus diuertere ab vxore debet, ſtatim atque eam adulteram eſſe intelligit.*

107 *Vxorem adulteram dimittens, an poſſit aliam ducere.* & *num.* 119. & 123. & 140. & 144.

108 *Mulierem caſtigans, operam ludit.*

109 *Amoris vis quanta ſit.*

110 *Amor immoderatus nonnumquam uertitur in inſaniam.*

111 *Mulieres quare ſint molles.*

112 *Monachi clauſtra egreſſi, omnium hominũ nequiſſimi ſunt.*

113 *Homo non facile mutat mores.*

114 *Clericus non eſt cogendus iurare ſe non rediturum ad concubinam.*

115 *Nubere melius eſt, quàm vri.*

116 *Continentia perſuaderi poteſt, imperari non poteſt.*

117 *Continentẽ eſſe, impoſſibile eſt hominis abſque Dei auxilio.*

118 *Incontinentiæ remedia.*

120 *Impoſſibile, & difficile, æquiparari.*
Impoſſibilia, aut quæ ſunt maxime difficilia, ea non ſunt in poteſtate hominis.

121 *Impoſſibile nihil eſt nobis à Deo præceptum.*

122 *Impoſſibile neminem obligat.*

124 *Continentiæ perpetuæ pœna nemini eſt temerè iniungenda.*

125 *Sperma*

125 *Sperma retentum efficitur venenum.*

126 *Delicta non egrediuntur ſuos authores.*

127 *Maritus vxorem adulteram cognoſcens,etiam poſt peractā ab ea pœnitentiam,quibus incommodis afficiatur.*

128 *Litteræ ſacræ non egent ſuppletionibus.*

129 *Concubinæ nomine clerici requirente,dicuntur fraudare Eccleſiam.*

130 *Clericos rarò de frigiditate conqueri, atque inibi quibus uacationibus ſoleant curari frigidi homines.*

131 *Clericus practicus Papienſis varijs in locis inſectatur.*

132 *Dãtes dãnatus poſt mortẽ vt hæreticus,& quã ob cauſam.*

133 *Iura uariari circunſtantijs temporum & moribus hominum variantibus,non eſt inconueniens.*

134 *Nuptias ſacerdotibus magna ratione ſublatas,maiore ratione eſſe reſtituendas ex ſententia Papæ Pij.*

135 *Laicos meliores eſſe quã clericos,Eccleſiam Dei deſtruit.*

136 *Henribaldus Cotta à ſacerdotibus occiſus, quòd eis nuptias prohibere vellet.*

137 *Auaritia imitatoribus ſeu miniſtris Chriſti non conuenit.*

138 *Eccleſia benignius exigere ſolet,ne videatur lucris temporalibus inhiare.*

Eccleſia non quod ſibi,ſed quod vniuerſæ reipub. Chriſtianæ expedit,inſpicere ſolet.

139 *Laici ſi boni ſint,dicuntur eccleſiaſtici.*

141 *Eccleſia errare non poteſt.*

142 *Interpretationi ſanctorum inhærendum eſt.*

143 *Regulis Iuriſconſultorum non ſubiacent quæ ſpiritu Dei acta ſunt.*

145 *Meretrix ea dicenda eſt,quæ ſe duobus aut tribus quæſtus cauſa commiſcet.*

146 *Neptunum fruſtrà accuſat qui iterum naufragium facit.*

147 *Vitijs in mores tranſeuntibus remedium nullum adhiberi poteſt.*

148 *Futura ex præteritis colliguntur.*

149 *Clericus incorrigibilis tradendus eſt Curiæ ſeculari.*
Periuro amplius non creditur.

150 *Iteratio auget delictum.*

151 *Impetrans ſecundo indulgentiam à Principe, debet facere*

mentionem de priore.

152 *Papa an poſſit diſpenſare ſuper matrimonio.& nu. 161.*

153 *Monitus nolens ſe corrigere, habendus eſt pro Ethnico, & Publicano.*

154 *Papa poteſt diſpenſare cum coniugato ut beneficium ſimplex tenere poſſit.*

155 *Papæ factum Dei factum reputari.*

156 *Maritus poteſt poſt conſummatum matrimonium ingredi religionem propter manifeſtum adulterium uxoris.*

157 *Epiſcopus tantum aſtringitur Eccleſiæ ſuæ, quantum maritus uxori.*

158 *Mulier ob adulteriũ perdit omne ius quòd habet in marito.*

159 *Regula, Quos Deus coniunxit &c. patitur limitationem.*

160 *Traianum Imperatorem eductum fuiſſe ex inferis.*

162 *Mulierum malitia notatur.*

163 *Mulierum proprietates.*

164 *Mulieres in pleriſque deterioris eſſe conditionis quàm uiros, & in pleriſque melioris conditionis.*

165 *Mulierum imperfectiones notantur.*

166 *Mulieres prohibẽtur ingredi quaſdam capellas eccleſiarũ.*

167 *Vxores uiris ſeruire debent ex præcepto Dei.*

Mulier regno præfici non debent.

168 *Lex Salica in Gallia.*

169 *Fœminas nõ ſuccedere exiſtẽtibus maſculis, iuris diuini eſt.*

170 *Definitiones, & declarationes terminorum initio cuiuſque diſciplinæ explicandas eſſe.*

171 *Iuriſconſulto uerba legis diligenter ſunt ponderanda.*

172 *Definitio quid ſit.*

173 *Definitiones in iure periculoſas eſſe.*

174 *Definitio, ut ſit bona, quæ ſint neceſſaria, & nu. 176 & 178*

175 *Definitionem debere cõuerti cum ſuo definito, quomodo intelligendum.*

177 *Rei vnius una definitio eſſe.*

179 *Definitio à deſcriptione quid differat.*

180 *Verba in definitionibus propriè accipi debent.*

181 *Cauſa non debet per effectum definiri.*

182 *Argumentum unde dicatur.*

183 *Argumentum quid ſit. & nu. ſeq.*

185 *Argumentum ab una re ad aliam quando ualeat in iure.*
186 *Determinatio duo determinabilia reſpiciens debet ea determinare æqualiter.*
187 *Diſpoſitio una non debet diuerſo iure cenſeri.*
188 *Verba uno & eodem contextu comprehenſa ſunt pariformiter intelligenda.*
189 *Statutum in uno eorum quæ paribus paſſibus ambulant, ſtatui debent & in altero.*
190 *Circunſtantiæ aliquot enumeratæ pro quarum differentia facilè diſſoluuntur argumenta in iure.*
191 *Solutiones ad argumēta quales ſoleant ab imperitis dari.*
192 *Argumentum ab euitando abſurdo ualidum eſt in iure.*
193 *Abſurditas & iniquitas in interpretandis legibus ſummopere uitanda.*
194 *Verba nonnunquam à propria ſignificatione detorquenda, ut euitetur ſenſus abſurdus, & nu. 196.*
195 *Abſurdum aliquando tolerari, ut euitetur quod magis abſurdum eſt.*
197 *Adiectiuum ſubſequens duo ſubſtantiua, utrunque determinat*
198 *Argumentum ab etymologia uocabuli eſt ualidum in iure: atque inibi plures locos uidere potes, à quibus ſumuntur argumenta in iure.*
199 *Scientia cuiuſque rei ex cauſis illius potiſsimū acquiritur.*
200 *Cauſa formalis potius attenditur: quàm materialis: & quā ob cauſam.*
201 *Vitium maius eſt in forma, quàm in materia.*
Effectus potius denominatur à cauſa immediata & propinqua, quàm à cauſa remota.
202 *Natura cuiuſque actus attenditur ex origine rei, non ex accidente.*
203 *Cauſa finalis potius conſideranda eſt, quàm cauſa impulſiua.*
204 *Lex à ratione regulatur tanquam ab anima.*
205 *Cauſa ceſſante, ceſſat effectus.*
206 *Effectum aliquando non ceſſare, cauſa ceſſante. & nu. 208.*
207 *Conditionem ſemel fuiſſe impletam ſufficit, licet implementū non duret.*
209 *Coniecturis non eſt locus in his quæ certa ſunt.*

220 *Verum præſumitur eſſe quod communiter accidit.*
210 *Leges aptari ſolent ad ea quæ frequenter accidunt.*
212 *Contrariorum altero poſito alterum remouetur.*
213 *Argumentũ a contrario ſenſu non ſemper eſſe firmũ in iure.*
214 *Correlatiuorum altero exiſtente uero, alterum etiam verum eſſe neceſſe eſt.*
215 *Inducta ad vnum effectum non debent operari contrarium.*
216 *Rem quamque ex fine ſuo iudicari.*
217 *Fictiones duæ circa vnum & idem non concurrunt.*
218 *Lex generaliter loquens debet generaliter intelligi.*
219 *Genere perempto, ſpecies eius perimi neceſſe eſt.*
220 *Genus in iure tribus modis capi.*
221 *Genus & ſpeciem non eodẽ modo accipi a iureconſultis quã à dialecticis.*
222 *Speciei uni proprium non poteſt alteri ſpeciei conuenire.*
223 *Indefinita quando æquipolleat vniuerſali.*
224 *Verba interpretationem aſſumunt ex natura actus.*
225 *Alternatio præſumitur in dubio fieri inter æqualia, vel parum diſtantia.*
226 *Dominium rerum legatarum ſubdiſiunctionem non tranſit ad legatarium ante electionem.*
227 *Ordo verborum reducitur ad ordinem intellectus.*
228 *Legem nemo ſibi ita imponere poteſt, quin ea liceat ei recedere.*
229 *Subiecta talia ſunt, qualia prædicata demonſtrant.*
230 *Qualitas non eſt ſine ſubiecto, quemadmodum nec motus ſine termino, nec acceſſorium ſine principali.*
231 *Actuum humanorum duplex variatio.*
232 *Verba ſecundum ſubiectam materiam intelligenda.*
233 *Totum infert quamlibet ſui partem.*

¶ DEVENIENDO igitͤ ad queſtionẽ noſtrã quã, poſt Platonem qui fuit diuinus, & in cuius ſcriptis repe titur fermè totũ Euangeliũ Ioannis, ſcilicet, In princi. erat uerbum, &c. ut Papa Pius ad Turcum epiſtol. vij. chart. xij. Marſilius Ficinus epiſtolarũ lib. xij. char. 162. epiſt. inci. ſatè Sanctes. Petrarcha epiſt. lxiij. Fortunius, de iuſti. & iur. col. lj. latè examinarunt. Ariſt. Plutarc. &

Seneca.

Seneca,quos refert diuus Hieron. cōtra Iouinianum lib. j.c.xxx.quod incip.ſcripſerūt. Archiepiſcop.Florē. iij. parte Summæ.de ſtatu coniug.eſt in princip. Volaterranus Commētariorum Vrbanorum lib.xxx.in titulo, de cōiugio,quis in eo ueterum ritus, & quatuor ſeq.Codrus qui refert Plutarchum ſerm.iiij.incip.Plutarchus. Mancinellus in ſermonib.lib.ix.tit.j.licet titulo ſeq.teneat contrarium Vlder.Hutten.in dialogo de Fortuna.char. x. & ſeq. Franciſ.Barbarus in tract.de re uxoria,Gilbertus in quæſtionibus œconomicis enumerat cērum commoda, & cc. incommoda matrimonij.† horum maior pars & ferè omnes concludunt, non eſſe utile nubere: adducētes Theophraſtum, cuius dicta ubi ſuprà refert Hieronymus. & cap.xxviij.incip.ſentiō.& latius referūtur in ultima parte Epiſtolarum eiuſdem ſancti, epiſt.lxxix.incip. loqui prohibeor.in Polycratico, lib.viij.c.xj.incip.ſicut.in Laertio de uita & moribus Philoſophorum:quę etiā habentur in Margarita Poetarum.chart. cxiiij.per Alb.de Roſate, in rubr. C. de nupt.poſtquam ergo referuntur in tot locis, ſuperfluum eſſet in tanta librorum libertate hic ea tranſcribere.

Concluſio negatiuè Non eſt utile nubere.

¶ CONCLVSIO ſuprà ſcriptorū eſt, Quòd nō ſit ut utile nubere.eandē opin.latè tenet Petrarcha de uita ſolitaria,circa fin.frater Iacob.Magnus in Sophologio ſapientiæ.lib.ij.cap.xvij.de regimine domus uxoris & filiorum. Clarius lib.x.c.xj.quomodo cōiugia legitimè ſint contrahenda.gl.& Panor. allegantes illud Philoſophicū,de quo Valerius in vii.quodcūq; feceris, te pœnitebit.in c.j.§.fi. in fi.de ſum.Trin.Polycraticus li.viij.c.xij. Imol.in c.tuæ. de ſpōſ.col.xij. Hen.Boich, & Præpo.in c. commiſſum. iiij.not.de ſponſa.Io.Montaighe in tract. de big.q.ij. col. ix.& ſeq.Luc.de Penna in l.ij.C. quando & quibus quar. pars deb.lib. x. in l. in ſacris. col.ij.C. de proxim. ſac. ſcri. lib.xij.Petr.de Ferrar.in ſua practica,in for.lib.quo uxor. ag.ad do.in gloſ.in uerbo,uxor. colum. j.& alibi ſæpe ſcribentes.

Authoritas Philoſophi

Pro iſta parte primò adducit Hieronym. contra Iouinianum, libro j.cap.vij.incip.maritorū. authoritatem Slauatoris in Matth.xix.cui cum diſcipuli reſpondiſ-

Authoritas Saluatoris.

ſent,uxoris onere contemplato:Si tale eſt, inquiunt, non expedit nubere.Saluator replicauit,Rectè quidém ſentitis, cap. omnes.xxxij.q.vij.cap. qui ſitit. xxxiii. quæſt. v. Matth.Boſius epiſt.j.chart.ij.& iij. ubi ſubiicit quòd fallitur,qui credit ſe Deo militare,dum uxori & liberis ſeruit.hinc Ant.de Prato.in tract.de ſecund.nupt.char.xvij. col.ii.dicit quòd non bene conueniunt lectura & lecteria & Cicero,quē refert Ioan. Montolonius in Promptuario iuris,in uerſic,uxor.col.vij.dicebat, quòd nō poterat philoſophiæ pariter & uxori operam dare. uide ibi etiam
1 in uerbo,matrimonium.

2 ¶ † Secundo allegatur, pro iſta parte. cap.nos nouimus. xvij.q.ij.ubi dicitur:nauigaſti,id eſt,uxorem duxiſti: propter magna onera matrimonij,quæ æquiparantur periculis quæ ſubeuntur nauigando, ſecundum Doct.prædictos Petrarcha de remediis utriuſque fortunæ. lib.j. dialogo lxv.de coniugij claritate,& tribus dialogis ſequentibus, & dialog.lxxvij.de natorum coniugio.nā qui nauigat mare,enarrat pericula maris,& audientes admirantur. Luc. de Penna in l.quotiens.col.fin. C.de naufrag. lib.xj. propterea dicimus quòd nauigatio ſemper eſt periculoſa & incerta Bald. in c. paſtoralis. de offi.ord.col.ij. & eſt prouerb.Qui neſcit orare, aſcendat mare. Hinc Aeneas Syluius epiſtola xxxvij.incip.rem longè pro breui inſtructio eſt bene uiuēdi. dicit ſufficere quòd qui ſeruet quæ Deo promiſit,dū in procelloſo mari aderat: uel dū in carcere, ſeu in lecto ægrotās detineretur. Aliam ponit uitā Ioā.Pici Mirādulæ. char.vi.ſcilicet Chriſtò mortē noſtri amore
3 perpeſſam præ oculis habere:propriamq; idētidē cogitando ſemper cauebimus à uitijs.† Mulieres enim facilius inducuntur ad matrimoniū: quia nō ſunt eis ita onerosa ſicut uiris.Socin.in l.qui fuerit.ante fin.ff.de cōdit. & demonſtra.tamen Mirandula,ubi ſuprà dicit matrimonium non eſſe ita durum,ſicut militia, cùm non habeat tantum ſeruitutis & periculi.

¶ Tertio allegat practicā Ferrar.ubi ſuprà, diſplicentiam mortis filiorum,& alia onera incogitata quæ Deus auertit ab oculis hominum,ne mundus deſtruatur. propterea

Thales,

Thales,ſecũdùm Laertium,interrogatus, cur uxorem nõ duceret: Reſpondit, propter amorem filiorum.tempus tamen omnem eorum dolorem exportat.ſecũdum Barb.in Ioannina. columna lxxiii.bene cogitant uolentes nubere de amplis dotibus,& quòd lucrabuntur,& eis multa proſpere ſuccedent: non autem de malo euentu.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de uerb.oblig.Sed ſi ſecundum cogitationes hominum omnia ſuccederent,ego multa cogitarem,dicit Signor.conſil. ult.col.v.& Apoſtolus j.ad Cor. cap.vij.Es ſolutus ab uxore,noli quærere uxorem: habes uxorem,noli quærere ſolutionem:quia† turpius eijcitur, quàm non admittitur hoſpes.c.quemadmodũ.§.alioquin. de iureiur.glo.fin.in cap.litteras.de reſt.ſpoliat.Vxoratus enim dicitur eſſe in igne.cap.uir cum propria.xxxiij.q.4. Præpoſ.in cap.rurſus. col.v.qui cler.uel uouen. *Authoritas Apoſ.* 4

¶ Quarto allegatur, quia † matrimonium eſt ſpecies ſeruitutis.l.ij.ff.de lib.ho.exhib.Claud.in l.j.in fin.princ. ff.de uerbo.oblig.Dec.conſi.cxxxiij.col.ij.& eſt dura ſeruitus,ſecundum Bal.in l.in bonæfidei.col.j.C. de reb.cred. Landul.in uita Chriſti, parte.ij.c.x.littera c.Pet.Subet.in uinea Domini,char.50.in rub.de concubinarijs.col.ij.eſt in 4.parte.Ioan.Lup.in rub.de don.inter uir. & uxo.col. viij.uer.quo ad primam.nec † habet maritus plenam ſui corporis poteſtatem.cap.diuerſis.de cler.coniug.Io.Montagne,in tract.de big.j.q.col.xxix.intantum quòd maritus non poteſt ſe abſentare ſine conſenſu uxoris, niſi pro uoto in ſubſidium terræ ſanctæ.Maria.in cap.quoniã frequenter.col.ij.ut lit.non conteſt.& dicit Panor.in cap.tenor.de re iud.quòd per contractum matrimonij uir quodammodo ſe alienat,& uendit,ſeu ſaltem emit litigium. Eraſmus quarta parte Prouerb.cxxj. qui non litigat,cœlebs eſt. facit Ioan. Mirandula epiſtola incip. gratiſſimæ. dicens,quòd tuus totus eſſe non potes.qui ſemel nuptiarum legibus te ſubijciens uxoris eſſe uoluiſti.†.Sed ſeruituti & turpitudini mors eſt antèponenda,ſecundum Cicer.quem refert Luc.de Penna.in l.j. C.de cap.ciui.cenſ. exim.lib.xj.colum.penul. Paris de ſyndicatu.char.iij.in cap.an liceat occidere tyrannum. Eſt enim libertas he- *Matrimonium eſt ſeruitus.* 5 6 7

ſaurus inæſtimabilis.§.cum autem.circa fi.inſtit.quibus ex cauſis man.non lic.in qua ſola conſiſtit decus & ſplendor.l.edicimus.ubi Luc.de Pena.ad hoc not.C.de murileg.lib.xj.cum ſimilibus.ut dixi inter feudalia Bruni.conſil.xij.col.j.& col.xxx.

Ratio Iaſ. ¶Quinto allegabat Iaſon hāc ratione:nā ſi apud maiores noſtros quib.ex cauſa licebat dirimere matrimoniū, & aliam ducere,quæſtio hæc erat dubitabilis,& communiter hæc pars negatiua tenebatur:quanto magis indubitanter hodie tenere eam debemus,attenta lege Euangelica,Quos Deus coniunxit homo non ſeparet:quia oportet in tali pœnitentia perſeuerare uſque ad mortem.

¶Sexto allegatur fatuitas mulierum:nam quidam qui interpretantur Bibliam ſuo modo, dicunt quòd Deus nō fecit ſtatim mulierē cū homine,† qui eſt nobiliſſima om- *Fatuitas mulierū.*
8 nium creaturarū Barbat.in repet.rub.C.qui admit.col.j.in c.nullus.col.iij.in c.ſignificaſti.col.4.de foro competē. ubi, col.vj.refert.illud:Pronaque cum ſpectent animalia cętera terrā,Os homini ſublime dedit, cœlumq; uidere iuſſit,& erectos ad ſydera tollere uultus.Azo in Summa. C.ex quibus cauſ.infami.irrog.& glo.in l.iuſtiſſime.ff.de ædil.ædic.& de excellentia hominis,Symphor.in theologia Trimegiſtica particula v. Codrus ſerm.xiij.chart. j. quia uoluit reſeruare,ut eā faceret cum alijs beſtijs. pro quibus facit Plato,dum dubitabat utro in genere ponat mulierem,rationalium animātiū,an brutorum,ut refert Euſebius de Euangelica præparatione lib.xij.cap.vij.& Eraſmus in Moria,char.viij. facit qđ infra dicā, ꝙ nō eſt ad imaginē Dei.in nona ratione huius partis.Ideo Philoſophus primo Politic.dicit, quòd conſilium mulieris eſt
9 inualidum. & lib.ſequen. † quòd à mulieribus non bene regitur ciuitas.Bald.in rubr.C. de rer.permut.facit Ioan. Montagine.in tract.de biga.q.j.col.xxij.& Bal.lib.iij.cōſ. clxxj.in prouincia.col.ij.uer.quo ad articulum.Bolog. in repet.auth.habita.C.ne fil.pro patre. col.ij.dicens,quòd propterea nō poſſunt eſſe de conſilio,nec cōdere ſtatuta: quia inter eas nō ſolet regnare prudentia.Aeneas Syluius epiſt.lxxviij.ſcio te optare.ad fin.eſt de mente C.in l.ij.

Alij dicūt,quòd in muliere Deus bene fecit mamillas, uentrem, & alia quæ ſunt dulcia et amicabilia: ſed de capite noluit

C.de

C.de his qui uen.æta impe.& uiuũt paſſione,nõ ratione. Aegid.de regimine principũ.lib.ij.parte j.in fin. ulti. cap. dicentes,Sic uolo, ſic iubeo, ſtat pro ratione uoluntas, Iuuenal.quem refert gloſſ. in §. furtiuè. inſtitut. de uſucap licet appetitus debeat rationi deſeruire. Angel.conſil.cx.ſanctiſſima col.v. † ſunt enim cõmuniter ſtultæ, ut
10 in Chronica Ianuæ de anno dccclxiiij. ubi dicitur, quòd earum naturã eſt in principio habere præſumptionem,in medio ſtultitiam,in fine uerecũdiam. & ibi rationem aſſignat,& ex eis tot ſunt ſtultiſſimæ,quot ſimpliciter ſtultæ uidentur ſapientes,non quòd ſint. Et propter earum ſtultitiam ſtultè loquũtur. Biblia Aurea capitulo lxxxix. incip.loquuntur mulieres. & hoc patet in ruſticanis obſtinatè & ſuperbè adeò maritis reſpondẽtibus,quòd uerbera reportant, & tamen magis ual calar que fol parlar, Specul.in tit.de aduoc.§.iam nũc uidendum. col.ij.id eſt, plus nocet incepta locutio, quàm ſilentium. Felin. in c. eum ordinem.col.j.de reſcript.quia,Nihil tacuiſſe nocet, ſed nocet eſſe locutum.gloſſ. magna in fin. in l.actus legitimi.ff.de reg.iur.†Et liceat non debeat linguæ lubricitas 11
de facili trahi ad crimen.l.famoſi. in fin. princ. ff.ad legi. Iul.maieſt.niſi rea mens ream linguam faceret.cap. homines.xxij. quæſt.iij. quia noſter intellectus eſt multæ flexionis, & multæ lubricitatis eſt lingua. Bald.in l. ea quidem.col.pen.C.de accuſ.quã nemo domare poteſt ſecundum Ange.in d.l.famoſi.& Iacob.iij.Cauere tamen debemus,ne ſimus nimis ſubiti in reſpondẽdo.Bar.in l.ij. nor. ij.C.de ſentent.ex perie.tec. Quanto ergo eis melius eſſet maritis gratiosè reſpondere, quia ſecundum Specul. uerſ.ſuprà, per gent parlar bocha non ca. & in §. ſeq. incip.hic dicendum.col.ij.dicit,ꝙ uerbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. refert Bald.in rub. extrà de iudic.Iodocus in tit.de nobilitate.cap.xij.char.ij.Amadeus de amicitia.char.vi.Et paulò infrà Spec. alleg. Salomonem dicere, quòd humilis ſermo, & humilis homo triũphat in domo.& ibi adducit plura moralia in propoſito.pro quo Albertanus de doctrina loquendi, & tacendi.lib.j.ſuper ſyllaba, quid. Petrarcha epiſt.xlviij.incip. quid

ſe impedire, ſed pmiſit illud facere damno ni.

quid tibi.Sed ipſæ hoc nunquàm facerent.unde licet maritus non poſſit linguã uxori retinere,ne loquatur. gloſſ. in l.ſi hæres denominatim.ff.de leg.j.ulti. char. Bald. lib. iij.conſil.ccxx.in quæſtione domini Agilani.colum. antepen.poteſt tamen caput linguæ receptaculum caſtigare, & euenire illud Alber.in Dictionario. in uerbo, lingua. ubi dicit,Oſſe caret gloſſa, per quam franguntur & oſſa. Et per eorum fatuitatem communiter quærunt cõſilium contra proprium cõmodum.Amadeus in dialogo de Amicitia, char.xiiij.Bald.in addit.Spec.in titu. de mag. refert Bolog.in repet.auth.habita.C.ne fil.pro pat. colum. xlij. facit Io.Lup.de don.inter uir. & uxor..char. xlij. colum.l. eſt in vj.effectu traductionis. colum. j. & char. lxxiij. colum.ij.uerſ.præſertim. Soci. conſi. xciij. circa primum.

Mulieres quærunt cõſilium contra ꝓprium cõmodum.

12 colum.x.per l.fin.C.de pact.conuent.† Et uidemus quòd communiter appetũt matrimonium. Decius conſi. cxliij. in cauſa matrimoniali. colum. penult.Socin.in l.qui fuerit ante fin.ff.de condit.& demon.quòd eas ultra periculum mortis quod incurrunt tempore partus, ad tot anxietates perducit.Eraſmus in Moria, char.v.etiã propter educationem filiorum.Socin.lib.iiij.conſi.liij.uiſo inſtrumento donationis.dicens,quòd præcipuus animus fœminarum eſt concipere, & conceptum tueri, & cogitare de liberis,& tamen fatuus eſt qui uidet utilius, & ſumit deteriora.Ioan.Fab.in §.cum autem inſtit.quòd cum eo.ubi allegat etiam de hoc Prouerbium gallicum. & hoc probat ratione Aegidius de regimine principum.lib.ij. parte j.cap.xxiij. quod eſt penul. fuit dictum Medeæ, quod refert Codrus ſerm. ix. char. pen. nec eſt ſperandum de cura,quia ineſt eis talis ſtultitia à natura, nam quod natura negat, nemo feliciter audet. Bart. in l. amiciſſimos.§. fin.ff.de excuſ.tut.Niſi ſaltem in uirgine dicas, appetitum matrimonij adeſſe: quia,ut inquit Philoſophus, dulcius putant quòd nunquàm expertæ ſunt.refert Afflictus cõſtitutione,ſi quis ſæpere j.not. Mapheus Veggius de educ. liber.char.vj.dicam infrà in ampliatione de uidua.Et poſtea quia omne animal poſt coitum mœſtum, ſecundum Philoſophum in Ethicis,quem refert Regimen caſtitatis char.

charta.iij.cap.iij.char.ix.colum.iij.dolent, quia non inuenerunt tantam voluptatem vt putabant: nam inde laboris pluris haurire mali eſt, quàm ex re decerpere fructus, ſecundum Horatium. Imò antequàm nubant, caperent quemcunque etiam uiliſſimum ſepultorem: poſtea verò etiam ſi maritus eſſet unus rex, ſunt malè contentæ, & de eo conqueruntur, quia omni menſe uellent unum mutare, & ſi non uis credere, loquere cum uxoribus, & inuenies quòd quaſi omnes obloquũtur de maritis. Item ſunt adeo fatuæ quòd credũt ipſæ zelotypæ dare poculum amatorium uiro, & eum enecant, uel deducunt ad inſaniã. Catell.in ſecunda part. Memoral. in uerb. uxor. plura enumerat exempla. Anteros Fregoſij char. xxvj. & ſeq. Afflictus in conſtitutione, mala noxia. & conſtitutione, poculum amatorium. & conſtitutione, amatoria pocula. uide ergo quot malorum cauſa ſit hæc earum fatuitas. meritò dicitur quòd † inſipientia nullũ malum eſt maius. Car. 13
Alexander in capitulo, per Eſaiam. in fin. prin. j. quæſt. j. & Cicero in iij. quæſtionũ Tuſculanarũ. hinc dicimus quòd maius damnum dat fatuus, quàm ſceleratus homo: quia omnis ignorans, malus. iij. Et hic. probat Ioann. viij. ibi, & ſermonem eius ſeruo. † Et eſt ignorantia mater omnium 14
errorum. capitulo, ignorantia. xxxviij. diſtin. & ignari non ſunt homines, ſed imagines hominum. Panor. in cap. prudentiam, de offic. deleg. ſentit Mitio in Adelphis Terentij, dicẽs: Homine imperito, nũquam quicquam iniuſtius eſt: quia niſi quod ipſe facit, nihil rectum putat. refert Lactantius in v. Diuinarum. Inſtit. Carneadis diſputationẽ, an iuſtitia cum ſtultitia fœdus habere poſſit, & concludit quod non: quia nũquam poteſt eſſe iuſtus, qui ſtultus eſt, & ita intelligitur illud Eccleſiaſt. xlij. quod melior eſt iniquitas uiri, quàm mulier benefaciens. de quo Matthæus Boſius, Epiſtol. iij. incip. cætera. facit Baldus in proœmio, rex pacificus. col. iiij. dicens, quòd ignorantia & cupiditas ſunt mala naturæ, & idem dicit libro ſecundo. conſil. ccx. iſte ad fin. ubi excandeſcit contra quendam aduocatum. † Et mulierũ fatuitas eſt adeò contagioſa, quòd uiros ſe- 15
cum conuerſantes etiam infatuat. Biblia Aurea capitulo

xxxiij.

xxxiij.de conſilijs malis,ut in Adam,Gen.iij. & capitulo, Adam.xxiij.quæſtione v.& in Salomone,Reg.iij.capitulo xj.Salomon.xxxii. quæſtio.iiij. refert poſt Ambroſ. frater Lud.in tract.de uerit.cõtritionis.de luxuria, capitulo iij. & iiij.& char.cxxxviii.de circunſtantiã inſtrumentalis agentis.circa fi.Qui enim tetigerit picem, coinquinabitur ab ea, & qui cõmunicauit ſuperbo,induit ſuperbiam. Ecclesiaſt.xiij.frater Gregorius Britannicus ſermo funebri
16 xv.cupio.circa fin.& xxxij.etiam incip. cupio. † Ideò cum bonis ambula.gloſſ.in l.ædiles.§. Pędius. ff.de ædil. edict. capitulo. ſæpe.xxvij.quæſt.j. & vuaque conſpecta liuoré ducit ab uua.Biblia Aurea,cap.cxxij. de malorum ſocietate.gloſſ.in uerb. iuncta. in l.ſi finita, ff.de damn. infect. ubi modicum ferméti totam maſſam corrumpit. & ſubijcit: Cum ſancto ſanctus eris.Pſalmo xvij.Diligam te Domine.Ioãnes Montolonius in Promptuario Iuris.in uerb. corrumpere. Eraſmus prima parte Prouerb. ccxci.ſi iuxta claudum habites &c.facit gloſſ.in capitulo,eam te. de reſcrip. quia morbida facta pecus totum corrumpit ouile. Cepol.de ſeruit.ruſtic.capitulo ix. de ſeruit. paſcend. colum.vj.& Ouid.dicens:Si quis in hac ipſum terra poſuiſſet Homerum.Eſſet(crede mihi)factus & ille Geta. Ideò prohibentur canonici cum mulieribus cõuerſari. Capel. Tholoſ.quæſt.ccccxlvij.nunquid canonici. Ponzinibius in tract.de lamijs col. fin. quia etiam quandoque euenit, quòd Deus percutit innocentes, propter defectus ſociorũ Hadrianus Papa noſter in Quodlibet. quæſt.xij. char. j.& ij.& ibi.c.iij.col.iiij.quòd nil tam nocet homini, quã mala ſocietas. Si ergo ambo erunt fatui, ſuccedit l.fatuo fatua.ff.de poſtul.& ſic quòd cæcus ſi cęcum ducet.ambo in foueam cadét. Lucæ ſexto. de ætat.& qual.cap.penult.
17 † Tenetur tamen ſocius faciens alium ſocium expendere res ſuas in malos uſus,utili actione ad illa reſarciendum. ſecundum Ioannem Fab.in §.omnes col.ij.inſtitu. de act.
18 ¶ Septimo allegatur earum inconſtantia; nam uarium & mutabile ſemper fœmina. cap. forus. ante finem c. de uerb.ſignific.cum ſim. ut Bolog. in repet. auth. habita.C. ne fil.pro patr.col.ſecunda.Curtius.Sen.in repet.l.admonendi

Incõſtantia.

nendi.ff.de iure iur. col. tertia. Bauerius. in §.teſtes autē, j.not.inſtit.de teſt.Bart.de reprobat.teſtium.colum.ſecunda.uerſi. item mulieres, adducens illos uerſus: Fœmina fallere,falſáq; dicere quando carebit: Becharia piſcibus, mareque fluctibus tuncq; carebit. & dicit Codrus ſerm. xiij.char.iij.quòd fortuna rectè pingitur in forma fœminæ,quia eſt uaria.facit Polydor. prouerb. xlvj. pluſquàm polij folium.facit Philelphus deca. vi. ſatyra incip. quid nō in terris.& deca.ix.ſatyra x.incip.in Ligurum. Et pondera uerbum,ſemper,poſitum in text. in d.cap.forus. Et pondera uerbum ſemper, poſitum in tex. quod importat omni tempore.l.j.ff.ſol.mat.Felin. in procem. rex pacific. columna ij.unde euenit ut etiam caſtiſſimæ mulieri propter earum inconſtantiam,non ſit confidendum de pudicitia. ſecundum Senecam de remedijs fortuitorum. ad fin. Petrarcham de remedio utriuſque fortunæ,libro primo. dialog.lxxiij.de filiæ caſtitate. Et cóntra inconſtantiam, plura habentur in tract.de regio conſiſtorio, char.xliij.dicam infrà in regula,quòd ſit ſeruanda communis opinio in ampliationibus,dum dicam de Bald.facit Petrarcha epiſt.ciiij.agreſtem.& ita eis eſt datū deſuper: ut apud Philocolum dicit ſocius Phileni,cap.xxxvi.& Terentius, Vbi uis,nolunt,vbi nō uis,cupiunt ultro.& ſic uolunt & diſiolunt.Præpoſ.in cap.ſolicitudinē col.iij.ult.not. de appel.

¶ Octauo allegatur incontinentia muliebris: nam † caſta eſt quam nemo rogauit.Panor.in cap.i.j. de bigamia. colum.fin.Ioan.Montaigne in tract.de bigamia.in vj. quæſt. colum.viij.hinc dicit Heliogabalus in oratione ad meretrices.ante medium.quæ incipit,incredibilis eſt.impreſſa in fine Ioannis Bapt.Egnatij de Cæſaribus, quòd ſi quis diligenter perquirere uoluerit, tot fermē lupanaria in illa urbe ſunt,quot domus,& ſubijcit, inter ſecretas & publicas meretrices tantùm differre, quantum inter milites & graſſatores,iuſtumque bellum & latrocinium,quorum alter palàm in aciem prodiens committit prælium, alter verò quia ei tanti non eſt animi, clanculum ſine ſignis latrocinatur.Et hoc non credens experiri uoluit. Secundus Philoſophus,qui propriam matrem ſic adinuenit, & ſibi 19

perpe-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA. VITTORIO EMANUELE

perpetuum ſilentium elegit. Etenim uellent redire ad illam cōiunctionem quam dicit Plato, fuiſſe maſculū cum fœmina ſimul generatos, poſtea ſciſſos. damnat Euſebius de Euangelica præparatione.libro xii.capitulo.vij.amant ferrum.ſecundū Iuuen. quem refert Cyn.in l.j.C.de mul. quæ ſer.prop.ſe immiſc. Præpoſ.in c fi.col.fi.de mat. contract.contra interdic.eccl. Et citius ſentiunt odorem hominis, quàm anſeres.gloſſ.in clem.ſi dominum. in §.licet. in uerſ.omnium ſanctorum. de reliq. & uener. ſanct. facit Gilbert.ſuper ij.Oeconomices. cap. iij. & Codrus ſerm. vj.charta penult.qui ponit de luxuria ancillæ. & de ruſtica quæ excuſabat ſe cum uiro interrogante, Cur cunnus rorat? de boue perdito plorat. Cur cunnus ridet? de boue reperto. Ideò ſi oportet te peregrinari, nec uxorem relinquere tutum, nec ſarcinam tecum ferre potes. Et quia iura non nouerunt, ut per Angel.in §.ſuſpectus autem.inſti. de ſuſpec. tut. Doct. in l. iuris ignorantia. C.qui admitt. excuſant ſe dicentes non uidiſſe. Bald.in capitulo quoniā. §.ſi uerò ad fin.ut lit.non conteſt. Præpoſ.in ca. in preſentia. iij.not.de ſponſal.dicentem, dum uir eſt abſens, debet uxor tenere clauſum os inferius. In mulieribus enim quandoque igneus ille furor neſcit habere modum. gloſſ. in §. nouimus. in auth. quib.mod. nat.effic.leg.propter quam mariti, ut docet experientia quæ eſt rerum magiſtra. c. quàm ſit de elect. lib.vj.l. legatis. §. ornatricibus. de leg. ii. ſponte exulent, quia non ſolos tangit Atrides iſte dolor. Virgil.in ix. Andreas Alciat. in ſuis Parad. Iuris ciuilis, in lib.ij. Prætermiſſorum.eſt char.cxl.col.j.gl.in l.ſi uxor.§.j.ff.de adult.præſertim quando peius adulterio turpis adulter obeſt.gl.in c.cū quidam.de iureiur. Bologn.in auth.habita. C. ne fil. pro patre. col.xxx.per §.atrox.inſtit.de iniur. Quandoque in hecticam, uel in aliam incurabilem ægritudinem & mortē incurrat ex mœrore quem

Mulier abſēte viro claudat os inferius.

Grauis dolor mariti.

20 inde ſuſcipit. nam † exultatio uiri eſt longæuitas. Eccleſ. xxx.in fin.& animus triſtis deſiccat oſſa. ſpiritus gaudens ætatē floridam facit. Hoſt.in Summa de pœnit. & remiſ. §.quæ impediant.col.iij.Bart.in procem.trium lib.C.frater Greg.Britannicus ſerm. funebri, lvij. modicum & in

vulga-

uulgarizandis.ſerm.ij.incip. in hac col. ix. Petrarcha epiſtola lxxxix. una ante medium qua poſtea ut clerici quibus uita laicorum eſt paſſio, & mors conſolatio. Abb.antiq.per illum text.in cap.j.de ſepul.ut ille curatus cõquerens de ruſticis ſuis qui nolebant mori,nec offerre mulieres ipſæ exultant,& gaudẽt.gloſſ.in l.pater Seuerinam. §. ſocrus.ff.de condit.& dem. Lucas de Penna in l. quotiens col.iij.C.de priuil.ſchol.lib. xij. maxime mulieres iuuenes de marito ſene. Guilielmus Rouille in tract.de reſcriptione iuſtitiæ.lib.ii.cap.xj. Bald. tamẽ in cap.accepimus de pace in tit. qualiter deb.iur.uaſ.dom.fidel. ubi Præpoſ. colum.pen.dicunt, quòd ſunt meretrices quæ hoc faciunt ut licentius poſſint peccare: ſed pœnitentia non multum tardatur, quoniam extrema gaudij luctus occupat, pluri-mæ poſtea cognouerunt quanta fuerit eis iactura mariti, quem uiuentem uoluiſſent omni hora uidiſſe mortuum. Etiam ſi uelint poſtea amatorem in maritum capere, contra titulum de eo qui dux.in uxor.quam pol.per adult.uel alium,& ſic ex ſecundis nuptijs animam mariti contriſtare. Bal.in auth.cui relictũ.C. de indic. uid. tol. col. iij. per text.in §.uerò.uerſ.nos igitur.in auth. de nupt. quæ mors ut citius eueniat, quandoque maritis ueneña miniſtrant, ut apud Valerium lib.ij.uerſ.xxxiij.& lib.vj.in cap.de Seueritate.uerſ.xiiij.horũ exemplo aduertant & cauti fiant mariti: nam Felix quem faciunt aliena pericula cautum. & †, Caſus dementis correctio ſit ſapiẽtis. glo.in §.fin.in 21 uerb.exemplum.in auth. de mand.princip.& optimum eſt, aliena frui inſania Polydorus prouerb.iiij. Et quando adulterium deducitur ad notitiã mariti, potes cogitare ſi alij ſciunt: quoniam damna ſuæ domus ſciet ultimus. ſecundum Iuuen.quẽ refert Præpoſ.in ca.ſignificaſti. j.not. de diuor. Et ſi Roſarium.ij.parte,ſerm.xxvij.mulieres viderent.& Aeneam epiſt.ccccxxvij. incip. Lucretia. & cvj. quærebaris.rarius fortè peccarent,& maturius cogitarẽt antequam ponerent famam ſuam in manu alterius; qui ſi contra cõmunem hominum conſuetudinem non ualentium amicam celare, hoc tacebit aliquo tempore, tãdem uel negatione coitus, uel zelotypia, aut indignatione ir-

Contriſtatur anima mariti.

Maritus vltimus ſcire.

ritatus aut faſtidio amicam neglectam totaliter propalabit. Nihil tã occultum, quin reueletur. gloſſ. in §. & licet, in uerb. ignominia. in autho. de teſtib. & Eraſmus ij. parte prouerb. cccxx. tẽpus omnia reuelat. Amor etenim, ignis,
22 & tuſſis ſuum detegit poſſeſſorem, ut infra. † Et tamen bona fama eſt theſaurus inæſtimabilis, & ſicut Lilium dans ſuauitatẽ odoris, ſecundum Bald. in l. j. col. v. C. de cõfeſſ. Et fama mali per quot ora hominũ tranſit, ſemper augetur, iuxta illud in iiij. Aeneidos, Fama malũ quo nõ aliud uelocius ullũ, Mobilitate uiget, uireſq; acquirit eundo. refert idem Bald. in cap. tua. de cohabit. cler. & mulier. Et quando ſunt ſic mulieres infamatæ, ualde dolent: nam (ut inquit Iaſ. in procem. ij. lect. ff. ſol. matr. in rubrica) ſi qua per uoluptatem nequiter feceritis, uoluptas illa citò abibit: nequiter factum ſemper durabit, fuit dictũ Cellij, referentis Catonem lib. xvj. cap. j. prout Eraſmus ij. parte, prouerb. ccccxvij. exiguum malum, ingens bonum. Hoſt. in Summa de pœnit. & remiſ. §. quæ impediant. in fin. allegando Gregorium: Momentaneũ eſt quod delectat, æternum quod cruciat. refert etiam Hoſt. hinc dicit Seneca, quem refert gl. in cap. merito. xv. q. j. pro quo Gellius, lib. xij. ca. xj. philoſophus. ſi crederem deos ignoſcituros, & homines ignoraturos, adhuc peccare dedignarer. po-
23 tius mori, quam fœdari. † & mulier nobilis impudicè uiuens perdit nobilitatem. Bon. in tract. de nobilitate. parte iij. nũ. cxciiij. & ei poteſt dari curator tanquàm prodigo, & ſic non poterit teſtari. Ferrat. cautel. vj. incip. quãquàm. unde de tanto ſcelere non curabunt, ſed ſibi dabunt conſcientiam de ſpuẽdo in Eccleſia in annotationibus uarijs Bap. Pius. cliat. cxvij. in poſterioribus. cap. xj. Quanti eſt ergo facienda fama caſtitatis? Albertanus de bona fama, quæ ſemel amiſſa, eſt irrecuperabilis. gl. iiij. ſuper uerbo, nõn poteſt. in l. j. C. de rapt. uirg. Roſarium Buſti. ij. par. ſerm. xxviij. litera g. Iaſ. in l. j. §. ſi uir uxori. ff. de acqui.
24 poſſ. j. not. ubi † facta pro infectis haberi non poſſunt. & hoc ſolo priuatur Deus ſecundum Ariſtotelem, quem refert Baptiſta Pius in annotatis poſterioribus. cap. cxxxij. quia factũ eſt, & non factum, continet repugnantiã, quam
Deus

Deus facere nõ poteſt. Decius in l. ubi repugnantia. ff. de reg. iur. Iaſ. in l. ſi ita legatũ. in princip. ff. ad Trebel. Ange. conſi. clxxxvij. col. fin. Eraſm. in parte Prouerb. cclxxv. q factũ, & c. Et ſi pœna poteſt diuidi, culpa perennis erit gl. in l. fin. ff. de gener. bol. Hoſt. in Summa de temp. ordina. §. & cui. ubi in tit. de cohabit. cleric. & mul. §. quam pœnam. in fin. dicit quòd meretrix mũda, nec cornix alba fit. unde quia licet ſe emendet, non deſinit eſſe meretrix. Afflictus in conſtitutione, quæ paſſim, iterũ † ergo cogitet antequã tale ſcelus committat, quòd eſt natura turpe. l. probrum ff. de uerb. ſignific. Fortunius de iuſtit. & iur. col. xlviij. & grauiſſimũ, ſecũdum Fratrẽ Ludouicum Viualdũ in tract. de uera cõtritione, char. xj. & longe grauius mulieri, quã uiro. Cyn. in l. j. C. de adulter. col. j. Cogitent tertiò, quòd maior pars impetentium eas habet uxorem uel amicam ordinariam, & ab eis non gratia amoris, ſed curioſitatis, ut plura experiãtur, uel ut ſciant ſecreta mariti. uel odij, exigunt coitum, ut ſic ſe uindicent de marito, uel affinibus: uel gratia ambitionis, ut gloriari poſſint plures ſuppoſuiſſe. Or uide ſi erunt ſecreti aſcribentes hoc ſibi magno honori. Enchiridion militare char. vij. poſt Ioannem Fab. inſt. de publ. iudi. in §. item lex Iulia. de adulte. dicens, quod hoc ſcribũt in parietibus hoſpitiorũ, iuxta eorũ inſignia. Imò quidã nobilis ſolebat per lenones ſuos uti hac iactãtia erga mulieres quas impetebat, ſcilicet quòd ipſe nunquã aliquã impetierat qua non eſſet potitus, & quòd ita de ea ſperabat q non eſſet obſtinatior cæteris: ſed illa reſpondit, quòd ipſe nunquã debuerat impetiiſſe niſi aliquas ſimplices, uel meretrices, & q ad illas rediret, & eam dimittere, qa in caſsũ laborabat: nec de ea unquã poterit gloriari & iactare, prout faciebat & infamabat alias. Profectò eſt benè magna victoria, de qua tantũ glorieĩ, cũ lucreĩ niſi pœnitere, ut reſpondebat Hippocrates: qa oẽ animal poſt coitũ mœſtũ, ut ſtatim dixi, & pĩiũ ſcortari uix panis unus, & alter dicebat ſe magis delectari cacãdo, quã coeundo. Itẽ in actu coitus ſemper impedit ratio ab actu ſuos & omni illo actu Prophetæ nõ habebãt influxũ ſpiritus prophetici, ſecundum Tabienã, in uerb. matrimoniũ.

iij.§.j. imò etiã in actu matrimonij quod eſt tantũ ſacramentum, Spiritus ſanctus adeſt uſquequo uenitur ad copulam, quia tunc recedit.c.connubia.xxxij.q.ij. Et tandè amatores uxorem ducunt, & ſic tela ſucciſa eſt. Bald. in l. libertæ tuæ.C.de oper.liber.nã, ut inquiũt Galli, Quand on aura bien folie, il ſe fauldra retrayre. Cautè ergo agunt mulieres, quando talibus impetentibus acerbè & crudè reſpondent, ut cognoſcant quòd non gaudent de talibus eſſe rogatæ, licet quædam fortè meretrices reſpondentes per uerba ambigua & impertinentia ſe excuſent hoc facere, ne uideantur inciuiles & ruſticanæ, & ne faciant uiros indignari, & quòd ſupertienet tempus, quo honeſtius &
26 cũ bona gratia eũ repellent. † Sed hoc nõ ſatisfacit, quia nõ eſt amicus noſter, qui noſtra bona tollit. Bal. in c. item: cum quis.de teſt.ſpol.& amicus nõ uult amico niſi bona. Bald.in l.reos.C.de teſta. quem ſequitur Bauarius, inſtitu. eo. col. xxx. multò minus qui animam & honorem. & ſic de eius beneuolentia non curandũ, & talis quam uocant in ciuilem, nullam pœnam meretur.l.creditores cum glo. C. de pig. ſolet enim dicit, quòd caſtrũ cuius cuſtos uenit ad colloquiũ.habetur pro proditore, ideò ſtatim repellendus, nam.ut inquit Sapiens, Quod tibi ſuſpectũ eſt, confeſtim diſcute.refert Io.de Vigo in cõpendioſa lib.j.de uulneribus.eſt char. viij. aliàs plura poſſent occurrere inter os & offam. Gellius lib.xiij.c.oratio. Præpoſ.c.cõmiſſum. de ſponſ.col.j.ſunt enim amatores præſumptuoſi, & attentant intrare domos uel cameras, & dicũt, quòd paria ſunt nõ negare, uel cõcedere.expreſſe Ang per illũ text.in l.generaliter.in fi.prin.C. de ſec.nupt.dicitur quòd ꝑ illa uerba Papæ, Nõ negamus fieri iuſtitiã, fuit decapitatus Coradinus, in quo finiuit inclytiſſimus ſanguis Sueuiæ, tanquã de mandato Papæ.facit l.ſi ſponſus.§.circa. ff. de do. inter
27 vir.& vxor. † Docet etiã experientia, ꝙ tales adulteræ in longa ægritudinè uel neceſſitate moriunt, quia peccatũ uetus, pænitẽtia noua.Pa.de Puteo de re militari, cha.iiij. col.ij. Etenim exitus acta probat, ſecundum Ouid.quem refert Præp.in c.fraternitatis.col.xiiij.de frig.& malefic. poſt gl.ibi.& addit Hoſt.in ſumma.de offic.arch.in §. quæ

per ment.

pertinent.col.ij.finis,non pugna coronat. & ſic eis extrema gaudijs luctus occupat,Pau.de Ca.in rub.de aleæ luſ. & aleat.in fin.Lancel.in l.j.§.his uidetur.ff.ſi quis iudic.nõ ob. Abſtineant ergo & à muneribus, poſtquã omnino ea ſaltẽ de cõſ.tenentur erogare pauperibus.ſecundũ Docto. in c.quia pleriq;.de immu.eccl. † quòd ille qui male accipit ut bene diſpenſet,potius contrarietur,quàm iuuet.c. ex multis.j.q.iij.ante fin.ꝙ ſi non ſuccedat,tamen euenit, Quod non capit CHRISTVS, capit fiſcus.c.maiores. xvj.q.vij.Stephanus Malereti in tract.de elect. chart. lxx. col.iij. frater Thomas Illyricus, in tract.de poteſtate Papæ,char cxvj.qui eſt ſacchus malè acquiſitorum.Præpoſ. in c.j.col.iij.de prohib.feud.al.per Fed.ubi Bald.col. pen. dicit.quod fiſcus eſt ſucceſſor malè acquiſitorũ,& ſic palpamus paucos diuites,uel diuitias durare, ut de cauponibus dicit Ang.in l.j.ff.fur.aduerſ.naut.Lud.in tract. de nobilitate.c.xvij. imò tales opes in domũ conuectæ priſtinas earum fortunas,unà ſecũ ſunt perdituræ.Iſocrates in oratione de bello fugiẽdo.col.ccclxx.Item cõplacendo uiris, uileſcit authoritas pulchritudinis,ut uidemus in publicis meretricibus,quãquam pulcherrimis.nã inquit Florentinus,tres eſſe res magni ualoris,quæ paruo pretio poſſidẽtur,Fortitudo fachini,Conſiliũ pauperis,Pulchritudo meretricis.Cõſeruent igitur authoritatẽ pulchritudinis ſibi à natura cõceſſæ, & eius authoritatẽ honeſtate augeant, ne uileſcat quod facilè quiſquã poſſidet. Matronæ etiam Romanæ curabant etiã laudari poſt mortẽ.Io.Pirrhus de magiſt.lib.ij.col.iij.† Item quando mulier adulteriũ committit,nil deterius cõmittere poteſt, nam latrocinia,homicidia,rapinæ,proditiones, & ſimilia uirorũ facinora ſunt ad quæ mulieres ſunt inhabiles,hinc dicimus, Virũ legalitas,mulierẽ ſeruat honeſtas. latrocinia & proditiones inſolitũ eſt mulieres committere.Ang.in Malefic. gloſſa, Chai tradito. col. iiij. licet aliquæ exerceant argentariã, quod eſt officiũ uirile,ut in Francia,& in ciuitate Aſtenſi. Barb.in c.j.col.xix.de probat. Et propterea dicit Angelica in uerſi.interrogationes in cõfeſſione. col. ij.ꝙ deriſoriũ eſt à fœmina quærere de militia.Et ex adulterio etiam

uxoris concipit in eã maritus graue odium, ut ſemper cũ
30 eá litiget & cũ clamet. † Indignatur enim maritus plus de adulterio quàm ſi filia ſibi ſtupretur, uel mulier occidatur. Lucas de Penna in l.j. C. publi. lætit. col. xxvj. uerſi. xxiiij. ubi dicit quòd quã de graui dãno bonorũ, imò quã de uulnere. Ioã. Fab. in §. ſciendum. inſtitu. de donat. refert Surgetus in Enchirid. militis, cha. vj. imò pluſquàm ſi ſibi proprius filius occideretur. l. codicillis. §. mater. ff. de lega. ij. Bald. lib. iij. conſi. clxj. Cęcilia. col. ii. Rom. in l. interdum §. j. ff. de public. Felyn. in cap. quæ in Eccleſiarum. col. iiij. de conſt. Iaſ. in l. tranſigere. ij. not. C. de tranſact. Bertach. in repet. in uer. adulter. Præpoſ. in ca. ij. in v. not. de ſponſal. Parpal. in l. j. col. iij. C. de precib. imper. offer. Moder. in apoſtillis ad Lombardam, in rubric. de adulterio. Ioã. Lupus in rubric. de don. inter. uir. & uxor. char. xlvij. col. iiij. ubi in char. ſequent. & char. lxxx. col. j. Bauerius in §. eſt auté col. iij. inſtit. de hære. inſtit. Ferdin. in rep. §. diui. char. xvj. not. ccxcij. Barb. in c. ex parte. col. pen. de cõſuet. Alexand. lib. ij. conſil. xxiiij. incipit, animaduerſis. col. antep. uerſi. cum ſtuprum. facit Biblia Aurea. c. lxxxiij. col. fin. Ineſt enim homini naturaliter cura certitudinis prolis, quia ei imminet procreatio, & educatio, ſecundũ Fortuniũ. ff. de iuſt. & iur. col. xlvij. Aeg. de regim. princ. lib. ij. parte. j. c. x. Et dicit Policraticus, ꝙ nõ eſt dolor ſicut ille quo corpus ſuum quis uidet aliena libidine pollui, cum ſit os ex oſſibus meis, & caro de carnẽ mea. c. admonere. xxxij. q. ij. & uidemus hoc procedere etiam in amaſia, quæ etiã fit eadẽ caro. ſecundũ Ant. Baueriũ in §. pater. inſt. de teſt. col. xiiij. Anto. de Prato in tract. de ſecund. nup. char. xix. col. j. Plus enim delinquit mulier ꝓpter infamiã agnationis, quã ſi furaretur. Areti. cõſil. xxxj. cõſiderata. in fin.
31 ii. col. † Et ſi maritus de adulterio uxoris nõ indignaretur præſumeretur leno. Ferrarius cautel. xiiij. incip. iura ſunt. uer. & accipe aliã cautelã in fin. Eſt enim talis indignatio, ſeu zelotypia de iure naturali, quia animalia etiã mouentur. dicã infra. in ſolutione ad ſeptimũ fundamentũ. facit
32 Anteros Fregoſii chart. xxv. & ſequ. fortius † ſi deſiſteret maritus ab accuſatione adulterii. ob lucrũ dotis, culpãdus eſſet,

Pluſquã ſi occidatur filius.

eſſet,l.miles.§.ſocer,ff.de adulter. quem Bolog. in ſuis nouis interpretationibus dicit ſingularẽ. facit Bart.in l.iiij. §.Cato.ante fin.ff.de uerb.oblig. † Propterea tutor non poteſt facere pacem de iniuria illata patri pupilli, uel ipſi pupillo, quando illis eſſet dedecus. Bald. Salyc. & Iaſ.in l. pactum curatoris. C. de pact. ubi in apoſtil. Pau. de Caſt. Idē Iaſ.in l.ſi tibi,§.j.ad fi.ff.de pact.& dicit Iaſ.in l. reprehendēda,C.de inſt.& ſubſt.iij.not.ꝙ honeſtas præferri debet omni lucro.† Hinc dicit Barb.conſi.xlvij.ſcribitur præclarè apud Eccleſiaſtē.col.xix.lib.j.ꝙ quis debet uelle potius more,quam relinquere honorē ſuum.Petrus Gerardi not.lxxxij.incip. quæ ſunt contra Pich. in l.fructus.j.no.ff. de rei uend.dicā infrà in ſolutione huius vij.cōtrarij,dum dicā de Bononienſe. Et ſic uides primũ incōueniens quod oritur ex adulterio uxoris,ſcilicet occultā indignationem. 33 34

¶ Secundum inconueniens eſt,deriſio mariti,nam licet ſit uir notabilis, iuuenes qui illum cucurbitauerint, uel ſciuerint alios cucurbitantes eum deridebunt, ut docet experiētia,& vult Pau.de Caſt.conſi.cxcij.in cauſa incarceratorũ.eſt lib.ij.conſil.cclxxvij. in ulti. impreſſis. Felin. in cap.ij.col.iiij.de calum.verſi.fallit quintò

¶ † Tertium inconueniens eſt, deriſio filiorũ, ad quā ſi mulieres aduerterent, cum ſint earum caro, non ita faciliter peccarent. Erit quandoque filius uirtuoſus, & tamen ſibi improperabitur eum eſſe ſpuriũ, vt de Alexandro Magno legimus,& de Phaetonte,& alijs pluribus, unde oriuntur tot rixæ & bella,& indignationes, quoniā eſt magna ignominia filio, ꝙ ſibi obijciatur eum eſſe ſpurium, propter ea quæ ſtatim dicam, ut patet exemplo illius Bononienſ. de quo.j.in ſol.viij.fundamēti de incontinentia, ut meminit Bal.lib.iij.conſil.lix. uerba facit eccleſiaſtici, In dedecus filij pater ſine honore, ubi pulchrius in fin.illius text. Cyn.poſt Caſſiodorum in l.C.de adul.col.j. Conueniunt quæ adducunt Scotiſtæ pro conceptione beatæ Virginis, quòd ſi eſſet in peccato originali concepta, reſultaret ignominia Chriſto eius unigenito. facit Petrus Iacobi in ſua Practica, in lib.actione iniuriarium prætoria. in primis uerbis.Bald. in cap. at ſi clerici col. antepenul. de 35

cōſtit. ubi ſubijcit hoc eſſe atrociſſimum. nam, Cui pater eſt populus; pater eſt ſibi nullus. gloſſ. in §. ſi aduerſus. inſtitu. de nupt. per l. uulgo. ff. de ſtatu hominum. vbi Bud. & Bolog. in ſecunda parte interpretationum.

¶ Quarum inconueniens eſt, quia maritus indignatus forte non inueniens uirtutem in uerbis, nec in herbis, tandem quærit eam in lapidibus, ut dicit Hoſt. in ult. chart. Summæ. eſt in tit. de uerb. ſig. §. quæ eſt diſtinctio. & Roſarium Buſti. ij. parte. ſerm. xxv. litera e. Surgetus in Enchiridio militari, chart. xxx. Ioan. de Ana. in cap. j. col. j. de ſortileg. Polydor. prouerb. cclxxix. credentes Phrygem plagis fieri meliorem, ut de monacho S. Bened. quem crebra monitione ſanare nequiuerat, ſecundum Barb. in ca. ſi quando. ij. not. de reſcrip. in cap. olim, col. viij. eodem ti. ubi adducit Ariſtotelem dicere, quòd uolentes dirigere uirgam, plicant eam per contrarium. palàm uerberat, &
36 ſęuit in uxorem acrius quam iura permittant, † nam licet ex cauſa maritus poſſi uxorem caſtigare leuiter, & incarcerare, non tamen ſine cibo quòd moriatur, ut faciunt clerici. ſecundum Ang. in l. ij. §. ſi publicanus. ff. vj. bon. rapt. non tamen propterea ſæuire. Luc. de Penna in l. quicunque. col. iij. C. de re mil. lib. xij. Iaſ. in l. miles. §. qui iudicati. ad. fin. ff. de re iud. Panor. in c. quemadmodum. §. j. col.
37 ſi. de iureiur. † imò ſi hoc fiat poteſt mulier a uiro diuertere. Bart. in l. cum ſatis. col. ij. C. de agric. & cenſi. lib. xi. Anchar. conſil. ccccix. incip. probata tanti uiri ſæuitia. Io. Lupus in rub. de don. inter uir. & uxo. char. x. in iiij. effectu. ubi dicit, quòd non poteſt accuſari de adulterio. Ang. in Maleficijs, in uerſi. admenauit. in fin. & quid tunc debet facere mulier. Io. de Leſnaudiere in tract. de Doctoribus. j. parte, q. xxvj. quia poſſet tunc diuertere. Felyn. in ca. illud. col. fin. de præſ. Paris de ſyndicatu, char. iiij. col. iij. licet alias teneat ſtare cū uiro, etiā ſi ſit unus puerſus. Soc. cōſi. cclxxxvj. uiſa pręſtatione. in fi. Et maritus cū ea. Barb. in ca. cōſultationibus. col. v. de offi. dele. ſubijciens quòd ſi maritus cū uxore nō habitet, præſumit latitare, licet aliàs
38 deberet. † Et nihilominus maritus tenebit ſibi miniſtrare alimenta extra domum. Curia Tholoſ. q. lxxxviij. in fin.
Iaſ.

Iaſ.in l.j.C.de legat.ad quem Pich.in repet. §. Titia. col. xlviij.Cuman.conſi.clxxv.domina. quo caſu licet non poſſet agere contra uirũ actione iniuriarũ: aget tamen actione in factũ. Catell.ij.parte Memoral.in uerbo, actio iniuriarum.& in uerbo,uxor.nec † tenebitur redire ad uirũ, niſi uir.caueat de tã non offendẽdo.Cacialup. in repet.l.ſi quã illuſtris.C.ad Orſic.col.xij.de quo Pan.in d.c.quemadmodum.uidetur cõtrariari,etiã ſi culpa ſua mulier receſſiſſet.c. j.ubi Maria.in ix.not.de lit.conteſt.etiam. ſi ſteterit cum amaſio,& non audet redire ad maritum.Petrus à Bella pertica, q.ccccxvij.nemo enim cum inuito tutus in gratiam rediit.ſecundum Sene.quem refert Ioan. Fab. in §.item ſi propter. inſtit. de excuſ. tut. pro quo Barb. in ca.cauſam matrimonij.nu.18. de offic. deleg. Sed contradicit.Curia Delphinalis quæ. ccccxxxix. An uir. uide Felyn.in rub.de treug.& pac.uerſic.qui timet.† Et ſi maritus uxorem expellit ſine cauſa, tenetur ſibi conſignare dotem.Balb.in l.fi.in fi.C.de ſent.quæ ſine cer. quant.in cap. ex parte.col.ij.de cõſuet. Alexand.in l.ij.col.v. ff. ſol. mat. & lib.vj.conſi.xxvj.uiſo & diligenter.col.j.Barb. in d.c. ex parte.col.iiij de conſuet.uidetur text. in authen. de nup. §. ſi quis enim dixerit, ubi dicitur quòd tenetur ei dare quartam partem bonorum ſuorum.† Item priuatur lucro dotis ſibi delato à ſtatuto,præmoriente uxore ſibi liberis. Iaſ.in l.j.ſi ab hoſtibus.§.j.ij.not.ff.ſolut.mat.col. fin. ubi ipſe ſolus contra alios limitat, niſi ex cauſa adulterij.de quo Campez.in tractatu Dotis.v.parte.q.x. & uide etiam Fely.in d.rub.de treug.& pac.ubi etiam latè ponit generaliter de quocunque timente ſe offendi: prout latè Hippolyt.in l.j.§.præterea.col.xij. & ſeq.ff. de q. Et Guil. de Cun. in tract. ſecuritatis. ſolent etiã Parlamenta dare timentem in cuſtodia minantis taliter quòd ſi ex quacunque alia cauſa,uel ab alio offenderetur,iſte minans teneretur.Et ſi minans ſit filiusfamilias, dant illum cui illatæ ſunt minæ.in cuſtodiã filio,& filium in cuſtodiam patri † Bal.lib.iij.conſi.clxj.enumerat cauſas propter quas mulier poteſt talẽ cautionẽ petere.de qbus uide etiã Ange. in §.j.inſtit.de interdict.Alexã.v. uolum. conſi. lxxviij. uiſo

Mulier fugiens à uiro.

Mulier non agit contra uirum iniuriarum.

40

41

Dubitãs offendi, petit caueri.

42

ſo & diligenter. Paris de Puteo ubi ſupra plene. Ioan. Lupus in c.p ueſtras. de donat. inter vir. & uxor. iij. uolu. eſt in opere char. lxxj. col. iiij. & ibi char. lxxx. ponit de recedente à marito concubinario, quòd nõ tenetur redire, niſi caueat de expellẽdo cõcubinam. Et ſi ſubſit tãtus timor ꝙ ueriſimiliter nõ ſit bene cautum mulieri per cautionẽ & fideiuſſionẽ, nõ tenebitur redire. Petrus Gerardi. not. lxv. incip. nota illud. Feli. in c. ſcribebam. col. j. de præſumpt.

Quatuor non tenetur redire.

Indignatur etiã quãdoq; tãtum maritus quòd inducitur ad uenenandum uxorem, & uxor aduertens, mauult præuenire, non præueniri: ut de uxore Luchini uicecomitis ducis Mediolani. ut in Chronica de anno. M ccc xlv. dicũt enim, Fallacia alia aliam trudit. Terẽtius, quem refert Eraſmus. ij. parte Prouerb. clxij. Polyd. Prouerb. clxxxiiij. imò quãdoque uterque mutuò ſe uenenat, ut legimmus factum: facit caſus Alex. li. iij. conſi. cxvj. in cauſa inquiſitio-

¶ A uerbis rubricæ & earum ordine. Iaſ. per illum text. in l.j.col.iij.ij.not.ff.ſi cert.pet.
¶ A uerbis narratiuis,uel quæ ponuntur in themate cauſa dubitationis,non licet arguere.gl.in l.j.C.quando non pet.par.ubi Iaſ.qui etiam ponit in l. Barbarius. ff. de off. præt.num.20.in l.ſerui electione.num. 26. in l. cætera. §. item quæritur.num.27.de leg.j.
¶ A uериſimili.Socin lib.j.conſil.lxxxvj. in cauſa communitatis.col.iiij.uerſ.item arguendo.Barb.lib.j. cõſi. xxxij. ſcribitur.col.j.& conſil xliiij.præclare.col.ij.& lib.ij. con ſi.xvj.præclarè colum.ij.Burgos in cap. ad noſtram. colũ. xvj.de emp.& uend.dixi.
¶ A ui rationis.ſuprà ab identitate.
¶ A uicinitate ſcripturarum.l.hæredes palàm.uerſi. ſed ſi notam.ff.de teſtam.ſuprà de proximitate.
¶ A uitio naturali quod excuſat. l. fluminum. §. adijcitur. ff.de dam.infect.
¶ A yi comparatiui,quia præſupponit poſitiuũ.l.ij.ubi Alber.C.de furt.non econtrà.l.certum. ff.ſi cert.pet. Superlatiuum uerò bene quando uni ſoli conuenit.l.vbi autem non apparet.ff.de uerb.oblig.Alber.
¶ A virtute principij.l.j.ff.de orig.iur.

¶ A virtute

¶ A uirtute medij.l.Neſennius.ubi gl.ff.de neg.geſt.

¶ A uirtute finis.ſuprà à cauſa finali.

¶ A uulgari modo loquendi.Socin.lib.j. conſil. lxxxix. in cauſa agitata.col.iij.poſt medium.Alber. l. cùm de lanionis.§.aſinam molendinariam. de leg.ij.

¶ A vulgari opin.Calcan.conſi.xxiij. CHRISTI. col. iiij. Bal.col.ij. allegat l. librorum. §. quòd tamen Caſſius de leg.iij.l.j.§.in uerbo.circum colentium.ff.de flum.

¶ Ab uſurpatione.l.iniuriarum.§.fi. ff. de iureiur. Cyn. & Alber.

¶ De uaſſallo ad libertum.glo.antepenul.in cap. j. de mil. uaſ.qui cont.eſt.

¶ De verbis teſtatoris ad verba iudicis.Iaſ.in repet.§.diui. ij.lect.ad fin.per l.ſi quis legauerit.de leg. j.

¶ De vltima voluntate ad iudicia. ff. de pig. act. l. non eſt mirum.Iaſ.in l.filiusfam.§.diui.ij. lect. in fin. de leg.j. per l.qui teſtamento. §. nec furioſus. vbi Bar. ff. de teſt.Rom. conſ.clxxxvj.in caſu propoſito.col.j.

¶ De vltima voluntate ad iudicis ſententiam. Iaſ. in d. §. diui.in fin.Rom.conſi.lxxij.circa primum.in fin.

¶ De ultima voluntate ad ſtatutum.Iaſ.in l. non ſolùm §. morte colum.xxi.ff.de oper.no.nunt.& in l.ita ſtipul.magna.ff.de uerb.oblig.Rom.conſ. cccxcix. ut præſens conſultatio.col.ij.

¶ De vſucapione ad publicianam. Alex.in l. j. §. hæc quæ de ſeruis.in fin.ff.de acquir.poſ.

¶ De vniuerſitate conſiſtente in corporibus diſtantibus, ut eſt grex,ad uniuerſitatem conſtantem ex rebus cohærentibus, ut eſt domus, uel inſula.l.ſi grege. vbi Iaſ. viij. not.ff.de leg.j.

¶ Cæteros modos arguendi prout quiſque inuenerit,poterit quotidie addere ſub hoc ordine,etiã ſi cõprehendatur ſub prædictis dũmodo per diuerſa uerba,quia facilius quis inueniet ubi erit opus:nec cõmittetur propterea ſuperfluitas.Socin.in cap.ſignificantibus.colum.j.de lib. ob. Decreueram hoc ordine tractare materiam Præſumptionum, includereque illum tractatnm Bar. & quæ Lucas de Penna in tribus lib. Cod.tradidit, cum alijs pluribus

K 2 longe

longo ſtudio mihi glomeratis: quia ob ordinem alphabeti facilius inueniri potuiſſent. Sed me retraxit clariſſimus Iuriſconſultus d. Andr. Alciatus Mediolanen. legens ordinariè Auinioni, ingens Iuriſta, & acutiſſimi ingenij, ac mirabilis facundiæ, qui mihi reſcripſit ſe illum ædere per ſeptem libros, & commentari titulum, ff. de verb. ſignific. & primum librum, C. ſtylo eleganti: & Latino & Reſponſorum libros ix. aliaque plura in humanitate, vt hiſtoriæ patriæ vſque ad Carolum Magnum. libros x. Epiſtolarum. lib. iij. Orationum in laudem Iuris Ciuilis lib. iij. Epigrammatum. lib. iij. in quibus multa à Græco tranſtulit. Ariſtophanis Nubes de Græco in Latinum, ſeruata carminis lege. Huius itaque (vt dixerim) adhuc adoleſcentis tot laudabilia monumenta citò tenebimus ultra Repet. & Paradoxa iam impreſſa. eſt quid mirandum in tam exigua ætate in tot facultatibus ita eminere, feliciter eum Omnipotens, & ad decrepitatem vſque deducat, quo meliora in dies poſteris credere poſſit. Ioannes Neuizanus de Butigleria, Capitaneatus Aſtenſis, & diæceſis Taurinenſis: ciuis Aſtenſis, & incola Taurinenſis.

LIBRI PRIMI FINIS.

SYLVAE NVPTIALIS
LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTA.

1 *NVBENDI facultas quibus decenter conueniat.*
2 *Infirmo nuptiæ ſunt nociuæ: coitus enim vitam breuiat.*
3 *Senex vxorem ducens, dicitur potius mortem ducere: quàm vxorem.*
4 *Senectus æquiparatur morbo.*
5 *Libido in ſene execrabilis eſt: & ſenex iuueni nubens dicitur feretrum ducere.*
6 *Senectus tantum apta nuptijs, quantum bruma meſſibus.*
7 *Coeundi impotentia matrimonium annullat.*
8 *Conſtitutus in articulo mortis an poſſit matrimonium contrahere.*
9 *Matrimonij bona tria ſunt: videlicet, fides, proles, & ſacramentum: & vno deficiente, non tenet matrimonium.*
10 *Matrimonij finis duplex, videlicet prolis procreatio, & fornicationis euitatio.*
11 *Matrimonium ſola libidinis cauſa contractum an ſit verum.*
12 *Copula carnalis ante nuptias habita an matrimonium ſubſequens confirmet, ita quòd Papa diſpenſare in eo poſſit.*
13 *Seni quare nubere non conueniat.*
14 *Maritus ſcienter ducens vxorem non cognoſcibilem, cogi poteſt eam dimittere, ſi de eius incontinentia conſtet.*
15 *Deſponſatio ſine ſpe prolis, non dicitur matrimonium, ſed connubium.*
16 *Copula carnalis an ſit de eſſentia matrimonij: & an ætas aliquid in eo operetur.*
17 *Henricus Imperator voluit vxorem ſuam in quinquageſimo anno prægnantem publicè parere, ne malè præſumeretur.*
18 *Aetates hominis ſuas habere mutationes.*
19 *Maritus & vxor debent eſſe correſpondentis ætatis.*
20 *Diſſimilem ſui diligere difficile eſt.*

45 *Mulier peccans cum alio uiro, credens ſuum mortuum, quæ pœna multabitur.*
46 *Pœnæ ſtatutæ contra ſecundo nubentes hodie procedunt contra uiduas luxurioſas.*
47 *Vidua ſecundo nubens habens ex primo viro filios non poteſt ſecundo marito dare in dotem plus quàm vni ex filijs primi matrimonij.*
48 *Mulier vidua nubens intra annum luctus efficitur infamis: ſimiliter & uir eam concupiſcens.*
49 *Mulier hæres inſtituta ſi intra annum luctus nubat, indignam ſe reddit hac inſtitutione, & ea priuari debet.*
50 *Vidua tutrix nubendo ſecundo viro perdit tutelam, niſi defunctus aliter diſpoſuerit.*
51 *Mater tutrix quæ propter ſecundas nuptias amiſit tutelã, an & quo caſu pœnitere poterit vt reaſſumat ipſam tutelam.*
52 *Vidua poteſt impetrare à ſuperiore licentiã nubendi impune.*
53 *Ampliationes & limitationes diuerſæ ad l. ſciant. C. de legi. hæred.*
54 *Nubere intendens, cauere debet à ualde diuite.*
55 *Ducens uxorem pauperem, ponit in domo ſua tempeſtatem.*
56 *Ducens uiduam ob ſuas diuitias, arctiſſimum incidit in laqueum.*
57 *Coitus cum uetula quàm ſit nociuus coeunti.*
58 *Matrimonium inter abſentes contractum an errore diuitiarum uel pulchritudinis uitietur.*
59 *Vir ducens diuitem cauere debet ne ob dotis reſtitutionem filios proprios nudet.*
60 *Res citius in pecuniã, quàm pecunia in rem cõuerti uidetur.*
61 *Luxuria eſt ſubſtantiæ temporalis deſtructiua.*
62 *Mulierum curioſitas poteſt rei domeſticæ iacturam magnã inducere.*
63 *Inuidia in cultu vitanda in mulieribus.*
64 *Ditior dicitur is qui prædia ruſtica, quàm qui habet vrbana.*
65 *Superabundantia diuitum & eccleſiarum deberet eſſe fomentum pauperum.*
66 *Gregorius Papa abſcondi fecit & occultari ſtatuas antiquas Romanorum ut extingueret peregrinorum curioſitatem, qui curioſitate potius Romam accedebant, quàm*

moti religione.
67 *Eccleſia poteſt multis de cauſis uitiari, tam erga Deum quàm homines.*
68 *Emere fundum dotalem de pecunijs dotalibus, ad quid ſit utile.*
69 *Vxor adultera multas vt ſuas curioſitates & uoluptates impleat cautelas adinuenit.*
70 *Fundus datus æſtimatus in dotem intelligitur datus cum omnibus ſuis oneribus.*
71 *Mulier dans dotem bipertitam, videlicet centum in pecunia, & centum in ueſtibus, an illa eadem marito defuncto recipiet.*
72 *Animalia in dotem conſignata qualiter ſint in dotis reſtitutionem æſtimanda.*
73 *Mariti cautè procedant in dotium receptione ne in reſtitutione damnificentur.*
74 *Mariti caueant ne in receptione dotis promittant reſtituere augmentum ſeu ante factum.*
75 *Statutum quòd lucretur augmentum dotis, intelligendum eſt pro qua dos ſoluta eſt.*
76 *Stante ſtatuto quòd mulier ſuccedat marito in bonis gratia dotis quæſitis, nihilominus debet illa reſeruare filijs primi mariti.*
77 *Marito legante uxori centum ſi uidualiter uixerit, & quinquaginta ſi nubat, non tenetur illa quinquaginta reſeruare filijs primi uiri.*
78 *Pœnæ ſecundo nubentium an hodie ſint in totum ſublatæ.*
79 *Dos quo caſu etiam relictis filijs reuertatur ad patrem.*
80 *Maritus non debet locupletari cum iactura uxoris.*
81 *Aduertentiæ tres pro parentibus filias dotantibus.*
82 *Hæreditas dicitur adeuntis à tempore aditionis.*
83 *Stante ſocietate an fili ſocij dotabitur ex bonis communibus.*
84 *Frater dotans filiam de bonis patris patre mortuo, alter frater ei computabit in partem ſuam.*
85 *Vir quare timere debeat accipere mulierem formoſam.*
86 *Turpes uxores macellariorum tabulis aſſimilantur.*
87 *Fucamenta quo caſu ſint licita.*
88 *Mulieres quare fucamentis uti prohibentur.*
89 *Opienſes*

89 *Opienſes uolunt mulieres nudas uidere antequam eas deſponſent.*
90 *Simulatum non ſolet eſſe diuturnum.*
91 *Pulchritudo ſemper eſt in magnitudine corporis, formoſitas in magnitudine & paruitate.*
92 *Imaginatio in coitu prolis ſimilitudinem, aut diſſimilitudinem cauſat.*
93 *Mulieris pulchritudo in quibus conſiſtat.*
94 *Picturas curioſè inſpicere uitioſum eſt.*
95 *Mulierum genus communiter auariſſimum.*
96 *Pecunia fideiuſſor eſt futuræ neceſſitatis.*
97 *Liberalitas non dicitur eſſe in homine neceſſitatem patiente.*
98 *Viciſſitudo rerum iucunda eſt, & nouitas commendationem habet.*
99 *Forma mediocris communiter placet.*
100 *Animalia multùm coeuntia breuioris uitæ ſunt.*
101 *Mulierem doctam ducere periculoſum eſt.*
102 *Vir debet præcauere ſi nubere intendit mulieri alienæ.*
103 *Veritatem in totum tacere quandoque expedientius eſt, quàm imperfectè dicere.*
104 *Vir diues, ſanus, carens ſobole propria & fraterna, non prohibetur cuicunque uoluerit mulieri nubere.*
105 *Vxor cuius qualitatis debet uirum exigere.*
106 *Fœmina cur citius apta ſit nubere, quàm maſculus.*
107 *Matrimonium non debet claudicare.*
108 *Adoleſcentia eſt ætas glorioſior.*
109 *Corpora coitu creſcere impediuntur.*
110 *Gula plures occidit quàm gladius.*
111 *Deus poſt diluuium ſtatuit ætatem hominis non excedere tempus centum & uiginti annorum.*
112 *Qualitas coniugum quæ eſſe debeat.*
113 *Nubere vicino melius eſt, quà extraneo.*
114 *Nuptiæ non debent eſſe coactæ nec uiolentæ: tales enim ſolent malum parere exitum.*
115 *Filia præſumitur eſſe ſimilis conditionis cum matre.*
116 *Vir nubere uolens cum filia uirgine conſiderare habet ſi ſit bene educata.*

117 Nubere

117 *Nubere cum affini prohibetur niſi cauſa publice utilitatis,& cum ſummi pontificis diſpenſatione.*

118 *Principio malo inchoata, malum conſueuerunt exitum inducere.*

119 *Matrimonium metu contractum nullum eſt, & à fortiori violentia.*

120 *Matrimonium dolo procuratum an ſit ualidum.*

1 Ampliant † primò ſupraſcriptam eorum cõcluſionem, ſecundum practicam Ferrar. in princ.allegatam, maximè procedere in uiro paupere. Et hoc propter ingentia onera matrimonij maximè in ſobole nutrienda. Somnium Viridarij lib.ij.c.ccxcviij.in fi.facit Aeneas Syluius epiſt. cxxxvij. Petrus.licet epiſt. xlv. ipſe conetur poſt factum conſolari maritum.Et ibi pulchre narrat,qualis uxor ducenda ſit.facit illud Philoſophicum, Si diues es,& ſanus, quandoque potes,ſcilicet uxorem ducere. & Amadeus in dialogo de Amicitia, char. xxxiij. quòd nummus uincit,regnat,& præcipit, & ab omni malo nos dedit,& nummis omnia parent.Bertach.in tract.de epiſc. in fi.viij.par.lib.iiij.eſt char.lxix.refert de hoc elegiam Propertij.pulchrè Barb.lib.j.conſi.xiii.clementiſſimi.col.j.& in c.ſignificantibus.col.vj.ubi Fel.de offic.deleg.ideo pauper ubique iacet.Nec facilè emergunt,quorũ uirtutibus obſtat Res anguſta domi. Conuenit in propoſito reſponſum Ciceronis de ſotulare. refert Bap. Pius in annotationibus poſterioribus.c.cxvij.Gell.lib.ij.c.xxiij.circa fin.

Pauper.

2 ¶ † Ampliant ſecundò in infirmo.Somnium Viridarij ubi ſuprà proximè,quoniam eo ipſo mortem cum uxore ducunt:nam coitus uitam abreuiat.Auicenna in prima Fen. cum ſim.ut Anteros Fregoſij char.xxviij.& in lib.de lõg. & breuitate uitę.ubi propter hoc dicitur,quòd mulus eſt longioris uitæ,quàm aſinus & ibidem Cõmentator dicit, quòd ideo caſtrati plus uiuunt.Et idem Philoſophus j. de animalibus, quòd gallinæ multum ouantes citò moriuntur.& xviij.ꝙ arbores quę multum fructificant, citò deficcantur:quia cibus eorum tranſit in ſemen. & in libro de regimin. princip. quòd coitus eſt deſtructio corporis, & ab-

Coitus uitam abreuiat.

& abbreuiatio uitæ: & parte x. problem. xlviij. quod maſculus eſt longioris uitæ, quàm fœmina, niſi ſit multũ coitiuus Archiep. Flor. ſtatim allegãdus frater. Lup. in trac. de Veritate contrit. de peccato luxuriæ. chart ij. frater Greg. Britãnicus. in Sermonib. funebrib. vulgarizãdis, additis primæ impreſſuræ. Serm. xi. incip. Quanquã uiri docti. Papa Pius ad Turcũ. epiſt. vij. char. xix. Stephanus Canuti in tract. de regimine caſtitatis. Huayner. in Practica in tract. de Peſte. in cap. de coitu. Item & facit coniuges intemperatas. Aegidius. li. ij. parte. j. c. xx. Nec maritus ex infirmitate excuſaretur à reddendo debitum. Angel. in §. impetu. inſtitu. de leg. Aquil. niſi ſic faciendo ſe poneret in periculo uitæ: puta quia eſſet ethicus, uel alio modo debilis, uel infirmus. Præpoſ. in c. ij. de coniug. lepros. Angelica in uerb. lepra. & in uerb. debitum. §. iij. & ſeq. Archiep. Florent. in tract. de matrimonio. cap. xxix.

¶ † Ampliat tertiò ut maximè procedat in ſene, ꝑ rationẽ proximè dictã. quoniã in ultima Comœdia dicit Terẽt. 3
quẽ refert Panor in c. magnæ. de uot. quòd † Senectus per 4
ſeipſam morbus eſt. Eraſmus prouerb. ccccxxxviij. ij. parte. Marian. in c. quoniam frequenter. ut lite non conteſta. col. iiij. ubi Felin. §. j. col. iiij. gl. in Pragmatica. de collat. in uerb. permutationis. eſt char. xcvij. ubi dicitur, ꝙ imò ſenex præſumitur minus uiuere, quàm æger. facit tex. in auth. de quæſto. cum gl. in uer. graues. in l. is qui Bened. de Plũb. & ibi poſtilla ff. de fideicom. lib. in tract. de translat. Concilij Baſilié. col. xxx. uerſ. eſt præterea regulare. Et ſic ſenes dicũtur omnes infirmi. l. ciuitatibus. ubi cum in fine princ. ff. de leg. j. & bis pueri ſenes. Polyd. Prouerb. cv. & Aeneas Syluius epiſt. ccj. pupugerũt. poſt mediũ. ꝓpterea Codrus. ſerm. j. cha. iij. dolebat ſe uocari Barbã: quo nomine ſolẽt adoleſcentes ſenes nuncupare. Et propterea dicebat frater Bernardinus in prima parte Roſarij. ſerm. xxiij. litera p. ubi dicit quòd puella ducta à ſene, poteſt feretrum ſecum deferre pro tumulando maritum. habetur late in libro Septem ſapientum Romanorum, lingua Gallica cõpoſito. char. ſi. Et ſunt frigidiores: † & libido in 5
ſene eſt execrabilior. Pan. & alij in c. in iuuẽtutẽ. de præſumpt.

Senex dicit mortẽ, nõ morem.

ſumpt.& Cicero in j.Offic.poſt mediũ.c.ſenibus. dicit ꝙ luxuria omni ætati turpiſſima,ſenectuti fœdiſſima eſt.Comes Purliliarũ in lib.de educatione liberorũ char.xij. Senum uita. Et adoleſcens luxurioſus peccat: ſenex luxurioſus inſanit ſecundũ Senecam,qué refert Curia Tholoſana.q.cccxlvj.in additione.facit Erasmus in Moria char. vj.& xiiij.Militat in teneris annis Amor hoſpes amœnus: Eſt in canicie ridiculoſa Venus,gl inſtit.de ſucceſ. ſublat. in §.fi.gl.penul.facit Alber.in rubr.de ſenectute. Et dicit
6 Portius inſtit.de nupt.col.iiij.quòd † ſenectus eſt tantum apta nuptijs,quantum bruma meſſibus. Ridiculũ ioci genus eſt ſponſus ſenex. Nauis Stultifera chart.xv. de antiquis fatuis. uide Anto. de Prato in tract.de ſecund.nupt. char.xxxv.col.i.& ij.Petrarcha lib.ult. epiſtol.xx. & quid. char.ij.Et dicit Aeneas Syluius epiſtola, lxxxiij.plura. ꝙ cũ omnibus infideles ſint fœminæ:ſenibus quidẽ infideliſſimæ ſunt.Propterea Fulg.dicebat ſeni amico ſuo. Si capis iuuenculam faciet tibi cornua. ut per eum inl.præcipiunt ædiles.ff.de ædil. edict. Nec te decipiat idẽ Aeneas epiſtola cccxxj.ad Feſceram,dicens,ꝙ ſępius agni præmoriuntur ouibus.Nec Eraſm.iij.par. Prouerb.ccccxc. ſemper ſeni iuuenculam ſubijce:quia loquitur de modica diſtãtia ætatis,quia in ea bene uir debet eſſe ſenior muliere:& ſenum coitus minus aptus eſt ad procreationem ſobolis.ſecundũ Philoſophũ in vij. Polit.Et licet ſenes multos uideamus amantes:amatos autẽ raros. tolle exẽplum ex prouerbo,Maria per Rauẽna. propterea dicebant Salluſt. & Terent. quos refert Luc. de Penna in l.fi.col.fi.C. de primit.lib.xi. Et Guliel.Rouille in tractatu. de reſcriptione Iuſtitiæ.lib.ij.c.xiiij.ꝙ hæc ætas eſt maxime odioſa adoleſcentulis:fortius & non improbabiliter dici poſſet quẽ eſſe adeò ſenẽ ut nõ poſſet contrahere matrimoniũ,quãdo ſcilicet propter antiquitatẽ eſſet deductus ad totalẽ impotẽtiã coeũdi.c.ij.de frigid.& malef. ubi Præp. poſt.d.Ant.de Bur. & dicit ibi Panorm. & ſequitur Socy.

Senes odioſi adoleſcẽtulis.

7 in l.j.iiij.col.ff.ſol.mat.quòd † matrimoniũ non ualet, cũ illo qui generare nõ poteſt:& quòd ita ſe habet cõmunis opin.Fulg.conſil.ccxii.quædã mulier.col.ij. uerſic.in pri-

mo per l.pen.C.de nup.bene facit qđ uoluit Nic.de Vbal. in tract.de ſucceſ.ab inteſt.in j.par.in vj.ſpecie filiorũ. co. vj.ubi in illa q.† an conſtitutus in articulo mortis poſſit 8 cõtrahere matrimoniũ,dicit eſſe conſiderandũ, An in illo momento potuiſſet eſſe aptus ad generãdum.Faciunt plura quæ in eadẽ q.tradit d.Ant. de Roſel.in ſuo tract. legitimationũ.iij.char.ubi dicit,ꝙ † cùm ſint tria bona matrimonij,fides,proles,& ſacramentũ.c.omne itaq; xxvij.Curtius cõſ.lxvj.ſapienter. col iij. Iaſ.in l.j.col.xij.ff. de ſolut. 9 mat.Io.Lup.in rubr.de donat.inter vir.& vxor. chart.xiij. in col.j.Gilbertus poſt ij. Œconomicorum Philoſophi, in quæſtionib.char.vj.deficiẽte uno,& ſic bono prolis, nõ ualet matrimoniũ.Præpoſ.in c.tanta.col.iij.& ſeq.C.qui fil.ſint leg.Et per hoc fundamentũ Portius inſtit. de nup. col.iij.dicit ſenem nõ poſſe nubere.fortius dicẽdum uidetur,ſecundum Præp.in rubr.col.v.& in c.tua nos.j.not.de ſponſ.ꝙ licet in matrimonio ſit duplex finis, ſcilicet prolis procreandæ,& fornicationis euitandæ, ſi tamẽ pars in unum finem tantùm conſentiat, ſcilicet carnalis copulæ, non dicitur matrimoniũ.facit Socy.conſ.lxxviij. circa primum.in col.ij.& iij.uerſic.ij.principali. ubi ſi quis ducat uxorem cauſa libidinis explendæ, non eſt matrimonium. Idem ſi quis bona intentione contraxit ſponſalia de futuro,deinde fornicationis affectu talem ſponſam cognouit, non eſt in ueritate matrimoniũ.Quod ultimum procedere poſſet,in foro conſcientiæ ſecundum Anch.in regula, poſſeſſor.in viij.col.in iiij.opp.Panor.in c.ex literis.el j.de ſpõſ.quẽ refert Pich.in l.actione, char.iiij.C. de tranſact. Alber.in Dictionario.in uerb.matrimonij iiij. Socyn.iij. uolu.in Bonon.cõſil.cxix.circa primũ. dicit etiã Fely.in c. cũm M.Ferrar.col.pen.de cõſtit.quòd licet dicamus ꝙ carnalis copula poſt ſpõſalia illa conuertit in matrimonium: tamen hoc non procedit quando talibus ſponſalibus fuiſſet per partes renuntiatũ, uel ſponſa fornicata eſſet cum alio: quia per talem fornicationẽ ſoluuntur ſponſalia. c. quemadmodum.de iureiuran.ubi Panor. in iiij.not. licet proteſtatio quòd non cognoſcit ſponſam animo contrahẽdi,etiam ſponſa conſentiente,non ualeat ſecundũ Panor.

Affectus fornicationis in copula, nõ pficit ſpõſalia.

Soluuntur ſponſalia.

quem

quem refert Ioan.Montolonius in Promptuario Iuris. in verb.proteſta.Sed in foro cõſcientiæ ſtatur ueritati,& nõ præſumptioni legis.ut Gulie.de Mõtefer.in cõmẽto Prag. maticæ ſanctionis.ii.parte.eſt chart.xxij. Formarum prouinciale char.xlv.ſecus ergo in foro contentioſo. Afflictus conſtitutione,ſi quis rapere.iiij.col.q.v.Et not. ſupra ſcriptum conſilium Socyn.xxviij.in iij. col. contra unam not.deciſ.Bald.quem refert Claud.in rub.ff.ſol. matr.ubi

12 dicit, † quód ſicut Papa nõ poteſt diſpenſare ſuper matrimonio carnali copula conſummato, pari modo nõ poſſet diſpenſare ſi copula præceſſerit matrimonium, licet non fuerit poſtea ſecuta.Et de copula, an perfectè ſecuta ſit, ſtatur dicto uiri. Zabarel.in cle.j.col.v.de cõſang. & affi. Barb.in tract.de Cardin.ij.par.q.ij. eſt char.xxv. col.ij. ubi dicit,donec probetur contrarium.Et ſi ambo coniuges dicant copulã ſecutã fuiſſe, uel nõ fuiſſe, debet iudex eis relinquere conſcientiam in manibus ſuis. arg.in c.muliere.de iureiur.Anch.conſ.ccx.incip.facit dubium in fi. Panor.in c.conſanguinei.col.ij.de re iud.Luc.de Pẽna. in l.j. col.ij.C.de cõd.in pub.hor.lib.x.Archid.in c. deniq;. iiij. diſt.col.Angelica in uerb. confeſſio. in §.iiij.Bene fateor ꝙ in dubio capietur coniectura, ꝙ cognoſcens ſponſam illam,cognoſcat tanquam uxorẽ,non autem cauſa libidinis explendæ. per regulam l.marito. ff. pro ſocio. Portius inſtit.de nup.col.iij. Eſt bene uerũ, ꝙ de hoc ex quo depẽdeat ab animo fortaſſis ſtaretur iuramẽto ſponſi. gl. ſing.in §.aliæ.inſtit.de act.Hipp.in rub.de probat.colum. xxvij.Curt.Sen.in rep.l.admonendi. col. xxix. Baueria de uirtute iuramenti.priuileg.liij.niſi fortè dicas hoc procedere,niſi iurãs haberet præſumptionem cõtra ſe: intelligendo tamen ut Decius in c.nouit.ultim.col.de iud. Cùm igitur iſti adeò ſenes nõ poſſunt dici habere ſpem prolis, nec eius reſpectu contrahere matrimoniũ: uidetur ꝙ uxorẽ capere nõ poſſint.nõ enim ſufficit eis quòd ſuper ripã Acherõtis uitulus depaſtus ſit, niſi antrum ſubintrauerit. Præpoſ.in c.fraternitatis.in princ.de eo qui cog.conſang. uxori ſuæ. Portius inſtitut.de grad.cog.col.iij.quia uerus coitus nõ fit ſine erectione uirgæ.Ariſt.parte iiii. proble. xxiij.&

Senes nõ habẽt ſpẽ prolis.

Perfectio copulæ.

xxiii.& niſi intret: nec ſufficit emittere ſemen inter crura. Cum.cõſ.xcv.incip.Chriſtophorus nec ſufficit etiã recte ambulare,ſi iter non perficiat.Et ſic habere haſtã rectam ſine effectu.Soc.in l.j.col.iij.ff.ſol.mat.

¶ † Et iſta opi.ꝙ nubere nõ poſſit,cõfirmat̃ & primò, qa 13
ſecundũ.d.Ant.de Roſellis, ubi ſuprà ratio prolis eſt illa *Ratio p-*
quę potiſſimè attenditur in matrimonio,patet,qa dicit̃, *lis princi*
Erunt duo in carne una.Gen.c.ij. Matt.xix.iu c.ad apoſto *paliter at*
licã.de cõuer.cõiug.c.j.ubi Pręp.iij.not.de cõiug. leproſ. *tẽdenda.*
Maria.in rub.de for.com.col.iiij.Socy.conſi.xvij.ſuprà dicta col,pe.uerſi.quantũ uerò attinet. & ccxxvij. præſens. col.ij.uerſ.quibus ſuppoſitum unũ duo ad faciendũ unam carnem.Ergo debet principaliter attendi. Ita quòd etiã ſi aliæ cõcurrerent,nõ ſufficeret. Alber.in rub.C. de ſponſ. col.fi.uerſ.utrũ illa quæ dicitur. & in l.cùm quis. col.iiij. uerſ.circa tertiã.de nat.lib.& in ſuo Dictionario in uerb. matrimonium.x.alleg.xxxii.q.ultim.per totum. & ibi Archid.Gl.in c.poſt tranſlationẽ.in uerſ.ceſſante. de renunt. cum ſim.ut Hipp.in l.ſi quis uiduã.ii.not.ff.de quæſt.Iaſ. in l.in teſtamento.col.xij. uerſ.iij.facit.C. de teſtam. mil.

¶ Secundò confirmatur ex Deciſione Panor. quam refert
Hippol.not.clxv.ſcriptum ubi † ſi maritus ſcienter duxit 14
uxorem non cognoſcibilem,& dubitetur de eius incontinentia,debebit cogi per epiſcopum talem uxorem dimittere,& aliam capere.

¶ Tertiò confirmatur ex deciſione Fely.in c. cum ſit generale.col.viij.uerſi.demum ſcito.de foro competen. ubi
dicit quod † ſi aliqua deſponſatur ſine ſpe prolis, non di- 15
citur matrimonium, ſed connubium: & talis mulier erit concubina.cap.ſolet.xxxii.quæſtio.ij. Et ſi hæc uera eſſent, quomodo ſaluaretur illa principiſſa ſenex uidua, quæ ut expleret libidinem ſine peccato, cùm per ætatem eſſet ſine ſpe prolis, nec reperiret maritum ſuo ſtatui congruentem, clàm matrimonium contraxit cum aliquo iuuene. contrariam opin. tenuit Bald.in c,quemadmodum,ad fin,de iureiuran.Iaſ. in l.ſed eſt quęſitum.j.not.ff.de lib.& poſthum.pro quo uidentur facere quæ dixit idem Iaſ.in d.l.j.colum.xij.ff.ſolu.matr.

vbi

ubi uult quòd etiam decrepitus poſſit contrahere matri-
16 monium. † & dicunt Theologi plura ad propoſitum in il
Senex pt la quæſtione, dum tenent quòd inter Mariam virginem.
nubere. & Ioſeph, fuerit uerum matrimonium. frater Martin. Lu-
therus in ſermone de Matrimonio, circa med. dicés, quòd
Deus coniugibus conceſſit eam delectationem, etiam ſi
illa ſit circa ſpem fructus. præterea, ut inquit Philoſo-
phus vij. Politicorum. Et in lxx. anno poteſt generare. Et
Solyn. de mirab. Mundi. char. iij. cap. iij. enumerat plures
ſenes qui generarunt filios. licet Fulg. conſil. ccxij. quæ-
dã mulier. col. ij. dicat quòd rarò ſexagenarius poſſit ge-
nerare. ſed Surgetus in Enchiridio milit. char. vij. allegat
text. in contrarium in l. ſi pater. §. in arrogationibus. ff. de
adopt. & Ludou. Ferrar. in Aenea muliebri. cap. ij. chart.
Aetas p- viij. dicit, quòd ut plurimum generant uſque ad ſexageſi-
creandi mum, quem ſi exceſſerint, procedunt uſque ad ſeptuageſi
ſob:lē de mum, & aliquando uſque ad ſeptuageſimumquintum. &
ficit. ibi refert quoſdam generaſſe etiam poſt octuageſimum,
Socyn. in iij. uol. conſil. lxv. ſuper propoſita. Idem dicit de
octuagenario. Et dicit Afflictus conſtitutione, poſt mor-
tem col. fi. quòd ipſe procreauit tres filios maſculos poſt
eius annum ſexageſimum. & Guaynerius in practica, de
ęgritudinibus meretri. conſil. xix. dicit quendam nonage
narium genuiſſe filios. licet Laudéſ. in cap. ſicut. §. Titius.
ff. de feud. fu. controuer. iij. colum. Iac. Ardiz. in prima
feudali. char. vi. in rub. ſi in frau. detur. ubi Ioan. Blanchi.
char. vi. in rubr. de illis qui poſſunt rem in feud. dare. col.
iij. in fin. Iacob. inueſt. in uerſ. & cum pacto quòd ipſi ua-
ſalli & eorum hæredes. colum. ij. uerſic. tamen uolo. di-
cant, quòd ſexagenarius non habet amplius ſpem pro-
creandi ſobolem. Claud. ſuper Luc. in princ. charta vij. mu
lier autem benè ceſſat citius à pariendo: nam Philoſo-
phus, ubi ſuprà, ſtatuit tempus ceſſandi à ſobole in quin-
quageſimo anno. l. ſi mulier quinquagenaria. C. de leg.
hęr. quoniam talis rarò uiſa eſt concipere. licet quando-
que euenerit, ſecundum Bald. libro. iij. conſil. lix. uerba.
col. fin. quo caſu partus nihilominus erit legitimus. ſecun
dum Iaſ. in dicta l. ſed eſt quæſitum. colum. prima. licet ad
hoc

probandum requirantur probationes euidentiores.† Et 17
propterea Henricus Imperator uoluit, ꝙ uxor ſua huius ætatem palàm pareret, ad euitandas ſuſpiciones. Archiepiſc. Florent. in iij. parte hiſtoriæ. tit. xix. cap. vj. in princ. Afflict. in procem. conſtitutionum. §. nos itaque. col. ij. eſt char. xviij. Soc. iij. vol. conſi. cxxxvj. uiſum fuit. col. ij. facit Ioan. de Platea in §. penul. ad fin. inſtit. de excuſ. tut. extendebant ſupraſcriptam ampliationem maximè procedere quando iſti ſenes uolunt capere iſtas puellas. per ea quæ dicta ſunt in principio iſtius ampliationis, multum enim aduertere debet ad iſtam diſparitatem ætatis, nam, Quàm malè inæquales ueniunt ad aratra iuuenci, Tam premitur magno coniuge nupta minor. ſecundum Ouid. quem refert Præpoſ. in c. fraternitatis. col. xiij. de frig. & malefic. omnia etenim debent ſuis temporibus conuenire. Panor. in c. j. col. antepe. de prob. Ideò ſi qua uoles aptè nubere, nube pari. Bal. in l. ſi maior. C. de leg. hæred. Hoſt. in Summa, de teſtibus. vij. col. uerſ. his autē deficientibus. Io. Fab. in rubr. inſt. de nupt. latè Io. Lupus in repet. c. per ueſtras. de dona. inter uir. & uxor. eſt in toto opere, char. lxxxj. col. ij. † ætates enim habent ſuas mutationes. hinc 18
dicunt medici, ꝙ de ſeptennio in ſeptenniū mutamus cōplexionē, imò de ſex. ſecundum Calendarium paſtorū lingua Gallica cōpoſitum, in ij. proœ. Huil. Rouille in tract. de reſcr. Iuſtitiæ. lib. ii. c. xiij. ponit de uarietate adoleſcentiæ. Ideò Salomon Prouerb. xxx. dicebat ſe penitus ignorare uiam adoleſcentis, ex quo tot ætates eam ſubſequuntur. gl. in §. his itaque. in uerb. auertit. inſtit. de iuſt. & iur. Roſariū Buſti. ij. parte. ſerm. xxv. litera x. † Si maritus & 19
uxor ſunt corriſpondentis ætatis, quæ placebunt naturaliter uni, pariter alteri, ſi econtrà, ſecus erit. iuuenis uolet ire dormitū, ſenex uoluerit ſtare penes ignem, quoniā in lecto omnino dormire non poſſet. Aphrodiſ. iiij. parte. problem. iij. Itē iuuenes ſunt liberales, & in ſenibus ſemper iuueneſcit Auaritia. Card. in clem. ut profeſſores. de decimis. Aegidius de regim. princip. lib. j. c. ij. col. iij. Item carne che creſce, non puo farche non repete, & can uecchio, non uuol feſtucchio. ergo amor conſeruari non poterit

Diſparitas inter coniuges.

Aetates habent ſuas mutationes.

teriꝫ

terit ubi tanta erit diuerſitas animorũ.c.de nuptis.xxxj.q.
ij.Luc.de Penna in l.quoties.C.de agricol. & man. lib. xj.
Idem uelle,idem nolle, eſt firma amicitia. ſecundũ Salu-
ſtium ante medium Catilinarij.gl.fi.in l.latæ culpæ.ff. de
verb.ſign.& Philoſophus in ix.Ethic.vbi enumerat quin-
que quæ ſunt propria amicitiæ:& quintum dicit,quando
amicus concordat cum amico, in omnibus delectaturus
& contriſtaturus. & inquit Philelphus decade ij.ſatyra
20 tertia.incip.lingua. Diſſimiles † nam nemo ſui dilexerit
vnquã Philoſ.j.Oeconomicæ ꝙ diſſimilitudines morũ in
ter virum & mulierẽ nuſquam ſunt amandæ.diſſimilitu-
do eſt cauſa inimicitiæ.viij.Ethico.Et Cicero poſt mediũ
de Amicitia,diſpares.n.mores, diſparia ſtudia ſequũtur,
quorum diſſimilitudo diſſociat amicitias: vnde ſequitur,
ꝙ non diligit̃ quod de facili contemnitur:quia nullum bo
num niſi voluntarium.Luc.de Penna in l.j. col. xxxvij. C.
de pub.læt. lib xij. Guiliel. de Monteferrato in cõmento
Pragmaticæ ſanctionis.char.xij.gl.in c.cùm locũ.de ſpõſ.
ubi tex.dicit,ꝙ ex inuito matrimonio generant̃ ſcandala,
& malus exitus.dicam infrà in qualitate uolentem. uide
calamitatẽ puellæ nuptæ ſeni, per Bocatiũ in Ameto. ch.
lxij.dũ introducit Agate ſe cõquerẽtẽ.facit Eraſ.ch.xxiij.
prouer cix.& ſeq.æqualis æqualẽ delectat. & char.xxviij.
prouerb.clxvj.Caſeus caſeã ducit.& in uita Io. Mirandu-
læ,char. vij.ſimilitudo nãque amoris eſt cauſa. Amadeus
in dialogo de Amicitia.char.xvij. Aetates enim habẽt di-
uerſos inſtinctus propterea Paulus j.ad Corinth. ca. xiij.
dicit: cùm eram paruulus, loquebar vt paruulus: quan-
do autem factus ſum vir,euacuaui quæ erant paruuli. re-
fert Barb.lib.j.conſi.j.col.xxx.& lib.iiij.cõſi.lxxxviij. cle-
21 mentiſſimi.col.pe.& lxiiij.ſcribit̃.col.iiij.lib.j.facit † Ci-
cero.n. lib.de Amicitia, Mutari etiam mores hominum
ſæpe dicebat,aliàs aduerſis rebus,aliàs ætate ingraueſcẽ-
te.Atq; earum rerũ exemplum ex ſimilitudine capiebat
ineuntis ætatis,ꝙ ſummi puerorũ amatores ſæpe vna cũ
prætexta & toga deponerentur. facit Petr. Suber. in trac.
de vinea Domini.vj.par.c.vi .co.iij.facit But.cõſ. xxxviij:
in q.col.ij.dum dicit:Nunc autẽ maturius ætate operan-
te

te,&c.Contentetur ergo ſenex de honore qui ſibi præſta tur.iuxta not.in l.cùm quid.ff.ſi cer.pet.vbi Iaſ. in utraq; lectura.Cepol.in tract.de imp.milit. delig. & ſe conſolet cũ Cicero.de Senectute. Et Petrarcha de remedio vtriuſque fortunæ.lib.ij.dialo.ccvj.de Senectute.& epiſ. lxxxix. incipit una.nuptias uerò relinquat iunioribus. Et ſi qui adeo delyrent ut puellã capiant,prout euenit ſenibus diuitibus,& puellis pauperibus quas ducũt ſine dote.aduertant mariti ſenes ut dotem cõſtituant : aliàs eis defunctis ſuccederet mulier in quarta,tam ex teſtaméto, quàm ab inteſtato:tam exiſtétibus filijs,quàm non.auth.præterea. C.unde uir & uxor. ubi Pepus ad ſi. exclamat notãdũ pro puellis,vt nõ curent ſibi dotem conſtitui,quoniã per eam perderent quartam partem omnium bonorum mariti.

¶ † Ampliant quartò ut maximè procedat in ducẽte impare. 22 Alex.lib.vj.conſi.ccix.ponderatis.num.7.dicens,cõ- *Imparẽ* ſiderandam paritatem ratione nobilitatis,potentiæ,diui *ducere u-* tiarũ & honoris.per rationes ſupra proxim. alleg. vbi di- *xorem.* ctum fuit de imparitate ætatis.Idem ſi ſit imparitas ratione proſapiæ.patet ex dictis Corij in Chronica de an- 23 no M.ccccxv.vbi † regina Ioanna fecit decapitari maritũ ſuum.& altiora te ne quæſieris. Eccleſ.3. Et ſi non potes quod uelles,uelis quod potes.l.multũ intereſt. C. ſi quis alt.uel ſib.& ſi non potes habere dominam, contenteris de ancilla.Codrus ſerm.iiij.circa ſi.quia & miles frequentius equitat curtaldum,quàm ſonipedem,licet non tantũ 24 ualeat. & Symmachus philoſophus dicebat, † q̃ natura ſemp gaudet æqualibus,& familiare ſibi eſt omne quod ſimile eſt.Et in habentibus ſymbolũ,id eſt, ſimilitudinẽ, facilior eſt tranſitus.l.quod Nerua.ff.depoſ.& Cleobulus 25 philoſophus dicebat,uxorem ex paribus ducere: † quia ſi ruſticus nobilem accipiat,ſemper eum ruſticũ uocitabit, & contemnet : nobiles enim ſemper odiunt ruſticos, & econtrà.Io.de Selua in trac.de beneficio.iij.par.q. vij.col. ij.poſt Bal.in l.per adoptionem.ff.de adopt. & ruſtici debent ire pedeſtres,non equeſtres.gl.in l.idemq́;.§. idẽ Labeo.ff.mand.nec debent portare arma in itinere.§.ſi quis ruſticus.de pac.tenen.& debent comedere panẽ groſſum,

caſeum,cepe & fabas,non panem album,nec pullos.gl. ij. & iij.in ſeruis vrbanis.ff.de leg. iiij.quia debent talia dimittere nobilibus,vt ibi.& in cap.non cogantur.xlj.diſt. Io.de Selua ut ſuprà.gl.ij.in c.epiſcopus.x.q.ij. Barbat. in tract.de Card.q.vj.col. vj. Moder.in tract. de profect. ele. char.lxxxix.Felin.in c.cùm omnes.col. xvi. de conſtit. dixi in meis clauſulis inſtrumẽtorum.in uerbo, litis & extrà. & ruſtici ſunt plerũque ſine pecunijs,quas ſic optare audent. l.domini præditorũ.C.de agric.& cenſ.lib.xj.& ſancta ruſticitas omnia palàm habet.gl.j.§.item Seruiana. in uerb.coloni.inſtit.de act.licet noſtra interſit facultates & paupertatem noſtram non detegi.glo.in l.ij.C.quando & quib.quarta pars deb.lib.x.dicam reſpõdendo ad viiij. an pliationem nobilis etiam nullatenus debet capere ruſticam,ut patet ex prædictis. & Franciſcus Barbarus de re uxoria.cap.iiij. de uxoris ducendæ nobilitate. & Aegid.
26 de regim.princip.lib.ij.parte j.cap.xij. † uolunt nobilem ducendam propter multitudinem affinium, & illa pauca nobilitas aliqualiter tranſit in filios. gloſ. ſuper Regulis Cancel.Iulij.char.iiij.Barb.in c.Raynutius.col.iii.ii. not. de teſtam. Sidonius Apollinaris lib.iiii. epiſt. xxi. incipit, eſt quidem.Purpur.in l.i.num.14.C.de in ius uocan.facit Pau.de Caſt.in l.i.C.de cond.inſert.col.i.dum dicit quòd CHRISTVS fuit de ſtirpe Dauid. licet Bonon. in tract. de nobilitate.iiii.par.num.23.uelit contrà,tamen in col. fin. dicit, quòd ex toto nobilitas materna nonperditur.
27 † licet aliàs dicamus mulierem intantum ſequi cõditionem uiri, quòd ſi ſpuria capit legitimum,fit legitima. De-
28 cius in l.ii.num.8.ff.de reg.iur. † nimirum quia tali caſu iura permittunt maritum donare uxori in recompenſationem perditæ nobilitatis.gl.in l.ſi uoluntate.C.de dot. promiſſ.Iaſ.in l.ſi diuortio.ſol.matri.Præpoſ.in cap.fin.in ſ.ii.col.de donat.inter uir.& uxor. Ioan. Luc. in repet. illius rub.char.iiii.& v.& char.xiii.ubi limitat. & ibi char. ſeq.dicit quòd nihilominus uir nihil capit ex nobilitate uxoris.& ibi pulchrè,an filius capiat à matre aliquid nobilitatis.& char. xxvi.ubi dicit quòd non perdetur talis donatio per tranſitum ad ſecunda uota, quia dicetur potius

tius permutatio,quàm donatio.Cur.Sen.conſ.liiij. ſuper duobus.col.iiij.Et uidi unum ruſticum in teſtamento pro hibere hæredē ne duceret nobilē, ſub pœna priuationis hæreditatis.& in ſimili dicit Old.conſ.xvj. ſe habuiſſe ca ſum ꝙ teſtator dixit ꝙ filia nō nuberet,niſi filijs mercato rū,ſub pœna priuationis hæreditatis.Et ꝙ intelligit prohibita ēt in ſecundis nuptijs:licet ſecus in caſibus permiſſiuis,quia in eis intelligitur ſolùm de primis. refert Fely. in c.ij.col.fi.de treuga & pac.in c.j.col.vij.de ſponſal.Decius in c. nam concupiſcentiam. iij. not. de conſtitut. Iaſ. in l.duobus.§.eum qui.col.fi.ff.de iureiu.& in l. diuortio. §.quòd ſi in anno.col.fin.ſol.matr. in l.Titia. num.15. in l. ſi ſic ſtipulatus not.iiij.ff.de uerb.obl.Et cōcordat Franc. Barbar.de re uxoria. cap.vij.de temporis & aliarū rerum momento ad mutanda conſilia.has duas imparitates valde damnat Io.Fab.in rub.inſtit.de nuptijs.† quis non de- 29
bet deſiderare ultra uires ſuas.Bart. in rep.l. Barbarius.ff. de offic.præt.col.iij.nam quanto gradus altior, tāto periculoſius cadit.Calcan.conſi.xiij.incip.quòd dominus Bertachinus.col.v.cap.pueri.j.q.j.Specu.in titu. de aduocat.§. nunc de exordijs.num.28.propterea Ouidius in triſtibus dicit,Amicitias & tibi iunge pares. omitto quæ dicit Apuleius in Philoſophia. char.penul.nam in lente vnguentum.&, Nihil cum fidibus graculo, & nihil cum amaracino ſui.ut Polydorus Prouerb.xxxvj.& ſequē. & cxlvj. vbi dicit, Pares cum paribus. & ccxcvj. Eraſmus in parte prouerbio.dcxxxiij.æqualem tibi mulierem inquire. Biblia Aurea clxxxiij.de matrimonio rationem ponit. Ariſtot.x.parte.problema.liiij. Aegidius ubi ſuprà. In amicam uerò quanto nobiliorem & digniorem aſſumes, tanto melius pro te.ſecundum Bocatium in Philocolo. lib. iiij.cap.xlvij. cuius amor ſola habilitate loci quandoque poſſidetur.ſecundum Bald.in cap literis. de præſump.referentem illos duos uerſus, Villanam precibus, burgenſem munere quære: Gentilem capiens oportunitate loci. Licet facilior ſit deſcenſus, quàm aſcenſus, ſecundum Virgil.quem refert Iaſ. in l.iij.§. filius autem col.iij.ff. de lib.& poſthum.dicit tamen Cyn.in l.j.C.de mul. quæ ſer.

prop.ſe immiſ.quòd ſuſpirium nil ualet ſine auro, ſed fer rum præponitur auro, quia propter ferreum membrum inſignes etiam mulieres ſeruis, etiam viliſſimus ſe exponunt.& Apoſtolus j.ad Timoth.v.

30 ¶ † Ampliant quinto maxime procedere in capiente uiduam.debemus cũ illis ſuadere uiduitaté. frater Iacobus Magnus in Sophologio Sap.vlt.char.frater Hieronym.de Ferraria in ſuo tract. de vita viduali. Alexan. in l.mulier. §.cum proponeretur. ff. ad Trebel. Io. Mõtaigne in tract. de bigam.q.j.col.xiiij.& q.vj.col.iij.& ſequen. Ange. cõſi.cccxcj.Doctor inſignis. col. pe. Nicol. de Vbal. in tract. de ſucceſ.ab inteſt.ij.parte principali.col.v.S. Hieronym. in iiij.parte Epiſt.lib.vj. epiſt. j. & lxij. totius partis quæ incipit,uetus ſcriptura.& lib.vij.epiſt. xxiiij. incip. obſecro.& quatuor epiſtolis ſeq.Roſariũ Buſt.lib.ij. ſer. xxvij. parte.ij.per totũ.Corn.in l.pe.col.fin.C.de indict.vid.tol. Socin.in l.hæc conditio.col..i.ff.de condit.& demonſt.di-

Viduæ non nubant.

31 cens, † quòd reiteratio nuptiarum eſt contra honeſtaté, & quòd magis expedit reipublicæ honeſtaté ſeruari, quã multiplicatio populi,procedés ex corruptis moribus. facit Plutarchus problem.ciij.& Ant.in Peregrino uulgari.lib.ij.c.xxiiij.vbi enumerãt plures relictas iuuenes ſeruaſſe uiduitaté.& inter cæteras Yoland primogenitã regis Franciæ,duciſſam Sabaudiæ,cui addo Blancham pari ter Sabaud.duciſſam,filiam Gulielmi Marchionis Montisferrati, quæ in oppido Carignani patriæ Subalpinæ hodie miraculis fulget. Et dicit Eraſmus in ſua Moria. char.v.quòd ſemel experta matrimonium, nunquã illud repetere uelit,niſi obliuionis ſibi nomen adfuerit. plura

32 Apuleius oratione j.& latius ij. † Et ex ſecundis nuptijs cõtriſtatur anima mariti defuncti.§.nos igitur uolétes. in auth.de nupt.Ang.in §.actionum. col.xxvij. in fi. inſtit. de act.ſicut cadauer occiſi cõtriſtatur emittendo ſanguinem ex ſuperueniéte præſentia occiſoris. Paris de Syndicatu. char.xcj.col.ij. Franciſ. Pauinus in conſilio beati Simonis.col.xiiij.uer.indicium aliud fuit fluxus ſanguinis. Gritus in ſer. in ſabbatho ante Dominicam palmarum.circa fi.j.part.Ariſt.in lib. ſecretorum ad Alexãd. circa xv. partem.

rem.ponitur ratio.& in ſeptima par.Problematũ, problẽ. vi.frater Michael Dominicus de Guelfis & Gibellinis. char.viij.de quinto præcepto. † Item contriſtatur prima 33
ſoboles.d.auth.de nup.§.ſoluto igitur.Et audiui quòd mater beati Simonis Tridentini.in cuius caſu fecit illud pulchrum conclium Franciſ. Pau. in materia iudiciorum, quod habetur impreſſum poſt conſilia Oldr. antequam tranſiret ad ſecunda uota, plures gratias pro ſe & amicis obtinuerat, interceſſionibus dicti beati: poſtea ſecus
† Quod maxime fiendum eſt,quando uolunt nubere ini- 34
micis primorũ maritorum.ut Terẽtia.cõtra quàm Cacia lup.in repet.l.precibus.C.de impub.chart.pen.uel quãdo ſunt uetulæ,uel quando habuerunt iam duos maritos.Alexand.in d.§.cùm proponeretur. inde in aliquibus locis orta eſt conſuetudo, quòd ſoluant pro pelle ſeu ſabramari.de qua an ualeat,Roch in tract.de conſuetud. chart. vj. col.iiij.uerſ.infertur etiam ex notabili.latius Ioan. Garonis in repet.rub.C.de ſecund.nup. uerſi. trigeſimaquarta pœna ubi appellat Cariuaritũ,ſeu capra maritum. Pich. in l.pacta quæ contra.C.de pact.ubi dicit,quòd poteſt cõtra eos agi iniuriarum. prout contra illos qui faciunt matinatas.allegat Ang. in l.item apud Labeonem. §. meminiſſe.ff.de iniur.uel quando tertio nubunt: † quia licet 35
ſecundo nubẽs dicatur caſte uiuere, ſecus de tertio. Corſet.de dic.geminatis.uerſ xiij.ubi infert, quòd propterea priuabitur legato ſibi facto,donec caſtè uixerit.Felyn. in cap.ſi cautio col.ix.de fid.inſtr. & Salomon dicens, quòd licet uiderit plures ſolum cognitas ab uno, à duabus tantum nullam.In marito autem uiduo ſecus eſt, quia non poteſt uacare negotiis domus.Iaſ.in auth.cui relictum. in fi.C.de indic.uidui.toll.Ideo nullas pœnas patitur, etiam ſi nubat intra annum. Rom.conſi.cxxxiij.in caſu propoſito. Old.tamen contra conſi. xxxiij. quidam ante fi. ideo puella eſſet ducenda,quia de facili comperietur, cùm patres earum nuptias accelerent, ne quid deterius eis contingat.gl. in l.oratione. ff.de ritu nupt. Card.conſi. xlix. colum.ij.Phalaris epiſt.cxiij.ad tenerum. incip. Philodemi. & epiſtola ſeq. facit Eccleſiaſtici. xlij. Philoſophus

Vidua nubit inimico primi mariti.

Secus in uiro.

Puella facilius comperitur.

part.iiij.problem.xxvj.col. pen.ut patet in hiſtoria Tancredi & & Sigiſinundi,quā oratione ſoluta elegāter tradidit Leonard.Aret. Aeneas Syluius.ut habetur in ſuis epiſtolis & uerſibus elegiacis. Philippus Beroaldus, ut habetur poſt orationes ſuas,quatuor enim ſunt quæ non recipiunt morā,ſecundū Gallicū prouerbiū,ſcilicet, Marieta fille ou elle ſe marieta, Torche ton cul, ou il ſe torchera,Boute ordre en ta maiſon,ou il s'y boutera, Netoye la uille peſtiferee, ou elle ſe netoyera. Et in uulgari Bocatius nouella xxxj. & in rithmis uulgaribus Antonius de Piſtorio ſub tragœdia Philoſtrati,imò quandoq; tantū
36 accelerant quòd de unica filia faciūt duos generos. Hoſt. in ſumma de exceſ.præla.col.iij.Quinimo † ſi pater permittat filiā excedere uigeſimumquintū annum, abſq; eo ꝙ ſibi det maritum,poteſt ipſa inſcio patre nubere, & eū cogere ad congruè dotandum. Curt.Sen.cōſil. xxxix. uiſis diligenter.col.fi.l.Io.de Leſnaudiere in tract. De Doctorib.iiii.part.q.xc.Ang.inſtit.de nupt.in princ.col.fi. auth. ſed ſi poſt.C.de inoff.teſtam.ubi Iaſ.in fin.dicit quòd imò tenetur pater dotare,etiam ſi eo inſcio ante tale tempus nuſperit,etiam indigno. Fabian. in rep. auth. nouiſſima. chart.xij.col.iiij. eo.tit. Curia Tholoſ.q. cclxxxix. ſi filia nubat. Pro quo Felyn.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.col.xix. uerſi. quarta declaratio. de conſtit. licet Ang.in §.iuris præcepta.inſtit.de iuſtit.& iure.& latius Bald. Nouellus in tract.dotium.in vi.parte.in x.ſpeciali.col. v. & Io.Lupus in c.per ueſtras.de donat.inter uir. & uxor.ij. not. eſt in toto opere.char.lxxiij.& ſeq.& quorum opin.eſt ualde moralis.& hanc quæſtionem diſputat uſque ad char. lxxx.licet in hoc ultimo uelint contrarium. Et cogitur pater conſentire filio ſe obliganti ad reſtitutionem dotium eius uxoris,quam patre inuito duxit Ioan. Lup. ubi ſuprà char.xii.in princ. Item & eis dare alimenta. ſecundum Monſer.in repet.l. ſi conſtante. char.fin.ff. ſol.mat.

Filia excedens annum xxv inuito patre nubere poteſt.

Itē tales puellas facilius bonos mores docere poſſumus, ſecundum Heſiodum. & Philoſophum in Oeconomicis. lib. j.c. iiij.qui ſuperant omnes diuitias.gl.in l.magiſtros. C.de profeſ.& med.lib.x.& facit. Ouidius in ij. de Arte amandi

Puella facilius docetur.

amandi.In puero eſt ætas mollis & apta regi. quē & alia plura allegat frater Iac.in Sophologio Sapient.lib.x. c. viij.de iuuenibus.& c.xij.de parentibus erga filios.& lib. j.c.iiij.de ſtudio ſapientiæ à iuuentute.† Tritam enim & ueteranam difficilè reformare, & ad ſuos mores formare.l.præcipiunt ædiles.ff. de ædil.edict.ubi Saly.dicit q̄ ui dua ſcit uitia ſua,& aliena.Amad.in dialog. de Amicitia. char.xxxix.Eraſ.char.xxvij.prouerb.clx.Senis mutare linguā.& prouerb.cclii.Annoſam arborē tranſplantare. facit Andr. Tiraquellus epiſtola ante tractatum Franciſci Barbari,de re uxoria. ubi etiam c.iij.de ætate uxoris ducēdæ. Comes Purliliarum in lib.de educatione liberorū. cha.iij.c.de ancillis.quia quod noua teſta capit, inueterata ſapit.glo.ij.in c.in iuuētute.de iureiur.frater Mart. Luther.in declar.de ſexto præcepto Dei.eſt pag. ccxxxix. Et cōſuetudo eſt altera natura.ſecundū Philoſophū, quē allegat Iaſ.in l.Gallus.in ij.lect.in §.idē credendū.col.iij. de lib.& poſth.Lancel.in l.ſi quis poſthumos. ij. not. eo. tit. Ioan.Montaigne in trac.de bigam.q.j. col. xv. Bald. in l. j. C.qui teſtam.fac.poſ. facit frater Lud. de Veritate contrit.chart.cxl.de circunſtantia numeri.Bald.cōſil. ſchiſmatis.col.xii.uerſic.præterea uideamus.Aegidius de regim. princip.lib.ij.parte ij.c.v.& vij.Ioan.Picus Mirand. contra aſtrologos, lib. iij. char. penul. Hadri. Papa noſter in Quodlibetis.q. iiij.col. ij.Et propterea Ang. in d. conſi. cccxcvi.ad fin.enumerat aliquā incommoda capientis uiduam.Item capiens uiduam,dicitur fornicari, licet ſic honeſta fornicatio.c. hac ratione. xxxj.q.j. Mōſer.in repet.l. ſi conſtan. ff.ſolu.matri.colum.xxii. Et ſimiliter Franciſ. Philel.lib.xj.epiſt. incip.fuiſſent directiua Nicolao Cebe. ubi dicit inter cætera,quòd duas habuit uxores, & quòd ſi tertio ſibi nubendum foret, adhuc uirginem capere uellet. Et de laudibus uirginis, & quòd debeat præferri uiduæ. Felyn. in cap.penult. col penult.de probat.incip. cauſam. Item uirginitas eſt ſecunda dos. Panorm.& Doct.in cap.j.de adulter. Bald.lib.iiii.conſ.xxviii.per relictum in principio. Propterea Apuleius in Magia dicebat, quòd quodcunque in dotem acceperis, potes cum libuerit

37

Conſuetudo altera natura

libuerit reddere : ſola uirginitas reddi nequit, ſola apud maritum ex rebus dotalibus permanet. facit, quia deflorans uirginem, dicitur committere furtum. in authen. de lenocin. Cepolla in authen. ſed nouo iure. col. xviij. C. de furtis. licet illa de qua meminit Petronius Arbiter in ſatyra. char. iiij. quæ dicit, nunquā meminiſſe ſe fuiſſe uirginē: nā infans cū paribus inquinata eſt, & ſubinde prodeū tibus annis maioribus ſe pueris applicuit, donec ad illam
38 ætatē peruenit, qua ſecundū prouerbiū, poteſt taurū tollere, quę uitulū ſuſtulit. † Eſt uerū ſecundū aliquos quod uirgines magis appetūt coitū, quā cōiugatę, quia dulcius putāt quod nunquam expertæ ſunt, ut dixi in vi. fundamēto de fatuitate. Et tamen poſtea cōperiunt eam uoluptatem eſſe, ſicut ſunt cæteræ huius mundi quæ momento uix durant, cùm non poſſit durare quātum una ephimera, uel interdictum de glande legenda, quod durat triduo, uel quantum Papa Gregorius Mediolanenſis ſucceſſor Celeſtini, qui durauit quindecim diebus, prout hæc iiij. epiſtola refert. Rodofre. in rub. ne ſede uacante. col. j. uel quantum ſponſæ menſis Maij, quæ durant uno die. l. j. C. de maiuma. lib. xj. vbi Iacob. Rebuffi ponit formam autiquitus obſeruari ſolitam. Et dicit Ioan. de Anania in c. lator. de homicid. quòd Bononiæ uocantur le conteſſe. ſed apud nos ſponſæ de Maio, quia durant ſolum illo primo die Maij, & de ſolennitate deferendi ramos uirides, uide in annotationib. poſteriorib. Baptiſtæ xiij. c. lxxv. circa fi. uel quantum durat ſtrena quæ durat primo die Ianuarij. gl. in auth. de Conſul. in uerb. Ianuarij. ſed dicitur quòd eſt peccatum. c. legant epiſcopi. xxxvi. diſt. Aret. in l. laudabile. C. de aduoc. diuer. iudic. Steph. Coſta. in tracta. de ludo. col. ij. ſed non ſic indiſtinctè damnat Ioan. Montolonius in Promptuario Iuris, in uer. dies. col. vij. Pontanus de liberalitate. Propterea Mediolani & Papiæ, ubi ſunt uiri docti, ſolet dari in uigilia Natiuitatis Domini in honorem illius ſolennitatis. & ceſſat ratio d. c. legant. & eas pœnitet ſceleris cōmiſſi, & de earū digitis & alijs fœdiſſimis ſpurcitijs, latè Philelphus decade iiij. ſatyra ij. incip. O pueri. Ideo felix tibi ſi illa quam credis

uirginem,

uirginē,nō fecerit niſi unū ſpurium.Roſarium Buſti.j.par
te.ſermo.xxiiij.litera e.Et nota,quia ille erat ordinis Mi-
norum de Obſeruantia,ad quē uериſimilitет cōcurrebant
puellæ ad cōfitendum . Ideo debebat ſcire cur ita diceret.
quia medicaminibus ſciunt reſtringere inſtrumentū ſuū ,
prout de domina Caracoſa,quam refert Præpoſi.in c.con *Caracoſa*
ſultatio.de frigid.& malefic. quæ ut placeret marito ſuo
tantum ſe reſtrinxit,quòd nec ipſe , nec alius potuit am-
plius eam cognoſcere . de qua arte uide in Aenea mulie-
bri.c.ij.char.x. & in Tragicomœdia Celeſtinæ latiſſimæ .
† Item ducendo uiduam incurris bigamiã,& perdis priui 39
legiū clericatus,& alia plura.de quibus in titu.de bigam .
ut dixi ſuprà in xi. inconuenienti nonæ rationis . † Et li- 40
cet primus coniunx uiduæ fuiſſet unus dæmon, tu unus *Vidua al*
ſanctus:ſemper obijciet tibi bona tractamenta primi . gl. *legat pri*
auth.de fideiuſſor.in prin . in uer . apparentem . Maxime *mū uirū.*
quādo ex primo adhuc habet prolem uiuam. A tali enim
prole ſemper te necandum minatur.† Mulier etiã, ſecun- 41
dum Philoſophum.iiij parte prob.xj.ſemper plus diligit *Mulier*
uirū,à quo fuit deflorata : quoniã ab eo ſuã perfectionē ac *plus dili*
cepit.imò ut Tenero ſcribit Phalaris,epiſt.cxv.incip. Phi *git illum*
ladeum filiæ:ad fin.ꝙ non ſolū uirū:ſed etiã locū plus dili *qui eã de*
gunt : licet ſecus in uiro de muliere quã primo cognouit . *florauit .*
ſecūdū Philoſophum,ubi ſuprà.Itē non ne Bulgarus fuit
deriſus à ſcholaribus,quia in Craſtinū primæ noctis, qua
dormiuit cū uxore,incœpit illã.l.rem nō nouã.C. de iudi.
ut dicit ibi gl.j.hoc forte fuit quia acceperat uiduam . In
amicã autem minus malum eſt habere uiduã, quam uir-
ginem,uel coniugatum,propter rationes Io . Bocatij . in
Philicolo.lib.iiij.col.j.

de matrimonio. in ult. q. ubi dicit, ꝙ uitia parentum non debent nocere filijs. Io. Montolonium in Prõptuario Iuris. in uerb. filius. col. v. & plures qui boni fuerunt enumerat Nic. de Vbal. ubi ſuprà dum arguit ad partes. Et Bon. in tract. de nobilitate. iij. par. num. lxvij. licet iij. par. col. ij. aliqua adducat contra eos. & uide etiam quos enumerat Anteros Fregoſij. chart. xv. & chart. xxvij. & Iaſ. & Claud. quos ambos uidimus in hac Legali philoſophia florẽtiſſimos, erãt ſpurij. mortuus eſt itaq; Iaſon eo anno quo illuſtris Ioannes Iacobus Triuultius: credo duos illos Mediolanẽſes omnes ætatis ſuæ ſuperaſſe: unũ ſcilicet in peritia militari, alterũ in legali. & Io. And. ut infrà dicam loquẽdo de eius authoritate. & Bart. fuit enutritus à fratre Petro Aſſiſio, qui rexit domum ubi infantes expoſiti nutriebãtur: ut ipſe dixit in l. quidã cum filium. iij. col. ff. de uerb. oblig. Item Gratianus compilator Decreti cum duobus fratribus ſuis fuerũt ſpurij, & nati in quadã capſina, prout adhuc hodie Nouariẽſes gloriãtur tales uiros protuliſſe. & Faſciculus temporũ, char. iij. notat omnes artes & ſcientias ſeculares, liberales, ſine mechanicas humanæ curioſitati deſeruientes à filijs Lamech fuiſſe inuentas: & ſic filij adulterni primam ſubtiliores alij fuerunt, ut ibi. præterea quid tantũ curãdum, an à te uel ab alijs genitus ſit, poſtquam omnes ab Adam deſcendimus? 17

¶ † Decima ratio eſt adiutoris quod præſtat mulier marito: nam dicit Lancel. in l. ſi grege. col. ij. ff. de leg. i. ad conſtituẽdum bonam domum, neceſſaria eſt mulier quæ communicet communione coniugali, & quæ etiam pro parte ſua gubernet domũ, conſideretque ſemitas ſuas, & panẽ otioſa nõ comedat: & bonũ mulieris eſt eſſe operoſam.

Adiutorij. *Mulier debet eſſe operoſa.*

ſam.ſecundum eum.Aegidius de regim.princip.lib.ij.par te j.c vij.& dicitur, Væ ſoli:quia ſi cadat, nõ habet qui releuet eum.c.ij.de ſtatu monachorum.Eccleſiaſt.iiij. in ca. ſu noſtro Franciſ.Barbarus de re uxoria lib. ij.c.vij.de cura domeſtica.& magnam potentiam ſocietatis collige ex malis quæ patiuntur milites:quæ ſi ſoli, nõ eſſet poſſibile hominẽ ſufferre.facit Albert.rubric.ult.de conuerſatione ad Deũ.col.iiij.Luc.de Pẽna in l.ij col.ij. C. de proxi. ſac. ſcrin.lib. xij. Et ſi dicas ꝙ poteſt habere ſeruitores, ancillas & ſocios Reſpondeo, ꝙ nõ ita diligũt, imò ſemper furantur, etſi deberent furari cinerẽ.Portius in §.ſingulorũ. inſtit.de rer.diuiſ.col.ij. & ſi eos deputas calculatores, docent detrahere Trebellianicam.gl.in l.ne diutius.C. de numer.lib.xij.& facit Petrar.epiſt.lxij. tria. & epiſt. lxxxj. nuper.caue ab oſtio poſteriore, ſeu poſtico, quia ſolet domũ deſtruere.Cepol.de ſeruit.urb.c.xlij.de oſtio.in fi. facit gloſſ.mag.in l.Iulianus.in princ.de act.empt. quæ ponit illud, Quid domini facient, audent cum talia fures? id eſt ſerui, & propterea quando aufugiunt, præſumitur furaſſe res amiſſas in domo.Decius conſi. cxxx.col.fin. Item iſta procedere poſſunt, dum quis eſt iuuenis & ſanus: ſed dum eſt ſenex, uel infirmus, rari ſunt fideles, & omnes deſerunt:uel ſi remanet, hoc facient ut furentur. ut uidemus in perſonis eccleſiaſticis euenire in tract. de fide concubinarũ erga ſacerdotes & Corij de anno M cccccxj. concubina cognoſcens ſacerdotem pecunioſum ſubditum fluxui ſanguinis per nares, intromiſſo noctis tempore clàm amatore, ſacerdoti pugionem in nares immiſit, & ligatum tenuit donec totus ſanguis effluxit.Et expirauit, & pecuniam furata eſt: & tandiu res occulta permanſit, quòd quaſi miraculum fuit tanti ſceleris reuelatio illinc ad plures menſes.facit Gen.cap.ij. circa fin. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum:faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.Ioan.Montaigne in tract.de bigam.iij.q. col. ij. Nam ut inquit Philoſophus, quem refert Ioan.de Selua in tract.de beneficio.char.xij.col.j.quòd ad eſſe ciuitatis & ad perfectam politicam, requiritur genus agricolarum ad alimenta.de qua Albertanus de operibus & labore

manuum:

manuum: Artifices mercenarij qui arte & laboribus circa neceſſaria ad uictum operentur. Albertanus in rub. de artibus diligendis: Milites bellici, ad compeſcendum rebelles, & defendendum ab impugnatoribus: abundantia pecuniarum, ad oportunitates bellicas proſequendas: ſacerdotium ad cultum Dei: iudices, ad dirigendum & regendum. pariter idem Philoſophus j. Politic. dicit, quod non poteſt domus conſiſtere ſine uxore: quia unus homo non ſufficit ſibi in his quæ ad uitam pertinent humanam, quorum quædam ſunt competentia uiris, quædam mulieribus, unde fit ſocietas uiri ad mulierem, quæ ſocietas mouet ad matrimonium. ſunt uerba Præpoſ. in cap. tanta. col. xj. conſil. ſint leg. facit pulchre Aegidius de regim. princ. lib. ij. parte. j. cap. v. & tribus ſequentib. ubi allegat Heſiodum dicere, quod domus conſiſtit ex tribus, uiro ſcilicet, muliere, & boue aratorio. & inquit Philoſophus in j. Polit. hic, † quod domus non poteſt conſiſtere 18
ſine uxore. propterea Marcellus, quem refert Gellius j. *Marcellus. Domus non poteſt cõſiſtere ſine uxore.*
Noctium Atticarum. c. vj. dicebat, Si ſine uxore Quirites eſſe poſſemus, libenter omnes ea moleſtia careremus: Sed quoniam natura ita tradidit, ut nec cum illis ſatis commode, nec ſine illis ullo modo uiui poſſit, ſaluti perpetuæ potius quàm breui uoluptati conſulendum eſt. Refert Bon. in tract. de nobilitate. ij. parte. num. 44. facit Eraſm. ij. parte. prouerb. dccccxciiij. Neque cum malis, neque ſine malis. Codrus ſerm. iiij. & dicit Salo. quem refert Hier. quod ſi ſine fœminis mundus eſſe poſſet, noſtra conuerſatio à dijs non abeſſet.

¶ † Vndecima ratio eſt gratia politiæ, nam ſecundũ uitã 19
politicam neceſſe eſt uel nubere, uel ingredi religionem. *Politiæ.*
ſecũdũ Paul. de Caſt. in l. Titio centũ. §. j. col. fi. ff. de cõdit. & demon. ubi dicit quod aliter faciens dicitur beſtialiter uiuere. faciunt. ll. antiquorũ quas refert Beroal. in Oratione nuptiali per eum Mediolani habita. char. ij. & Luc. de Pen. in d. l. mulieres. C. & de incol. libr. x. hinc Plato cęlibẽ ſe uixiſſe extranea uita cõdoluit. refert Marſilius Ficinus epiſtolarum char. lxxx. epiſt. incip. vixit autem cœlebs. Mat. Boſius epiſtola vj. biennio. char. ſin. And. Tiraquel.

in epiſtola.

in epiſtola ante Franc.Barbar.de re uxor. & dicit Aegid. de regim.princ.lib.ij.parte j.c.vij.quòd probatur eſſe vitam beſtialem, quia hoc faciunt ut liberius fornicētur: ſed religionis ingreſſus nō facit pro omnibus, præſertim pro continere non ualentibus: unde poſtquam eſt tanta honeſtas in matrimonio ſicut in ingreſſu religionis, ſecundùm Ang.inſtitu.de nup.in fi.principii.melius ergo erit nubere, quàm vri.gl.in uerbo, reſiſtere.in §.cum igitur.in auth. de non eligen.j.ad Corinth.ca.vij.& habetur in c.nerui. xiij.diſtin.& in c.ſi Paulus.in fi.xxxvij.q.v. Io.Fab.in rub. inſtit.de nup.quinimo. licet Ang. conſil.clxxix. uiſis prædictis.co.iiij.dicat, quod uita cōtemplatiua eſt melior actiua prout Roſarium Buſti in ij.parte.ſerm.viij. litera o. col.ij.eſt in iiij.parte illius ſerm. Somnium Viridarij lib. ij.cap. ccxcvij.& q.ſeq. Pet. Subert. in uinea Domini. vi. parte.per totum.Claud.ſuper Luc.ut in tabula in dictione, comtemplatiua. Felyn. tamen in rub.de ma. & obed. col.iiij.dicit, quòd eſt magnum dubium. & Hoſtien. Alber.& Iaſ.qui eos refert in l.j.colum.iiij.ff.de inſti. & iur. dicit quòd actiua melior eſt.Barbat. in cap. in præſentia. char.xij.de probat.in c.cauſam matrimonij. eod.titu.col. iij. pulchrè Vdarl.Zaſ. in oratione habita in doctoratu Franciſci Panli.incip.non poſſum.ubi reſpondet ad illud.
20 Maria optimam partem elegit. † Et quod propterea recti iudices & aduocati plus merentur, quàm fratres prædicatores, eſt de mente Formula. prouincialis chart. iiij. Galiaura in reper.l.centurio.ff.de uulg.& pupil.num.xxii. quod indubitanter procedere puto, ſi eorum ſtudia & labores ſufferant principaliter gratia obediendi præceptis diuinis. Et non gratia lucri, uel ambitus: nam Deus iuſſit, In ſudore uultus tui ueſceris pane tuo. cap. in capite. 50.diſt.Gen.cap.iij.facit Luc.de Pen.in l.fi.C. ut dig. ord. ſeru.ubi pulchrè de hoc lib.xij.Io. de Lignano in procem. ſui tractatus de Canonica parochiali. ubi de laudibus Doct.& in tract.de pluralitate beneficiorum.in fi. dicit ſe reſpondiſſe Pontifici ſibi uolenti dare prælaturam, quòd nolebat bibere ſanguinē deputatum pauperibus, ſed potius ſudorem manuum ſuarū.Barb.in cap. poſtulaſti. col.

Aduocati plus merētur, quā prædicatores.

v.de

v. de reſcript. in cap. poſtulaſti. ubi bona poſtilla de foro compet.vj.colum.in c.ex literis.colum.xx.de probatio. latè.Inſtructio uirorum eccleſiaſticorum char.vj. & x. ſeq. ubi nec prodeſt diſpenſatio, ſecũdum Pet.de Leſnaudiere in tract. de Doctorib.iiij.parte. q.lxxxviij. Syluestrina in uerb.uotum. quod aliter intelligit Felyn.in c. ad audientiam col.ij.de præſcriptis. uiuamus ergo in ea uocatione qua uocati ſumus.ad Epheſ.iiij.quia prælati communiter malè ſe gerunt, & malè tractabuntur. Felyn.in cap. ſicut olim. ferè in primis uerbis de accuſa. Calcaneus pulchrè conſil.viij.incip.in cauſa pendente. colum.xvj. facit text. in cap.licet de regular. Et dicam infrà de authoritate con cilij unius collegij. facit Bellum grammaticale, dum dicit, Verbum, inſit, tantum euaſit amiſſis in bello omnibus ſocijs: quia uouit ſe nunquam religionem aliquam intraturum approbatam uel reprobatam. ſed non curandum: quia propter piſces malos non rumpimus retia. ut infra dicam. Accedat Alber.in uerb.campana. in ſuo Dictionario, qui refert in curia diu fuiſſe inter quoſdam religioſos litigatum, qui prius matutinum pulſaret. Et tandem iudicatum quòd ille qui prius exurgeret. Et tot apologiæ, & conſilia tot collegiorum in quæſtione de præcedentia Monachorum & Canon.regul.de qua per Decium in cap.Nicolao.col.ij. de appell. & Nicol. Boerij in tract. de ſacro regio conſiſtorio. chart.xx. propter tamen piſces malos non relinquamus retia, ut infrà dicam.

¶ † Duodecima ratio eſt peccati & fornicationis euitandæ.j.ad Corinth.vij.ſi enim nubere quis nõ uult, per hoc non eſt damnandus: ſed ſi nubere non uult, nec continere, iſtud eſt malum, quia vt proximè dixi, Melius eſt nubere quàm uri.& fornicatio eſt peccatum mortale, & ducit ad gehennam, ut dicam ſtatim reſpondendo ad quintum fundamentum partis contrariæ. Item quandoque quis reperitur in delicto, & cogitur deſponſare aliquam uilem meretricem ab affinibus illius, ut dixi in limitatione quã dant contrarium tenentes. Et ultra alia damna quæ occurrũt in ſimilibus fornicationibus, ſi quis ſtuprauerit uirginẽ ſi ſumus in foro eccleſiæ, tenetur eã capere in uxorẽ 21

ſine

ſine dote.c.j.& ij.de adulter. Hoſtien. in Summa illius tituli.§.& qualiter.col.pen. Roſariũ Buſti.j. parte. ſer.xxiij. litera y.De quo an ſit uirgo,in dubio ſtabitur dicto puellæ. Alex.lib.vi.conſil. xxix. aliàs ccxxix. ponderatis. nu.2.

Pœna ſtupri de iure canonico. ꝙ ius habet locũ ſolùm in foro canonico. Cuman. conſil. cliiij.incip.uiſis inquiſitione. In foro autẽ Cæſaris pœna ſtupri eſt dimidia pars omniũ bonorum ſuorum quę fiſco applicatur.§.item lex Iulia. de adult. inſtit. de pub. iudic. quẽ text.dicit paucis ſcire Mathesil. not.c.incip. not. tex. cum ſimilib.adductis per Angel.in tracta. Maleficiorum. in glo.C'hai adulterato.vij.col.ubi Moder.in additionib. Hoſtien.in Summa præallegata Azo in Summa illius tituli,circa ſi.Cacialup.in repe.l.ſi qua illuſtris.C.ad Offic. col.vij.Canoniſtæ in d.c.ij. de adulter. Corn.lib.j.conſil. cxiiij.licet litera e.& alibi ſæpe ſcribentes. Et ſic quælibet pœna erit ſeruanda in foro ſuo. †

22 in muliere de Iure Canonico nulla eſt pœna,licet ſecus de Iure Ciuili, quia eſt eadẽ quæ in crimine adulterij,ſcilicet ut puella ſeu uidua uerberata, detrudatur in monaſterio. ut ſuprà dixi in vij.ampliatione, de uidua. poſt Ioan. de Platea in d.§. item lex Iulia.de adult.col.pen.qui ad ſi.dicit, ꝙ licet talis æquiparatio ſit de iure communi, tamen ſtatutum imponens pœnã pecuniarũ adulterę nõ habebit locũ in puella,uel uidua patiente ſe ſtuprari.plus dicit ibi Ioan. Fab. ꝙ ex quo iure diuino adultero eſt impoſita pœna mortis, quamuis ſtatuta terrarum leuiorẽ pœnã imponerent: tamen adhuc iudex poſſet imponere pœnam mortis, nõ obſtante ſtatuto, quod ego uix facerem. Io. Montolonius in Prõptuario Iuris.in uerbo,deſponſata.col.j.Dicit tamen Iaſ.præceptor meus in l.j in ult.not.C.de ſum.Trin.in ij. lect.poſt Pau.de Caſt.ibi,& Canoniſtas in c.gaudemus.de cõuerſ.coniug.ꝙ ſi iſte ſtuprator teneretur in conſcientia eam capere,uel dotare ſoluendo pœnã inductã à lege, nõ erit liberatus:ſed teneretur adhuc dotare. & ſic per uiam denuntiationis Euangelicæ ad hoc compelli poſſet Barb. in extrauaganti,ad reprimendũ.in uerb.per denuntiationem. Doct.in c.nouit.de iudic.Peruſ. in c.fin. de teſtam. lib.vj.dum defendit ſingularem opi. Archidia. quod for-

tè procederet in prima defloratione:ſecus in cõcubina alterius.Formularium prouinciale char.lii. facit Afflictus cõſtitutione,ſi quis rapere.col.iiij.uer.quæro.ubi dicit,ꝙ cognoſcens puellã quæ fuit ab alio cognita,non poteſt puniri pœna ſtupri.quia non eſt uirgo,nec uidua.& in tit.de adult.c.ij.not. dicit,ꝙ licet maritata patiens ſe proſtitui à multis debeat puniri de adul.nõ tamẽ uiri eam cognoſcentes.facit,quia habẽs coitũ cũ perſona uili, uel aliqua fantolaſtra,quæ libenter ſe præbet hominibus, & modo intrat unã domũ modo aliã,licet nõ ſtet in lupanari, non poteſt puniri,quia talis coitus eſt impunibilis.ita Ang.dicens ſe lucrat ũ plures floreños.quẽ ſequitur Anañ.in c.ſignificauit.col.fi.de adult.Soci.j.uol.conſi.cxlviij memini. col.iij.& col.vij. faciunt quæ dicit Cacialup.in repet l. ſi qua illuſtris. col.xiij.& ſeq. C. ad Orfic. etiã infrà in iiij. reſpõſione ad incontinentiã mulierum,in prima ratione, ꝙ hominibus ſit earum continentia aſcribenda, loquẽdo ꝙ † raptus meretricũ eſt impunibilis.hinc dicit Gemi.in 23 c.ſtatutum el ij.de hæret.lib.vj. ꝙ nati ex talibus fantolaſtris dicuntur vulgò quæſiti:quia patre demonſtrare non poſſunt.eſt uerum ſecundum Aegidium de regim. princi. lib.ij.parte j.cap.x.quòd tales fantolaſtræ nõ ita faciliter impræegnantur ſicut aliæ:nam unus deſtruit quòd facit alius.Et propterea ille facetus Medicus à quo quidam iuuenis quærebat receptam prohibendi impræegnationem amicæ quæ erat nubilis, reſpondit: Quotiens eam conuenis,coeas ſepties ad minus,quoniam una uice deſtrues quod alia feceris.Sed iuuenis replicauit,ita ſi poſſem. At Medicus,Recepta ergo eſt,quòd abſtineas à peccato,quia licet lateant temporibus,tempore tamen parent.quando iſta uirgo fuiſſet ſeducta per ſtupratorẽ,aliàs in conſcientia non teneretur. Angelica in uerb.ſtuprum.ubi dicit,ꝙ præſumptio quæ habet quòd uirgo præſumatur ſeducta. l.j.C. de raptor. non habet locum in conſcientia. idem uult Alber.in ſuo Dictionario.in uerb.matrimonium.iiii. ubi allegat Theologos,ad quos me remitto.

¶ † Eſt uerum quòd ſi ſtuprator confiteatur ſtuprum, poterit ipſe condemnari erga patrem uirginis, ſeu alios ad 24 *Stuprãtus.*

quos

quos ſpectat onus dotandi, pro iniuria, & damno ſibi il-
tenetur ſa lato, occaſione dicti ſtupri. inſtit.de iniur.in princ. & §.j.
tisfacere l.j.in fi.& l.itẽ apud Labeonem.§. ſi quis uirgines. ff.eod.
de dãno. attentata qualitate perſonarũ & negotij, præcedente ta-
men iuramento ſuo Panor.in c.dilecti.col.pen.de fo.com
pet.dum allegat c. ſi. quod met. cauſ. in eo ꝙ iurauerint
eos oportere plus dare pro dotibus in maritando ipſam fi
liam, occaſionẽ perditæ uirginitatis, quia uirginitas eſt ſe
cunda dos.ut dicunt Panor.& alij in d.c.j.de adul. cùm er
go iſta iniuria habeat actum manentem in ea, debet ha-
beri ratio damni.Hoſtien.& Azo in Sum.de iniur.Bart.&
Ang.in l.itẽ apud Labeonẽ.§.ſi quis ſeruo. ff.eod. Ang.de
Aret.in §.in ſumma.col.j.inſtit.eo.licet propterea ꝙ pec-
cauerit in corpus ſuũ, nec alere, nec dotare cogatur. Alex.
in l. j.princ.ix.col.ff. ſol.matr.Et talis cõdemnatio fieri de
bet etiã ſi procedatur criminaliter.nã quãdo conſtat deli-
cto ꝑ confeſſionẽ delinquentis iudex poteſt incidenter ul
tra pœnã applicandã fiſco eũ condemnare ad reſtitutionẽ
dãni illati.Bal.in l.q crimen.col.pen.C.qui accuſ.Alex. ad
Bart.in l.interdũ.§. qui furem. ff.de fur.Canoniſtæ.maxi-
mè Felyn.in ult.col.in c.cum oporteat.de accuſ.Aret.in c.
qualiter & quando.el ij.§.fi.col.j.& ij.de accuſat.

Stupra- ¶ † Tenetur etiã ſtuprator capere & alere prolem naſcitu-
tor alit ram ex dicta uirgine, ſi ea prægnantẽ reliquit: quod præ-
prolem. ſumitur niſi probet alios habuiſſe copulã cũ ea Alex. cõſ.
clvij.incip.circa primum dubium.v.uol. Moder. in c. per
tuas de prob.Hippol.in l.j.§.j. ff.de quæſt. clarius Paul. de
Caſt.conſi.clxxv.ſuper primo.col. pen.dũ allegat gl. in c.
Michael.de fil.presb.& not.in l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter
duos. ff.de leg.ij. quia etiã debemus præſumere illud qđ
eſt magis uериſimile, & magis æquũ.l.filiũ diffinimus.ff.de
his qui ſunt ſui uel al.iur.ubi Ang.no.& ſic nõ obſt. quod
dicit idẽ Alberic. in col.fi. quem etiam latius impugnat
Decius in c.per tuas.j.col.de probat.quia hodie de æqui-
tate canonica pater tenetur alere ſpurium: ut latè per Lu-
douic.de Sardis in tract.legitimationum.iij. chart. col.fi.
iiij.& v.q.Quod etiam ſeruatur in foro Cæſaris. Ang. in-
ſtit.de patr.pot.§.fi.in fi.Ant.de Butr.Zab Panor. & Præ-
poſ.

poſ.& ibidem Bolog. in ſuis nouis interpretationib.in c. cùm haberet de eo qui duxit in matrimoniũ quã pol.per adul.Mar.de Laude in diſput.quæ incipit,Sigiſmũdus.col. ix.Ioan.Lup.de donat. inter uir. & uxor.char. lxxxiij.col. j.& ſeq.Claudius,qui dicit quòd ita iudicaret in l.j.in ſi. ij.col. ff.ſolut.matr. Nico.de Vbal.in tracta. de ſucceſ. ab inteſt. v.chart. col.iij. Baldus Nouellus in tract. de dote. char.xiiij.col.2.& dicit Aret.in d.l.j.v.col.quòd iſta opin. ſeruatur in practica propter eius magnã æquitatem. Decius præceptor meus in c.in præſentia. in ſi.col xvij. de probat.in c.clerici.j.col.de iudic. ubi dicit iſtã eſſe cõmunem opin.quam etiã tenet Corſet. ſing.cccxxxj.incip.filij ſpurij.in ſuo repertorio, in uerb.alimenta.col.ij. uer.alimenta.ut dictũ eſt,Decius in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. col. xvj.de conſtit.intellige ſemper quòd tenetur alere uſq; ad illam ætatem quá ipſe ſe alere poterit ex lucris perſonæ ſuæ.Calcan.conſi.lx.col.vj.† Item intellige,niſi poſt trien- 26 niũ:quia ante triennium mater eſt illa quæ tenetur alere ſpurium.l.nec filium. C.de patr.pot. Alex.& Aret.in l.alimenta. C.de neg.geſt. Canoniſtæ in c.ſi.de conuerſ.infid. in c.j.de infan.& lang & in d.c.qui habebat.niſi forte talis mulier eſſet adeò pauper quòd oporteret eam manibus operari pro uiuendo : quia lactando filium non poſſet operari,& forte ambo fame perirent, tunc enim pater tenetur.l.ſed ſi hæreditas.§.fin. ubi Bald.ff.ad exhib.Bald.in d.l.nec filium. C.de patr. pot. Bald. Paul.de Caſtr. Flor. Alexan.& Aret. in d.l.alimenta. C.de nego. geſt. Bar.in tract. alimentorum. colum.ij. d.Vital.in tracta. clauſularum.pen.clauſula.uel adeò nobilis quòd eſſet ei dedecori. Bon.in tract. de nobilitate v.parte. priuileg.xxxvij. & lv. uel in alio caſu de quo Guil.Coquillart. in lib.x. droictz nouueaulx.in rubr. de iur.natur.col.viij. † Et ſi ſit filia 27 ipſa ſpuria ,pater tenebitur eam dotare. Iaſ.in anthen.res quæ. col.xj. uerſ.vij. limita. C.commun.de leg. Campez. de dote.j.par.q.xvij.& alij Doct. prællegati, niſi eſſet ſacerdos. ut Campez.ib. q.xlviij. Nic.de Vbal. de ſucceſ.ab inteſt.j.part.col.xvij.Et quia de iſtis quandoq; fiunt Monitoriæ generales: de quibus Hadr. Papa noſter in Quodlibetis

Infra trienniũ mater alit.

Tenetur dotare ſpuriam.

libetis.q.xj.q.iij. dum loquitur de ſacrificio zelotypiæ. ex quo de talibus dãnis nõ poteſt fieri probatio, nõ putaui impertinens hic ſubijcere quomodo & qualiter debeãt concedi tales monitoriæ, quia nondum inueni hanc materiam ordinatè examinatam. & Socin. li.iiij.cõſi. cii.incip. cum præſentis. in fine dicit ꝙ eſt materia ſibi ſatis noua.

28 ¶ Regula eſt, † quòd epiſcopus ſeu eius uicarius ad inſtantiam cuiuſcunque petentis poteſt concedere monitorias generales cõtra detinẽtes res ſuas, ut niſi reſtituat infrà certum tempus, ſint excommunicati. gl. Bald. Ang. Alber. Salyc. Paul. de Caſt. Flor. & ibidem d. Alex. in ſuis apoſtillis ad Bart. in l. ciuile. C. de furt. Stephan. Cottá in c. conſtitutionem. col. pe. de ſent. excom. lib. vj. Steph. Aufrerij in addit. ad cle. j. de offic. ord. tit. de poteſtate eccleſiaſtica ſuper ſeculares uerſ. 118. incip. ꝓ quodlibet dãno. Formularium prouinciale char. 33. & 74. Rota in nouis. q. cccccxliiij. incip. extra Rotam. Bald. in c. ſi ſacerdos. de offi. ord. Aret. in c. nouit. de iudic. col. pe. uerſic. circa ultimam. Peruſ. in c. Romana. §. caueant. in fi. de ſent. excom. gl. in clem. diſpendioſam. in uerb. præmoniti. de iudi. ubi Card. Imol. Anchar. Lanfr. & alij not. & ponunt formam. dicit tamen Aret. ibi poſt Panor. quòd in d. c. ſi ſacerdos. ſciebat peccatum per confeſſionem: item pars inſtabat iuſtitiam de damno ſibi illato. & ibi Roch. chart. xxv. dicit not. pro declaratione d. cap. ſi ſacerdos, ſed ſi hoc eſſet uerum, ſequeretur quòd etiam ad excommunicationem in genere requireretur prælatum ſcire delictum. quód eſſet nimis reſtringere hanc materiam. & alibi ſæpe in locis inferius allegandis. facit Io. de Lignano in tract. de cenſura. §. reſtat uidere ex quib. cauſis. ver. xij. & ſeq. uerſ. xxj.

Monitoriæ.

29 ¶ † Amplia primo vt etiam poſſint cõcedi contra ſcientes ubi ſit talis res, uel apud quam perſonam nunc ſic, debeãt propalare talem rem & perſonam quæ nunc ipſam rem detinet. ita Cyn. Bald. Ang. & omnes in d. l. ciuile. in l iii. §. ſi tibi iudicium. ff de condict. ob. turp. cauſam. Panor. & Io. de Anan. poſt alios in cap qui cum fure. extrà de furt.

30 ¶ † Amplia ſecundò, ut procedat non ſolùm contra ſcientes ut debeãt propalare ſeu indicare rem ubi nunc eſt, & illum

illum qui nunc eam detinet, ſed etiam ut debeant iudicare & propalare furem qui talem rem ſurripuit. gl. in d. c. qui cum fure. & antiqui Canoniſtæ, ut referunt Alber. & ibi Iaſ. in j. fallen. in d. l. iij. §. ſi tibi iudicium. ff. de cõdict. ob turp. cauſam. & ſimplici er Bertach. in tract. de epiſcopo. i j. parte. lib. iii j. q. xvi j. eſt char. xxvj. col. iii j. Panor. in c. dilectus. j. not. de exceſ. prælat. facit quod uult Ange. in l. ex quibuſdam. §. fi. ff. de iur. fiſci. ubi ſi iudex interrogat aliquem ut iudicet alium, ſi non uult iudicare, poteſt in carcerem detrudi. Eſt ueru͂ ꝙ Legiſtæ magis communiter in d. l. ciuile. & in d. § ſi tibi indicium, dicunt iſtam ampliationem, ꝙ quis teneatur iudicare furem, ſolum procedere quando epiſcopus procederet ex officio ſuo cõſiſtente in ipſomet, quod habet ut debeat purgare prouinciam malis hominibus. Secus aute͂ eſſet quando procederet ad inſtantiam patris, prout in terminis regulæ noſtræ, ſeu ex officio cõſiſtente in parte: quia tunc non teneret quis iudicare furem. d. §. ſi tibi indicium. Et ſecundu͂ eos nõ obſt. text. in d. c. qui cum fure. quia ille text. loquitur de nõ indicante rem: non autem de non iudicante furem. Et propterea Legiſtæ in d. §. ſi tibi, indicium. poſt Bar. & alios in d. l. ciuilc. dãnant gl. & antiquos Canoniſtas, qui uolebãt in hoc facere differentiã inter Ius Ciuile, & Ius Canonicum. ut Rom. ſing. dccclxxxv. nu͂quid teneatur quis. † quia ſecundu͂ eos etiam de iure Canonico non tenetur quis parte inſtante furem indicare. & propterea Flor. & Ang. in d. §. ſi tibi indiciu͂. Afflictus cõſtitutione, in quæſtionibus, col. iij. idem Ang. in l. qui uas. §. qui furem. & §. qui ex uoluntate. ff. de furt. Ioan. de Ana. in d. cap. qui cum fure. col. pen. adducunt exemplum ſancti Franciſci, qui interrogatus ſi homicida inde trãſiuerat: uſus uerbis æquiuocis, immittendo manum in maniconum cappæ, reſpondit, non tranſiuit hac. non obſt. gl. in uer. quatuor. in auth. iuſiurand. quod præſtatur ab his. quòd fallit iurantem iuratio facta per artem. & iſtam opin. Legiſtarum uidetur ſequi Anania poſt Ant. de Butr. & Card. Florent. in d. cap. qui cum fure. col. pen. Card. Alexandrinus in cap. nerui, xiij. diſt. col. 3. iin cap. quidam. §. ex his. col. fi. j. q. j. Et uerba 31

maximè in foro eccle.in quo non ſeruantur tot apices iuris.c.dilecti.ubi glo.j.de iud. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem.col.xviij.uerſ.iiij.limitatur.inſtit.de act.niſi fortè diceres ꝙ propriè loquendo iudex dicitur procedere ex officio ſuo puro & mero quando nemo impetrat ſeu defert. Panor.in c. qualiter & quando. el ij. de accuſa. col. antepen.uerſ.not.ergo ex prædictis.Cepol.cōſi.lxvj. incip. decreuit.circa fin.Præpoſ.in c.de accuſat.ij.q.viij.col. xl. ubi enumerat nomē differentias,an iudex inquirat ex officio, an ad inſtigationem alterius. & propter iſtam opin. quòd contra ſcientes furem poſſint conced. monitoriales, ut eum indicent ſeu propalent:& ſi nō faciant, quòd poſſint excōmunicari.Et eſt bonus tex. qui expreſsè loquitur de fure,in c.dilectus.ubi Panor.in j.not.dicit illum eſſe meliorem de iure.extrà de exceſ. prælat. & iſtam opinio. tenet Panor.& Aua.in d.c.qui cum fure extrà de furt.& ſequitur Card.Alexandrinus in c.quod quidā.§.ex his. col. fi.j.q.j.& hanc opin.obſeruat cōſuetudo diœceſanorum. unde ſuccedit l.minimè.ff.de legi.cum ſimi.ut infrà dicā, limitando regulam ꝙ tenenda ſit cōis opinio. Et etiā obſeruat ſtylus Curiæ Romanæ, in qua eſt uberrimus fons Canoniſtarum.Felyn. in c. quoniam frequenter. §. porrò. col.iiij.ut lit.non conteſt. & propter eminentem ſcientiā Doctorum ibi exiſtentium.Moder.in c.ſicut. de re iud.& quæ mater eſt aliarum curiarum eccleſiaſticarum.c.fin.de fo.cōpe.l.j.§.& ſi quæ.C.de uet.iur.enucl.meritò inferiores eccleſiæ illius ſtylum ſeruare tenentur. Card.in clem. quāuis rigor.in primis uerbis.de appel.Barb.in c. ex literis.col.xix.uerſ.iiij.ꝓbat iſte tex.de cōſti.Mart. de Laud. in trac.de principibus. uerſi. ccxviij. quia mēbra non debent à capite diſcedere.c.cū non liceat. de præſcrip. Spec. in tit.de app.§.de offic.uer.ut autem.proponitur enim nobis tanquā ſpeculum c.ſi Romanorum.xix. diſt.& c.eccleſiarum. xj. diſt. facit ſanctus Thom. in quodlibet.ij.artic. vij.diſt.vj.char.iiij.diſtin.xv.artic.iij.q.viij.in fin.& v.facit quòd illius ſtylus debeat obſeruari,quod habetur in c.paſtoralis.de fide inſtr.in c.bonæ.de confir.util. uel inutil. in c.omnes.xxij.diſt.c.damnamus.propè fi.de ſumm. Trin.&

fid.cathol. Bal.in l.obſeruare. §.antequam. ff.de offi.proconſul.& leg.Scrutinij referens prædicta. char.iij. & ſeq.
32 † & ſtylus Curiæ Romanæ ſolet fundari in iure communi. Alber.in Dictionario.in uerſ. ſtylus. intelligendo ſemper de ſtylo antiquo & uſitato, non de uario, ut Formularium prouinciale, char.xxxv.& ſeq. Alberic.in Dictionario in uerb. Curia Romana.quē ſequitur Iaſ.in l.j.col.xij.C.de ſum.Trinit.dicens eſſe not. Fel.in c.Rodulphus. §.cæterum.col.ij.de reſcrip.nam ſecundum eos talis ſtylus eſt uolubilis,& mutatur ſecundum uoluntatē Pōtificum, & Auditorum Rotæ,& Aduocatorum,qui faciles ſunt ad mutandum inſtitutiones prædeceſſorum. Et propterea dicit Fely.ꝙ exigitur confirmatio Apoſtolica. faciunt plura quæ contra ſtylum adducit Nata in repe.clem.ſæpe. §. & quia.col.ij.& iij.de uerb.ſig. Hyppo.in l.ſi quis ne quæſtio.col.xv.ff.de quæſt.dum ibi reſpondet ad ſtylum, in curiis autem inferioribus,in quibus ita de facili non mutat, ſtylus eſt obſeruandus. quia facit ius.l.more.ubi Lācel.ff. de iuriſd.om.iud.& ibi Curtius iun.glomerat plura cōſilia. Alex. facit text.in c.ex literis. ubi Dec.vij.not.de conſtit.& conſi.xj. col.viij. & xii. Fely. in cap.ij. col.vij.de reſcrip. Hippol.no.cxviij. ſtylus Curiæ. Pet. de Rauenna in alphabeto iuris.in uerb.libellus. & dicit Bald.lib.iij.cōſi. cccij.præſupponendum ad fin. quòd boni ſtyli ſeruandi ſunt:quia inuenti a peritioribus:& ubi prudentia, ibi eſt mortua pœnitentia.Et dicit Iaſ.per illum text.in auth.iubemus. C.de iudi.ꝙ iudex debet iudicare ſecundum ſtylum: alias facit litem ſuam,imò & ſi ſtylus ſit notorius, ſententia in contrarium lata eſt nulla,ſecundum eum. Et poteſt iudex de tali ſtylo ſe informare à notario. Lancel. & Curtius in d.l.more. l.iiij. ubi Bart. ff. de teſt. Capella Tholoſ.deciſ.cxv. Nizellus concordia lii.fallent.vcvi. Afflictus deciſ.ccliii. Roch. in tract. de conſuet. char. xxxiii. eſt q.viii.ultra Abbatem in apoſtilla j.ad Pau.de Caſt in l.j.C.de ſacroſanct.ubi quid differat ab uſu, & quid ſi ſtylus ſi contra ius,quod non ualet.
32 † Amplia tertio ut procedat dicta regula quòd poſsint concedi monitoriæ generales etiam contra teſtes qui ueritatem

ritatem ſciunt de aliquo negotio,& eorum numina ignorantur: uel aliàs nolunt deponere.cap.conſtitutis.el j. vbi Panor.in iiij.not.de teſtib.& atteſt.dicẽs,quòd laicus poterit compelli ad hoc per eccleſiaſticum. facit quod uult Panor.in c.ad noſtram.el. ij. iii. not. de iureiur. ubi dicit quòd eſt bona practica quando ignorantur teſtes, ꝙ fiant monitoriæ generales ſub excõmunicationis pœna contra ſcientes ueritatem de tali negotio, quòd compareant ad teſtificandum. † Et quòd ad hoc poſſunt laici etiam per eccleſiaſticum compelli: quia facere ueritatem quando quis poteſt compelli eam dicere, eſt peccatum. Et ſubiicit,ꝙ ſi iudex eccleſiaſticus requiratur à iudice laico de talibus monitorialibus,in cauſa pendente coràm ipſo laico,poteſt eccleſiaſticus illas concedere in genere: imò & in ſpecie quando perſonæ ſciuntur: quia iudices laici & eccleſiaſtici debent ſibiinuicem auxiliari:ut per eum. ſequitur Stephanus Malereti in tract. de elect. char. lx. col. iij.idem uult Laur. de Rodulphis in trac. uſurarum.i.parte.q.cxxv.incip.quid ſi iurauit.ubi allegando d.cap.ad noſtram.dicit quòd in crimine uſuraurm nõ ſolum quilibet ordinarius tales monitorias generales concedere poſſet: ſed etiam delegatus, niſi ex forma commiſſionis ſibi eſſet interdictum. facit Innocen. in cap. ſtatuimus.de offic. deleg.ubi dicit quòd conſeruatores poſſunt de occultis circunſtantiis inquirere:licet non poſſint de occulto facto, uel de occultis paruis quæ ſunt principalia: intellige tamen quod dicit Panor. quòd poſſunt concedi in ſpecie, quando perſonæ ſciuntur, ſcilicet taliter quòd in iudicio conuinci poſſunt: aliàs autem ſi ſciret diœceſanus fortè in conceſſione nonpoſſet in ſpecie excommunicare.Bald. in c.ſi ſacerdos.de offic. ordi. dicens quod proprio nomine non debent excommunicare: quia plura licent in genere,quæ non licent in ſpecie. dicit tamen ibi Barb. † ꝙ licet talis excommunicatus in genere non euitetur ab eccleſia:latè Fel.in c.Rodulphus.col.xxvj. de reſcript. dicens idem in quocunque,etiam in ſpecie excommunicato,antequam fuerit publicatus:idem dicit in cap. à nobis, col. iij. de except. tamen quantum ad Deum ita erit ex-

34 35

communicatus ſicut eſſet excommunicatus in ſpecie, niſi dixerit, quo ad Deum: ſic quo ad eccleſiam triumphantem excommunicatio parum aut nihil operatur gl. fi. in c. quicunq;. xxiiij. q. j. Panor. in cap. dilectis. col. v. de appel. in c. ita quorũdam. de Iudæis. in c. ſi quis presbyterorum. circa princip. ubi Barb. col. ij. de reb. eccleſ. non alie. Vincentius de bello Italico. c. ult. quando autem poſſet conuinci per teſtes: tunc poſſet excommunicari in ſpecie. ſecũdum Bal. in d. c. ſi ſacerdos.

36 ¶ † Amplia quartò ut propter tales monitorias emanatas contra ſcientes, non ſolum quis teneatur iudicare alium, ſed etiam ſemetipſum, quando de hoc eſſet infamatus, ut in locis inferius allegãdis contra iſtam ampliationem dicit ſe conſuluiſſe dom. Ambroſ. de Vignate ſolennis Doctor, & comes tunc legens Taurini in d. l. ciuile. C. de furtis. & in d. §. ſi tibi indicium. Et poſteà uide plures idem conſuluiſſe. mouetur ex quibuſdã fundamentis quæ habuit Ab archi. ij. q. j. in ca. ſi peccauerit. in vij. q. & ſeq. quę examinat Panor. in c. nouit. de iud. primò enim dicit,

37 quod † iudex debet occultum peccatoré etiã ſi nõ propalet occultare, & nõ infamare, exemplo Ioſeph, qui uoluit occulte dimittere Mariam. ij. q. j. c. ſi peccauerit. allegat etiam Aug. dicere, dum ſtudes correctioni, parce pudori. Si enim iudex excommunicat nominatim, infamat, quæ infamia affert magnum detrimentum tam circa temporalia, quàm ſpiritualia. allegat iura allegata per Archid. ubi ſupra confirmatur, quia latẽtia peccata non habet vindictam in hoc ſeculo, ſed Dei iudicio reſeruantur. hinc dicimus quòd de ſenſibus & uoluptatibus, quia occulta ſunt, iudicat Deus, non eccleſia militans. Rom. cõſi. d. xxiij. q. diſcutiẽda. col. j. Hadrian. Papa noſter in Quodlibetis. q. v. eſt char. xlvj. latius. q. xj. per totum. præſertim litera j. & litera cc. aliquid. q. xij. cap. iij. inquirendum. in fi. vj. col. Sed reſponderi poteſt prædicta procedere, quando iudex ſolus ſciret, ſecus quando iſte talis eſſet infamatus, uel alij ſcirent, ut dicit tex. in d. cap. ſi peccauerit. in fin. Facit quod dicit Card. Alexandrinus in cap. Chriſtus quid fecit. j. q. j. dum reſpondet ad illud quod Chriſtus occultauit

uit Iudã.facit Bal.in d.c.ſi ſacerdos.de off. ord.† Secundò 38
adducebat dom.Ambr.ꝙ per talẽ excommunicationẽ nominatim iſte inculpatus deducetur ad quãdã deſperationẽ,adeò ꝙ licétius peccabit.arg.c.quis aliquãdo. de pœn. diſt.j.c.cũ nõ ab homine.de iudi.unde nõ erit iudex corrector,ſed proditor.Addo Fely.in c.ſcribebã. col. j. de præſump.& quæ dixi ſuprà.reſpõdẽdo ad incõtinentiã mullerũ,in fi.uerſ.vj.Sed reſpõderi poteſt,ꝙ per hoc ꝙ infirmus cõtradicat, nõ debet eius cura derelinqui.xlv.diſt.§.& qui emendat.nec ueritas eſt propter ſcandalũ omittẽda.xi. q. iij.c.inter uenialia.quia excommunicatus inficit alios.Iaſ. in l.Gallus.ij.lect.in §.& quid ſi tantum.col ij.ff.de lib. & poſth.Et ꝓpterea debet euitari,niſi cõuerſatio fieret cauſa correctionis.Hadr.Papa noſter in Quodlibetis. q.ij. ante fi. & ſi deteriora committet, iudex eum fortius corriget.iiij.diſt.cap. denique.ita Card.Alexandrinus in d.c.ſi peccauerit.col.iij.uerſ.Panor.in d.c.nouit.& col. vij. uerſ. quæritur utrũ aliquis.& col.xij.uerſ.nõ ſit ſpes faciũt quæ dicit Pan.latius reſpõdens in d.c.nouit.de iud.col.xj.uerſ. ego ſatis credere.& col.xiij.uerſ.nunc quæritur de forma.

¶ † Tertiò dicebat d. Ambr. ꝙ iudex debet diligere occultũ peccatorẽ ſicut ſeipſum:ſed ſeipſum nõ publicaret. 39
de pœnit.diſt.ij.§.his authoritatib.nõ tibi dico te prodas. Addo Cataldinũ in trac.de trãſlatione Cõcilij Baſileæ.in fi.co.viij.ergo nec debet iſtũ publicare:Sed reſpõderi põt, ꝙ infamia eſt illa quæ eum publicat, nõ autem iudex. Et ſic nõ dicitur proditor.Aret.in c.qualiter & quando.el.ij. §.debet.col. iiij. de accu. & ibidem col. præcedenti ponit alias ſolutiones ad illum tex.in d.§. de his. qui eſt melior & fortior tex. qui allegetur in hac materia. unde quando iudex eſſet infamatus, ſi requireretur,deberet ſe prodere: nã ſi iuſtitiã tenetur facere alteri, multomagis cõtra ſe.l. altius.ff.ſi ſer.ued.c.j.ubi gl.mag.de nat.ex lib. uent. Et ſi dicatur,nõ faciet:reſpondeo,ꝙ nõ inſpicimus quod facit, ſed ꝙ facere debet.l.pe. & fi. ff.de iuſti.& iur. & non qualis ſit prædicator, ſed quid prædicet inſpicitur. Decius in ca.nouit.de iud.colum.xiij uerſ. iiij. Abbas concludit.

¶ † Quartò licet habeamus quatuor ſpecies denuntiatio- 40

num quas clarius cœteris proſequitur Io. Andr. in c. no-
8 uit.de iudi.col.j.tamen quãtũ ad materiam noſtram duæ
conueniunt,tunc ſic dicit dom. Ambr. aut uolumus hanc
eſſe euangelicam,& tunc etiã φ nõ reſtituat,uel propalet,
nõ poſſet puniri,quia illius finis eſt ſolummodo ut pœni-
teat, nõ φ alia pœna imponatur. ſecundũ Ioan.And.facit
c.ſi.de temp.ord.& dicit Roch.in d.c.nouit.char.xxiiij.eſt
q.vj.q. debet fieri denũtiatio eccleſiaſtico ut oret pro eo,
nõ ut eum puniat.pro quo Angelica in uerb.teſtes.§. xxx-
iij.qui eſt ultimis.imò ſi peccatũ ſit occultũ, debet haberi
pro ethnico & publicano priuatim.ſecundũ Iun.in d.c.no
uit.d.c.ſi peccauerit ij.q. Si publicum, nõ poteſt ſpecificè
excõmunicari,cùm ſint prodita alia remedia iuris,ut cõdi
ctio furtiua. Aut ſecundũ d. Ambroſ.dicimus hanc denun
tiationẽ eſſe iudicialẽ,& prout in ueritate eſt illa de qua-
in c.nouit.ſecundũ Io.And.ibi ad fi.& Panor.Barb.Roch.
& Deciu ibi ſuper gl. in uerb. de plano licet Barb. arguat
contra.cuius ſinis eſt,ſecundũ Ioã.And.ut res reſtituatur,
uel ut læſus ſeruetur indẽnis.ſequitur Barb.ad reprimen-
dum.in uerbo,per denuntiationẽ.col.j.Et tũc dicit domi.
Ambr.quòd nec poterit excommunicare,quia debet adiri
iudex ſecularis,& ſeruare ordinẽ iuris.l. iuris ordinem. C.
de iur. om. iudic. cap. cum ſi generale. de for. compet. &
dicit ſe ſolùm allegare gl. in clem. j. de ſepult. Innoc. in
c. Laterenen. de præbend. & pro eo facit Io. And. & alij
41 in d.c. nouit. dum uolunt, † quòd iudex eccleſiaſticus ad
hanc iudicialem denuntiationem priuatam ita de facili
moueri non debet:ſed ſolùm in certis caſibus ibi enume-
ratis,in quibus iudex eccleſiaſticus poteſt cognoſcere de
cauſis laicorum:aliàs, ſecundum eos eneruaretur fundi-
tus iuriſdictio temporalis:facit Bertach.in tract.de epiſco
po.ubi plures enumerat char.xxiiij.eſt in ij.parte.lib. iiij.
q.iiij.facit pro d.Ambroſ.quia excommunicatio non de-
bet ferri pro protectione rerum temporalium, ut inſtru-
ctio eccleſiaſticorum char. xix. & ſeq. Sed ſolum pro pec-
cato mortali, quod aliter corrigi non poteſt. Hadr. Papa
noſter in quodlib.q.vj. col.vj. quia eſt grauior pœna quæ
ſit in eccleſia.Panor.in cap.clericos.de coha. cler. & mul.

Iaſ.

Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore.co lxxvij.ff.de uſucap.Enchiridion militare. chart. xxxvj. dum loquitur de gladio ſpirituali:excommunicatio enim appellatur mors. Monferr. in repet. l.ſi conſtante.ff.ſol.matr. col.iij.quia excommunicatus eſt ſeruus diaboli.gl.ij.in.l. Pedius. ff. de arbit. & diabolus utitur excommunicato,ſicut ruſticus ſuo aſino, & habet poteſtatem in eo ſicut in pecore.Iaſ.in l. Gallus. ij.lect.in §.& quid ſit tantum.col.ij.ff.de liber.& poſth.& quatuordecim malignantes excommunicationis tradit Car.in c.nihil.xj.q.iij.& uſque ad xxvj. enumerat Roſarium Buſti.lib.ij.ſerm. xxxvij. eſt char. ccclxxij. & ſeq. & qui in ea perſeuerat in annum, efficitur ſuſpectus de hæreſi.Roch.in c.j.de iudic.ubi ſubdit, quòd poteſt priuari iure ſuo.cap. fin. de pœnis.Et quædam miracula ponit Pet.de Leſnaudiere in tract. de Doctorib.lib. j. q. xviij. Et propterea non debet ita faciliter & frequenter fulminari.ut contra quoſdam fatuos inuehit frater Thomas Illyricus in tract. de poteſtate. Papæ.chart. ciij. Scotus xxj.diſt.iiij.dicens,ꝙ Apoſtoli ea rarò utebantur. & in epiſtolis Pauli ter mentionẽ duntaxat fieri cõperitur.quãto ergo deterius eam proferre iniuſtè? Bert. in tract. de epiſcopo.lib.iiij.parte ij.q.xxxvj.Card.in cap.nemo contemnat.xj.q.iij.quia licet iniuſta,tamen eſt timenda. ſecundum Barb. in c.ab excommunicato. colum. viij. de reſcript.Niſi eſſet iuſta notoriè.ut per eum in cap.fin.col. pen.de offic.ord.Card.in c.ſententia.xj.q.iij. Hadrianus & Inſtructio eccleſiaſticorum in locis prædictis. & Roſarium Buſti, ubi ſuprà, qui enumerat uſque ad xiiij.caſus in quibus non eſt timenda.Sed reſponderi poteſt,quòd licet iſta denũtiatio iudicialis ſit,& ad priuatã utilitatẽ, eſt nihilominus ad ſimilitudinẽ Euangelicæ.ut Panor.in d.c. nouit.col.v Imò forte nõ eſſet incoueniens dicere, quòd iſta iudicialis ſit Euangelica,tanquam ſpecies ſub genere: ut in ſimili dicimus de arrogatione & adoptione.l.ij.ff.de adopt.probatur,quia ut dixi,Io.Andr.& omnes uolunt ꝙ denuntiatio,de qua in d.c.nouit. eſt iudicialis: & tamen tex.ibi allegando Euangelium uult. quòd eſt etiam euangelica, quã prælatus facere poteſt: ut ibi text. Sed finis

euangelicæ,

euangelicæ,quæ eſt ut pœniteat, quomodo ſequi poteſt,
niſi rem alienā reſtituat,uel propalet ueritatē? Si ergo ad
pœnitentiā cogi poteſt,ergo & ad rei reſtitutionē,ſeu pro
palationē.l.ij.ff.de iur.om.iud. Breuiter ueritas iſtius am-
pliationis dependet à dictis per Aret.licet alij ibi hoc
nō tangant in c.qualiter & quādo el.ij.§. debet. de accuſ.
poſt Panor.in c.ij.de confeſ.& alios per eū relatos,dū quę

An teneatur reſpōdere de iure ſuo.

rit an reus interogatus de crimine teneatur contra ſe re-
ſpōdere ueritatē.de quo eſt gl.mag.in c. ex pœnitentibus.
l.diſt.Archi.in c.ſi peccauerit.ij.q.j.in vj.q.& ſeq.Præpoſ.
in c.de accuſ.col.36.ij.q.viij.ubi latè ponit totā materiā
criminalē.Itē ex dictis Doct.nunquid poſitioni criminoſę
ſit reſpōdendum,de quo Curt.in trac.poſitionū.xxj.breui
loquio.Bolog.cōſi.xxvij.ut in præſenti col.ij.Hipp.in l.de
minore.§. tormenta.col.iij.ff.de quæſt.latius & magis or
dinatē quàm cæteri,cōciuis noſter d.Georg. Nata. in cle.
ſæpe.§.& quia.in vij.col.de uerb.ſig.ubi ponit regulā ne-
gatiuā cū octo fallentijs.quē ſemper uide.Aret.in d. §. de
bet.col.iiij.dicit ꝙ ſi nulla præcedat infamia, cōmuniter
cōcluditur ꝙ nō tenetur accuſatus reſpōdere. d. uerſ.non
tibi dico.& per ea quæ habentur ij.q.j.c.ſi peccauerit niſi
accuſetur de crimine quod impediat executionem officij
peracta pœnitentia.poſtea refert opin. Panor. in d.c.ij.v-
bi.in fi.Panor.facit duas concluſ.& in utraq; earū ſemper
requiritur ꝙ id de quo quæritur ſit famoſum.Aret.poſtea
dicit ꝙ id quod quærit Panor.an qnis teneatur reſponde-
re ad accuſationem.ponunt S.Thom.& Io.And.q dicunt,
ꝙ accuſatus tenetur reſpondere.Et dicit earum opin. eſſe
ueram.idē latè defendit Præpoſ.in d.c.de accuſat.col.xxx-
vij.& duabus ſeq.pro qua facit Panor.in c.cū ex officij. de
pœnit. & remiſ.poſt Innoc. quē latè refert Had. Papa no-
42. ſter in Quodlibetis. char.vj. col. iiij.† Et idē ꝙ nō tenea-
tur quis ſe prodere etiā ſi iuraſſet dicere ueritatē,niſi eſſet
infamatus de tali negotio de quo quæritur,uel eſſet noto
riū cōtra eū,uel eſſet probatū ſaltē ſemiplenę cōtra eū te
nuit Angelica in uerb.cōfeſſio delicti ī prin.& uerſi.inqui
ſitio.§.penul.& in uerb. denuntiatio.§. xiij. Sylueſtrina in
uerb.accuſatio. uerſi.xxxiij.& etiā Angelica ī d.uerbo.cō
feſſio

feſſio dicit ꝙ etiã ſi eſſet infamatus, quando tamẽ ageret ad aliã pœnã, quã ſpirituale͂, nõ tenetur propalare. quod dicit eſſe notandũ: quia iſtæ monitoriales fiũt ut plurimũ ut procedatur iudicialiter. ut Angelica in d. uerb. denuntiatio. ad fi. Formularii prouinciale char. lxviij. facit quod uult Angelica in uerb. furtũ. §. xli. & ibi Syluestrina. §. xv. dum dicit ꝙ † ſi ego furatus ſum aliquid alicuius ut mihi 43
ſatisfaciã de eo in quo mihi tenebatur, ꝙ in cõſcientia uidetur eſſe licitũ: ut ꝑ eos. & Iaſ. in l. j. v. co. C. de teſt. Hipp. not. clxxvij. malitijs. & in l. j. §. cũ quis latrones. iiij. not. ff. de quæſt. omnino in hoc propoſito Barb. lib. ij. conſil. xij. præclarè. ſi poſtea fiant monitoriæ, nõ teneor reſtituere, nec propalare, imò nec ſcientes me accepiſſe, ſi ſciunt pro certo me fuiſſe creditorẽ, nõ tenentur etiã ipſi propalare. Cepol. conſi. xxvj. repetito inter primũ uolu. Alex. conſil. cxxxv. circa primũ. Io. de Ana. in c. ad liberandũ. de Iudæ. col. ij. & Gallicus in Les ſecretz, & loyx de Mariage. in ulti. char. Had. Papa noſter in Quodlib. q. vj. litera m. Idẽ dicũt quidam, ſi pauperes Chriſti quibus debitũ eſt illud quod de reditibus beneficiorũ ſupereſt prelato, ad eius uiƈtũ. Io. de Lign. in traƈt. de pluralitate benefic. circa fi. Fely. in c. per tuas. c. j. de ſimon. Burgos in c. j. in fi. vj. col. de emp. & uẽd. tales prælatos furentur, ut poſſunt ſecundum eos ſine timore reſtitutionis, qñ uidetur quòd ipſi de talibus crapulantur & luxuriãtur, quia de tali modo conſumptis uoluptuoſè, tenẽtur ad reſtitutionẽ. Troilus in traƈt. de oblationibus. col. fin. Barb. in c. ſi quis ſanè. col. iiij. de pec. cler. Fely. in c. humanum genus. col. fi. j. diſt. Inſtruƈtio eccleſiaſticorum char. xiiij. frater Thom. Illyricus de poteſtate Papæ. char. xcij. & cj. Had. Papa noſter in Quodlib. q. v. col. xi. dicens quòd ſicut &c. nõ faciẽs quod debet, licitè priuatur ſtipẽdijs: ita prælatus decimis & paulò infrà ſubdit, quòd aliena rapere conuincitur, q ultra neceſſaria ſibi retinere probatur, & nedũ tali modo cõſumẽtes peccant prælati, ſed etiã dando affinibus, ut eos faciant diñtiores. Fely. in c. quæ in eccleſiarũ. col. cxiii. de conſtit. ubi apoſtilla cõtra Alex. Papã vj. & raro quòd de huiuſmodi habeãt uerã pœnitẽtiã. c. quis aliquãdo. cũ glo. iij. de pœn.

diſt.

diſt.j.uide quod ſingulariter not.Panor. in c. conquerente.ij.not.de cler.nō reſid.qui dicit,ꝙ poteſt priuari beneficio:& diſpenſatio non prodeſt in conſcientia, dicens bene not.Facit quod notabiliter uoluit d. Alex. in apoſtillis ad Barto.in l.j.de bon.eor.qui mor.ſibi conſ.ubi dicit, ꝙ reſpondens inquiſitioni cum iuramento contra ueritatẽ, non punitur de periurio:& ꝙ ita fuit conſultum per quoſdam peritos Doct. nec alibi legi. Facit quod dicit Felyn.

Reſpondens inquiſitioni, nō punitur de periurio.

44 in c.ſi duobus.col.fin.de appel.ubi dicit,ꝙ † quis non tenetur docere de iure faciẽte pro ſua parte aduerſa : & ſubijcit,ꝙ tacere ueritatem,quando quis non poteſt in foro cõtentioſo cogi eam propalare,non eſt peccatum,etiã ſi eſſet uſurarius. Felyn. in c.ex parte decani col. ix.de reſcri.pro quo facit Panor.in c.ſciſcitatus.col.fi. de reſcript. licet aliàs iudex poſſit imponere pœnam iuranti, ſi dicat mendaciũ, & illã exigere. ſecundum Nicol. de Neapol. in l.ius alimẽtorum.§.j.ff. ubi pupil. educ.deb. Facit ꝙ dicit Bart.in l.j.circa fin.C.de iur.calum.ubi dicit,ꝙ in criminalibus nõ iuratur de calũnia:quia licitũ eſt redimere ſanguinẽ ſuũ per fas & nephas.notatur in l. tranſigere. C. de tranſact.& dicit Anch.in regula,poſſeſſor.col. xv. in iij.q. Hipp.in l.quæſtionis habendæ.col.pen. ff.de quæſt. ꝙ nemo ita eſt bonæ conſcientiæ qui non iuraret falſum potius quàm mori . Et propterea dicit quòd ipſe ſæpius in criminalibus licet offerret papyrum , & fingeret ſe uelle deferre iuramẽtum,tamẽ illud nõ dabat. quãuis Hadrianus Papa noſter dicat quodlib.iij.chart.xxix. col.j. ꝙ iudex tale iuramentũ dare poteſt , etiã ſi ſuſpicetur ꝙ deierabit,licet ſecus in parte:quia iudex debet cõmuni hominũ utilitati proſpicere.Hinc dicimus quòd ſi inquiſitus in reſpõdẽdo ſit uarius in cauſa criminali, nõ propterea poteſt torqueri.ſecundum Paridẽ de Syndicatu.char. lxxxij. col.j.& ij.nõ enim ſumus ut Socrates,q. maluit mori,quã cũ mẽdacio ſe excuſare. Aeneas Syluius epiſt. lxxxvj. Leonardo. & idem uidetur ſi non ingeratur pœna ſanguinis propter infamiã.l.j.ff.de infamib.quæ præponderat timori mortis.l.iſti quidem.in fin.ff.quod met.cauſ. Barbat. in cap.uerum.de foro compet.num.lviij. hinc ſi teſtis examinatus

minatus fuit contra aliquem qui opponit contra eum de aliquo crimine, non tenetur teſtis de eo reſpõdere etiam ſi tale crimen ſit notorium. Fely.in c.cum cauſam . col.xj. de teſtib.Facit quod vult Iaſ.in l.ſi duo patroni.§.fin. col. pen.ff.de iureiur.ubi dicit,quòd ſi aliquis indebitè detinetur, & eſſet periculum uitæ:ſi iurauerit ſe rediturum, vt relaxetur,& non redeat,non eſt peiurus . Hippol. ſing. clxxvij.incip.malitijs . Baueria in tract. de uirtute iuramenti.uerſ.lx.incip.nam ſi aliquis. Barb. in c.j.nu. lxxxix. de mut.pet.conſ.ut infrà latius addam.circa illud : Dolus an uirtus,quis in hoſte requirat?quod facit ad diſput.quã ponit Cicero in iij.Offic.circa fin. in rub. de Fortitudine. nunquid Regulus debuerit obſeruare iuramentum de redeundo ad Chartaginenſes . faciunt aliqua fundamenta , quæ refert Flor.in ſua pulchra diſp.incip.uaria.dubio j.ubi diſputat , an liceat carcerato aufugere , licet inclinet quòd non . uide etiam opin.quas refert Aret. in l. decem.col.fin.ff.de uerb.oblig.licet dicat quòd fortè in cõſcientia non liceret mentiri cum iuramento. & dicit Luc. de Penna in l.ij. C.de incol.lib.x.col.j. ꝙ peccat . pro quo facit c.cum dilecti. de accuſat. Formularium prouinciale chart.liij.Dicit enim Boerius in iij.de conſolat. proſa xj. quòd abhorret natura quę conſeruari deſiderat,mortem perditionemque deuitat.ſequitur Anchar.conſil.xxiij.uiſa inquiſitione.col.ij.Barb. in Ioãnina col.xvj. Fortunius in l. j.§.ius naturale.col.v.ff.de iuſtit.& iur.frater Gregor. Britannicus ſerm.xxvij.& ut corpus redimas , ferrum patieris & ignem.gl.in c.j.de pœn.diſt.v.hinc dicunt Philoſophi,quòd muſca quæ redeat ad locum ubi ſtatim fuit læſa,eſt ſine memoria,eſt enim mors ultima paſſio animæ. Bal.in l.j.col.vj.C.de confeſ.& ultimum terribilium . iij. Ethic. latè Roſarium Buſt. lib. j.ſerm. xiiij. litera v. poſt medium.Barb.in cap.ſignificante.colum. viij. de reſcript. ubi Moder.in apoſtil. in c.quærenti . de offic.delega. col. v.facit Ioſephus de Bello Iudaico . lib.iij.c.xxj.circa medium. Tu magnanime ut minus mortem timeas,conſidera quòd niſi per eam uidere nequeas Deum facie ad faciem . xiij.q.ij.cap.quàm præpoſterum . ideò Apoſtolus

Iurãs redire ad carceres.

cupiebat

cupiebat diſſolui & eſſe cũ Chriſto frater Greg. Britannicus ſerm.iii.cupio.& xxxi.melior eſt dies.& ſer.incip. melior.& xxii.etiã incip.melior, Petrarcha in triũpho Mortis.c.ij.& omnes electi ad uitam æternam non poſſunt habere bonum tempus in hoc mundo.ſecundum Viuald. in opere regali.c.pe.incip.taceo. quia hic non habemus ciuitatem permanentem,ſed futuram inquirimus. & quod ſeminamus non prius uiuificatur, quàm moriatur. Bald.in c.j.de uita & hone.cler. Quid eſt uita noſtra, niſi ſtultitia? Eraſ.in Moria.per totum. Nauis Stultifera, per totum.& niſi fabula.Codrus ſer.j.per totum.& niſi mendaciũ.Codrus ſer.vj.incip.iam quindecim.per totum. quod poſtea ipſe repetit in uerſibus. char.cl.quàm pulchrè ergo ille Patauinus ſuum ingens palatium inſcripſit hoc titulo: Quel che mirate,è ſonno,fumo,& ombra. Et ad eã omnes currimus,ut illis uerſibus toties repetentibus, Vado mori.qui ſunt impreſſi poſt dialogum Luciani.uide Senecam de remedijs fortuitorum.& ſæpe in ſuis epiſtolis. Petrarcha de remedijs utriuſque fortunæ, & in magna Chronica Alemaniæ char.cclxiij. ſunt deſcripta hæc carmina: Morte nihil melius,nil uita peius iniqua.Optima mors, hominũ requiens æterna laborum. Tu ſenile iugũ domino uolente relaxas, Victorumque graues adimis ceruice catenas,Exiliumque leuas,& carceris hoſtia frangis. Eripis indignis iuſti bona partibus æquans:Atque immota manes, nulla exorabilis arte. A primo præfixa die tu cuncta quieto.Quo iubes animo præmiſſo fine laborum: Te ſine ſupplicium uita eſt,carcerq; perennis.

¶ Quartò arguendo à ſolitis l.certi condictio. §. quoniam uerb.nam quotidie.ff.ſi cert.pet.ubi Iaſ iij.not.Io. Lupus in rubr.de donat.inter uir.& uxo.char. xxvij. uerſi. limita quintò mariti uadunt ad alias mulieres, cum illis ſe coinquinando, quærentes meliorem panem quàm triticeus eſt. Papa Pius epiſto.xxx.col.ij. Eraſm.ij.par.prouerb.xcij. concupiuit aliam farinam. & credunt fertilior ſeges alieno ſemper in aruo. Eraſm.in j.parte prouerb.ccccixx. Vicinumq; pecus grandius uber habet.glo.in l.pro hæredit. ff.de pet.hæred.& aquæ furtiuæ dulciores ſunt, ſecundum Salom.quem refert Hoſt. in Summa de clandeſt. deſponſ. in princ.& reputant hoc ſibi pro honore & induſtria. Ioā. Fab.in §.item.l.Iulia de adult.inſtit.de pub. iudic.licet deberent eſſe contenti ſuis, & non aliena cōcupiſcere. Paul. de Caſt.in l.ſi conſtiterit.C. finium regund. nam, omnia qui uult, debet habere nihil. ut Quintilianus contra Venetos. Et paria ſunt amplecti omnia, & nihil. ut in epiſto. Io.Pici Mirandulæ. Hermolaus Barbarus epiſt.incip. Falleris Saluiate. Quinimo qui binos lepores una ſectatur in hora, Vno quandoque, quandoq; carebit utroque.gl.in fin.C.de aſſeſſor. at dicunt ꝙ quanto plures ſupponunt,

 tanto

tanto plures ſibi ſunt ſubiectæ,ex quo ipſi habeāt earum honorem in manibus. tamen uidemus quotidie mulieres ex zelotypia amatorum perfidiam multipliciter ulciſci. & nihil eſt quod tantum caſtas exaſperet mulieres.l.conſenſu.§.ſi qua igitur. C. de repud. Iaſ.in l. ex ea parte.§. mulier.j.not.de uerb.obli.Et dicit Philoſophus in Oeconomicis.lib.j.c.iiij.uerſic.Gilbertus,quòd mulieri iniuria eſt externarum mulierum coitus.Roſarium Buſti j. parte ſer.xxiij.litera l. Cacialup.in repetitione.l.ſi qua illuſtris. C.ad Orſic.col.xiiij.nam dicunt ipſæ illud Ouid.in iij.de Arte,Non bene cum ſocijs regna Venuſq; manent. & ij. de Remedio,Secta bipartito cum mens diſcurrit utroq; ; Alterius uires ſubtrahit alter amor. gl.in cap.clericus.xj. q.j.text.in l.lex quæ tutores.C.de adminiſtrat.tut. Nauis Stultifera.chart. xxix. de ſeruiente duobus.text.in c.cum diuerſis fallacijs.de cle.coniug.in antiquis. uir duplex animo eſt incoſtans in omnibus uijs. Bald.in c. ex tenore , ad fin.de reſcrip.conglutinantur enim inuicem animæ amicorum.Geneſ.c.xxxiiij.in princip.Auguſt. in quarto confeſſionum,dum dolet de morte amici.adeò non poteſt diuidi in plures . ut dicebat in ſua legenda ſancta Agnes. Aegidius de regim.prin.lib.ij.par.j.cap.ix.& x.lib.iij.par. j.cap.x. Et pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. glo.in uerb.offendiculum.in c.accuſatus.de hæreti.lib. vj. in c.cum diuerſis fallacijs.de cleri.coniug. & nemo poteſt duobus dominis ſeruire.Matth.vj. Hadri. Papa noſter in Quodlibetis.q.ix.eſt chart.xcix. litera l. & q. xj. col. x. & quod ponit Amedeus in dialogo de Amicitia. chart. xvj. † quòd uerus amor non poteſt eſſe diuiſus in plures , nec 48
unius anima poteſt multis ſufficere affectibus : ſed unus ab alio opprimitur. & diuiſus fit imbecillior. & ponit exemplum,quòd plus diligitur vnicus filius, quam plures : nec capiunt mulieres ſolut.quam ibi ponit ad hanc rationem,in chart.ſeq. & ſeq. Vnde cùm non ſit ira ſupra iram mulieris.Bald.in l.ſi apud.C. de reuoca. donat. Merula in Chronica Mediolanenſi chart. xxviij. Nauis Stultifera. char.lxxij.de ira muliebri. Claud.ſuper Lucam, tract.v.ij. c.char.j.præſertim in illa quæ parum timet maritū ſuum.

Non eſt ira ſupra iram mulieris.

& dicitur Virago. ſecundum Hipp.in l.j.§.ad quæſtionē. col.j.iiij.fall.ff.de quæſtion.Et defert ſarabulas uiri Cyn. in l.fi.in fi.C. de ſecund.nup.Et ſe induit ueſte uirili. Pau. de Caſtr.in l.mulieres.in fi.C.ad Velle.quod quando licitum ſit,vide Io.Gerſon.in ij.par.ad fi.dū loquitur de puella Franciæ,quæ fugauit Anglos. & ſi in tali habitu intercedat pro aliquo,non iuuatur Velleiano.Alex. lib.vj. cōſi. cxxij.num.2.incip.quoniam abunde.& poſſunt dici maſgiæ,id eſt maſculini generis.in ſimili de illa l. dicit Paul. de Caſt.in l.acceptam in princ.C.de uſur. & ſunt fortiores uiris,& forte ſunt de genere Amazonum:& ſi quiſpiā quæreret, forte in eis teſticulos inueniret. imò quædam uiri ſunt,& uerberant maritellos & ancillas ita formaliter.Roffred.in rubr.de conſtit.ſi quis in tantam col. iij. Hoſt.in ſumma de iureiur.§.quomodo cenſeatur.col.iiij. & eorum mariti dicuntur uiuere in Gynæ. cocratumenus id eſt.in uxorio imperio.ſecundum Ariſt.quem refert Budeus in l.ius ciuile.ff.de iuſtit.& iur. ante fi. & do mulieribus gerentibus arma, uide Curtium iuniorem in feudis. in iij.par.col. v. in vij. limitatione, Pontanum de fortitūdine.in c.de audacia.char.ij.& ſeq. & quis cibus eis conueniat.uide Magiſtrum Ioan. de Roſellis in ſuo epulario. char.xxiiij.eſt lib.iiij.dum loquitur de piſcibus qui uocantur polpi in tantum quòd præualet talis ita amori filiali. ut ſcribitur de Progne & Philomene. de quibus Philelphus in commento Petrarchæ,rithomo decimo.Iuuen.Satyra vj.& Propertius ad Cynthiam dicebat: Neſcit ueſtra ruens ira referre pedem.Et Plautus: Si quid faciendū eſt mulieri malę atque malitioſæ, ea ſibi immortalis memoria eſt meminiſſe & ſempiterna, maximè ſi ſit iuuenis: quia difficile eſt coartare iuueniles calores. l.fi.§ filij. C. de bo.quæ liber.maxime quando iraſcitur ex zelotypia: nam a tribus timuit cor meum, & à quarto facies mea metuit,ſcilicet dolor grauius ſuper omnia grauia, mulier zelotypa.Eccleſiaſt. xxx. nam cum amant maritum faciliter prorumpunt in iram, ut ægri ſitientes & pauperes. ij.Rhetor. Hadrianus Papa noſter in Quodlibetis. q.vij. litera d.eſt char..xj.& in eis non habet locum illud, Non

ea uir animo,ne tanta ſuperbia uictis. Barbat. in ca. licet ex ſuſcepto.col.iij.de for.compet. Dicunt mulieres illud Plauti in Mercatore. in ſcena incip. Ecaſtor, Legē dura uiuunt mulieres: multoq; iniquiores miſeræ quàm uiri: nam ſi ſcortum duxerit &c. Dicunt quod indignatio facit hominem proditorem.Claud.in Monarchia Franciæ. parte ij.c.xviij.poſt medium.ut Ouid. vj. Metamorpho. xiiij. Leſaque quid faciat,quid amens, quid fœmina diſces. & ſic etiam quòd omnino ita facere decreuiſſet, excuſationem ſumunt. nam cauſam quærit qui uult diſcedere ab amico prouerb.xviij. Iſern. in c.j.§. conuenticulas. de pace iur.firm. Alber.in rub.d.de lande facienda.eſt enim peccati præſens ſemper aliqua ratio,quam ſuo prætendat errori.Gaguin.lib.vj.in uita Philippi Auguſti. facit Aretin. conſi.clxv.ſicut.col.vij.& viij. quem refert Vincentius de bello Italico.char.ix. col.ij.maximè ipſæ quibus dæmon propter curioſitatem offert aliquid melius inuenire. Afflictus conſtitutione.ſi quis rapere.j.not.& omnia probate,quòd bonum eſt tenete.c.ſancta.xv.diſt.Alber.de conſilijs dandis.lib.ij.rubr.de prudentia.col.fin.& in rubr.de probat.amicorum.Item omnia noua placent.gl in proœ. ff.in uerb.noua.col.v. Et natura nouas ſemper properat edere formas in tit.quæ fuit prima cauſ.ben. amitt. Talis ira eas excuſat, cum impediat animum ne poſſit cernere uerum.glo.in auth.de appel.& infra quæ tēpora. in uerb. & indiſcuſſos.facit l.quicquid calore.ff.de reg. iur.ad quā Roma.ſingul. dviij. incip. uolo.Bertach.in tracta. de epiſcopo.char.xvj. Ioan. de Selua in tracta. de iureiur. char. v.colum.iij.Aret.conſil.xxxiiij. uiſis diligenter. in fin. ij. col.Socyn.conſil.cxviij.uiſa narrat.in fi.i. col. Iaſ. in l. filiam ij.col.C.de inoffic.teſtamen.Fely.in cap.dilecti. pen. col.de except. in c.fin.col. fi. de iureiur. Claud. in rel. ut uim.col.xxxviij.de iuſti.& iur.Ioan.Lup.in rub. de donat. inter uirum & uxor.char.xiiij. col.ſi indignatæ cum ſint ualde uindicatiuæ propter earū puſillanimitatem. Biblia Aurea c.xix.de auiditate mulierū Cardin. præpoſ. epiſt. xcviij.eſt ch.lxiiij.ut Amed in dialog. de Amicitia. char. xix.Iuuen.Satyra.xiij. Matth. Boſius de reg. magiſtratu.c.

xj.Senec.de Clemẽtia,char.ij.c. ſed ergo. quod magnanimi eſt propriũ,placidum eſſe iniurias atq; offenſiones ſemper diſpicere.muliebre eſt furere in ira. Ouid. in Triſtibus,quẽ refert Bon.in tract.de nobilitate.par. vij. col.j. & par.v.col.pen. & Iodoc. in conſimili tract. c.viij. quæ alia adducit in c.xiiij.Vincen.Cingault.cõſ.de alienatione iuſtitiæ char.iiij.quo quiſque eſt maior ,magis eſt placabilis ire &c. Et in tali furia mundum ſi poſſent deſtruerent. ut colligitur in fabula Meleagri & etiam Prognes,de quibus Ouid. in Metam. Herodiade contra caput ſancti Io. Bapt.& uxore Antonij contra linguam Ciceronis defuncti, acuſe uindicante. refert dolens Fortun. in l. Gallus. §. quidã col.xix. ff.de liber. & poſth.Sed dolore non debet, imò irridere,ut apud Lucanum Pomp.in prin. noni.riſitq; ſui ludibria trũci.& Philel.dec.iiij.ſatyra vij. Nũquã ego magnanimũ fatear , quẽ ſola iuuabit Vltio &c. & de.vij. ſaty.vij.Paris de re milita.in princ.viij.& Bon.in tract. de nobilitate.ij.par. col. j.ubi allegat Ouid. de Teſtib.& dicunt maritis ſuis,ut rex Rober.Io. xxij.minãti mirabilia, uos facietis & nos faciemus , & me iuuabo.Bald.de pace Conſtit.in §.in Chriſti nomine.in gl.in uer.coronã.& ſubijciunt,Fragenti fidẽ,fides frangatur eidẽ.l.cũ proponas. la ij.C. de pact.c. iij. de iureiur. Et illud Cato.Tu quoque fac ſimile.gl.in §.illud quoq; in uer.arte.in auth.de exhib. re.ſic ars deluditur arte.gl.in auth.iuſiurã.quod præſtatur ab his in gl.in uer.arte.Et Ouid.in iij. de Arte. Iudice me fraus eſt conceſſa repellere fraudem.Mapheus Veg.in ſuis ruſticalibus,char.v.Quid melius dici poſſit, quid ſanctius unquã.Quã lędi authores criminis arte pari? & Diſcat in authorẽ pœna redire ſuũ.l.pe.C.de leg.Spec.in tit. de aduocato.§.iã nũc uidẽdũ.co.j & ij.& à cotale mõtone,cotale boccone.Gl.in l.quod in hæredẽ.§. eligere. ff. de tribut. Sig.cõſ.ſi.col.xv.Et ꝓpterea quid cũ ſi adulteriũ adulterio cõpenſat.l.uiro.atq; uxore. ff. ſol. mat.ubi. allegat Iuuen. Nil Catilina Cethego.quia paria delicta mutua cõpẽſatione tolluntur.c.pen.de adult.Pau.de Caſt.li.j. conſ. cccccj. hæc Bolog.conſ.ij.uiſo igitur. Pet. de Bellape. q.cccccxlij. Ded.in l ſemp in contractib.ff.de reg.iur.facit gl.in l.fi.§. j.in ver.

j.in uer.dolo.ff.de eo ꝑ quem fact. erit Hipp.l. patre uel marito.co.iij.ff.de quæſt.Et ſic adulter quod fecit ſemper expectet.l.iij.ante fi.C.de epiſ. aud. nã ꝑ ea quæ peccauerit homo, ꝑ hæc torquet̃.Sap.xj.Roſariũ Buſti.j.par.ſer.ix. litera y.Hern.in §.ſed & quid lator. quæ fuit prima cauſ. ben.amic. & quæcunq; ſeminauerit homo,hæc & metet. ad Galatas vj.& ea menſura qua menſi fueris, hac eadem remetietur uobis.Matt.vij.circa princ.dicã infra de puer tentibus iudiciũ.Et licet alia delicta mundentur ꝑ pœnitentiã.c.nouit.de pœnit.deſtin.j.pulchrè Hoſtien.in ſumma de ſcrutinio.col.fi.nbi poſt pœnitẽtiã nõ cogitur quis reſpondere de peccato commiſſo.Io.Montolonius in promptuario iuris.char.ccxxvj.in fi.j. col. fortè non ſic quo ad iſtã recõpenſationẽ:quia Dauid fecit pœnitentiã. & tamẽ Rerum ij.dictũ fuit ſibi,eo ꝙ deſpexeris me,& tuleris uxorẽ Vriæ, ecce tollã uxores tuas in oculis tuis,& dabo ꝓximo tuo.& dormiet cũ uxoribus tuis in oculis ſolis:tu autẽ feciſti abſconditè: ego autẽ faciam in conſpectu omnis Iſrael.refert frater Syluester contra Lutherũ char. cxx. & tamẽ ſecundũ eum, fecerat Dauid iam pœnitentiam de illo peccato Vriæ:eſt terribile documentũ, & uidetur eſſe ſpeciale in hoc delicto.ut in ſimili Luc. de Pẽna in l.quicunq;.C.de apparit.præfecti urb.lib.xij.ad prædicta facit Petrarcha de remedio utriuſq; fortunæ.& dialogo. xliiij. de uxore impudica.& inquit Hieron.contra Iouinianum, quod quæ nõ licent fœminis,æquè non licent uiris, cùm eadẽ ſeruitus pro ratione cenſeatur. Prius ergo ſe corrigant mariti,quàm in mulieres maledicant,ut inquit Nauis Stultifera.char.xxxij. de medico , ut curet ſeipſum. & char.xl.de iudicantibus alios. Petrarcha epiſt. xix. querelarum.ad.fi.Philoſophus ij.Rhetor.ridiculum eſt accuſare externa, & non ſeipſum potius qui ab his facilè capiatur.Hadr.Papa noſter in Quodlibet.q.xj. col. antepenult. & q.xij. cap. iij. col.j. Phalaris epiſt. xij. ad Caſtratum. aliquod Signor. conſi. cclxvij. ad confuſionem. in primis uerbis.Io.Montolonius in Promptuario Iuris.in uerſ. feſtuca & licet ſe excuſet , quòd accuſare auaritiam etiam latro poteſt.Io. Andr.in ultima Mercuriali. col. vj. uerſi. de ſecundo

de ſecũdo.uideant quæ cõgerit.Pa.de Put.in ſuo trac. de Syndic.in primis uerbis Pauinus in tract.de uiſitat. char. ſe v.col.iiij. Petr.Subert.in uinea Domini.v. parte. c.vj. eſt char.lxxx.auferant trabem de proprio oculo, antequam damnet feſtucam in alieno.Matth.c.vij. Ioan. Montaigne in tract.de bigamia.j.q.col.xvj.& ſeq. facit Ioan. viij.qui ſine peccato eſt ueſtrum. ſuper quo plura congerit Landulphus in uita CHRISTI. parte.j.cap. lxxxiij. col. iij. Calcan.conſ.vij.dominus Nicol.col.vij.&viij.Et dicit Amedeus in dialogo de Amicitia.char.xl.poſt Senec. Improbum eſſe qui ab uxore pudicitiam exigit.& ipſe eſt alienarum corruptio uxorum Anteros Freg. char.viij.q. allegat illud Iuuen. Sed peiores qui talia uerbis Herculis inuadunt.facit illud Cornelij ad Ciceronem,quod refert Amedeus in dialog.de Amicitia cha.xxij.& illud Saluatoris,Paries dealbate. de quo Eraſ. iij. parte: Prouerb.

Prius corrigat, qui alios vult corrigere.

49 dxxij.† quando enim dignus reprehendi uult alios reprehendere, debet irrideri. Iſern. qui allegat Iuriſconſultos in prologo feudorum.col.ij.Sed natura ita tradidit,quòd facilius cognoſcimus errores alienos, quàm proprios gl. magna circa fi.de iur.& fac.ign. Aeneas Sylúius epiſt. ccccxx.incip.legim us. non enim debent uir. & uxor hæc ad imparia iudicari.Roſariũ Buſti in j.parte.ſerm.xxiij. litera d.putius uiri deberent ex generoſitate animi non permittere ſe ſuperari in beneficijs reddendis, ſed imitari agros fertiles.qui ultrà reddunt quàm receperint. ſecundũ Lancel.in l.quæ dotis.col.iiij.ff.ſol.matri. & ſic ſi mulier ſit corpore,martius corpore caſtus ſit & animo. mõſtroſum enim eſt.fragilitatẽ mulierum ſuperare fortitudine uiros.Salomon.in repet. l. Gallus. char. xix. Et propterea Anteros Fregoſij char.xxvj.allega tc. indignantur. xxxij. q.vj.ubi dicitur,quòd maritos adulteros tanto grauius puniri oportuit, quanto magis ad eos pertinet uirtute uince,& exemplo regere fœminas:& ſic quia maiori bono maius malum opponitur. ſecundum Philoſophum, quem refert Gem.in c. ſtatutum. de hær. lib.vj. Et actus mariti trahuntur in exemplum ab uxore & à tota familia.xi.q.iij.c.præcipue.Barb.lib.j. cõſ.j. col.v. Nauis Stultifera,

tifera. char. lvij. de prauis maiorum exemplis. pulchrè Maphæus Veggius in tract. de educatione liberorum. char. iij. & ſeq. facit Eraſ. ij. parte Prouerb. dcccxix. Complura maſculi canis cubilia. Aegid. de reg. princ. lib. ij. parte. j. cap. viij. & ſeq. † Ex adulterio mariti mulier 50
lucretur augmentum dotis. Ioan. Lup. in rubr. de donat. inter uir. & uxor. char. x. in iiij. effectu. ipſi ergo mariti talia agentes occaſionem præbent. nam ut inquit Ouid. ij. de Arte: Dum fuit Atrides una contentus, & illa Caſta fuit: uitio eſt improba facta uiri. & inquit Philoſophus in Oeconom. quòd ſi mulier cognoſcit uirum ſibi fidelium, ipſa etiam erit fidelis. frater Iacobus in Sophologio Sapien. lib. x. cap. x. de fidelitate coniug. cap. ſi ductus. xxxiij. q. vj. c. apud duos. cccxxv. Gallicus in Les ſecretz de mariage. char. x. Et hoc maximè procedit quando maritus ſe coinquinat cum aliqua meretrice fœda, ſeu longè minus pulchra quàm ſic uxor. ut ſuprà dixi ante fin. vij. ampliationis. ut præterea nulla. facit gl. in c. cum quidam. de iureiur. unde damnũ, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi & non alij debet imputare. ut in regula, damnum. nã quandoque etiam leuis occaſio eſt magni ponderis. ſecundum Bald. in cap. per tuas. col. j. de probat. & impedit actum fieri. Curt. conſi. lxvj. ſapientis. col. iiij. & poſtea dato uno inconuenienti, multa ſequuntur. l. ratas. C. de reſcin. uend. Barb. in c. edoceri. col. iiij. de reſcrip. ubi poſtilla Philoſophus j. Phiſic. quẽ refert. Barbat. in c. cùm ueniſſet. col. fi. de iudic. & † paruus error in principio eſt ma- 51
ximus in fine. ut patet in itinerantibus. Philoſophus j. de Cœlo & Mundo. & unum malum nunquam uenit ſolum. gl. in §. cogitatio. in authen. ut iudic. ſine quoquo ſuffrag. in uerſi. illicito. & inquit Eraſm. ij. parte Prouerb. cccxxv. periculoſum eſt canem inteſtina guſtaſſe. & Hadrianus Papa noſter quodlibet. ij. eſt char. xv. col. j. & quodlibet. iij. eſt char. xxix. col. iij. poſt Auguſtinum. Angelica in uerb. denuntiatio. §. x. circa fin. Horatius ſatyra v. lib. ij. quod ſi ſemel guſtat, Vt canis à corio nunquam abſtinebitur uncto. ſibi igitur & non uxoribus talem incontinentiam aſcribant. Et alij non faciant quod ſibi nollent

fieri,

fieri.hæc enim eſt Euangelica iuſſio,& naturalis.Guillel-
mus Rouille in deſcriptione iuſtitiæ & iniuſtitiæ.lib.j.ca.
xiij.Papa Pius epiſ.xxxvij.Duci Venetorũ.circa fi. Opé,
in repet.§.diui.col.xlij. Barbat. in rub. de reb. eccleſ. non
alien.col.ante pe.Roſellus in Monarchia.char.xvij. uerſi.
iure gentiũ.Cepol.de ſimulatione cõtractuũ.col.iij. Hoſt.
Quod tibi nõ vis fieri, alteri ne feceris. in proęm.Summę.§.unde habuit.col.iiij.dicẽs, Quod tibi
uis fieri,mihi fac,quod nõ tibi,noli:Sic potes in terris ui-
uere iure poli. facit text.in c. j.j.diſt.nec dicas hoc eſſe de
conſilio,quia Lutherus in declamatione de viij. præcepto
Dei probat quòd imò eſt de præcepto propter uerba ſe-
52 quentia; hæc enim lex & prophetæ &c.† quia proprium
legis eſt præcipere.facit Lactantius diuinarum inſtit. lib.
v.c.xxiij.Buſtus in Defenſorio mõtis.char.xxvij. col.j. ubi
chart.lvij.coll. quòd debet quis putare in alio quod in ſe
eſt: & debent imaginari de alio, quod ipſi facturi eſſent.
Socin.in repet.l.cùm auus.col.xxx. Et hæc maximè proce-
dunt quando ipſe maritus incipit fidem fallere.l.j.§.ſi quis
arietes.ff.ad leg.Aquil.Bolog.dicto conſi.xxiij.col.j.
53 ¶ † Quintò probatur,quia licet mulier ſit honeſta, mari-
Zelotypia tus tamẽ adeò extrema & immoderata zelotypia uexabi-
tur:quod uitiũ apud Italicos late patet.Cyn. in l. tranſige-
re.col.iij.C.de tranſact.ꝗ mulieres ſuas pro theſauris cu-
ſtodiũt.Aeneas Syluius in tract. de duobus amãtib. chart.
vj.c.non poſſunt.circa prin.Vlric.Huten.in Trias Roma-
na.poſt mediũ.dicit,ꝗ tria Romæ de raro uidentur; Ro-
manus Pontifex:uetus aurũ, & uenuſtæ mulieres propter
zelotypiam. Itali propterea ſunt impatiẽtes Gallicæ libi-
dinis in fęminas & ſuperbiæ.Gaguinus lib.vij.in uita Phi
lippi.char.iij.Qui in Gallos ſemper perfidi extiterant. ſe-
cundũ eum in uita ſancti Ludouici char. vij. Adeò ut Ita-
lia dicatur ſepulchrum Gallorum. Bald.in c.j.§.fi.de duo-
bus fratrib.de no.ben.inueſtit.Barbat.in tract.de Cardin.
in j.tract.q.j.col.xx. Et ille Hiſpanus dicebat eſſe cauernã
Sibyllæ qua ex intrantibus admodũ pauci regrediuntur.
Et tamẽ ſine cauſa:quia Galli ſemper Deum & eius man
data præ oculis habent,ſed quia ita nutriti fuerunt, ſtare
cum mulieribus honeſtè cupiunt: ita eos excuſat, & uti-

nam uerum dicat Vincentius de bello Italico.char.viij.
† Sed non debet maritus eſſe zelotypus tribus de cauſis, 54
quas colligit Aegid.de regim.prin.lib.ij.par.j.c.xxij.Item
quia modica ſuſpicio nõ debet mutare animũ ſapiẽtis. gl.
in c.fi.de crim.fal. Ad quid ergo propter zelotypiam malè
tractare tã pulchrũ animal ut eſt fœmina? Nauis Stultife-
ra char.xliij.de obſeruãtibus mulieres. & Ludouic. Ario-
ſtus in Orlãdo furioſo.cantu xxix.etenim qui nimis emũ-
git,elicit ſanguinem.c.denique.iiij.diſt.gl.in l.ſciendũ.§.il
lud.ff.de ædil.edic.Fortun.de fine iuris.col.xxj. dicã infrà
in conſ.Carniſpriuij.& euenit ut continenti riſum,qui po
ſtea illum cumulatum emittit.Had. Papa noſter in Quod
libetis q.iiij. eſt chart. xxxviij.col.iij. Quæ eſt deteſtabi-
lior,quanto ex minori re conſurgit.gl.pen. in c.duo ſunt,
xcv.diſt.Mart. Luth.in declam. de quarto præcepto Dei,
dum increpat uiros qui pro re leui tragœdiam faciunt. &
ibi allegat plura dicta Apoſtoli. facit Franc. Barbat. de re
uxoria.lib.j.in princi.de re uxorio officio. Et refert unum
Guaynerius in ſua practica medicinæ. de ægritudinibus
matricis.cap.xxxvj.qui ex eo quòd infans natus eſt inuolu
tus panniculo, credebat eum filium unius fratris ſancti
Franciſci. facit contra hos zelotypos frater Ludouic. de
Veritate contrit. chart xxiij. Quia non debent eſſe ita fa-
ciles ad credendum, nec ita ſuſpectioſi: † quia nimia cre- 55
dulitas dicitur ſtultitia. Nauis Stultifera char.cxiiij.de fa-
cilè credentibus. Biblia Aurea ca. cxxvij. de ſuſpicione &
falſa credulitate. Io.Montolonius in Promptuario Iuris.
in uerb.credere. Bauerius inſtit. de teſtan.in princ. in col.
pen.quia dicitur ſtultus ſecundum Felyn. in c. licet Hely.
col.j.de ſimon.nec leues animorum motus ſunt ſequen-
di: præſertim primi qui nõ ſunt in poteſtate hominis.Bal.
in c.j.§.j.col.ij.de feud.guard.Immò quãdoq; tantum dubi-
tant ſe fore cornutos, quòd tandem fortis imaginatio fa-
cit caſum.Bal.in l.executorem.col.x.C.de execu. rei iudic.
Ripa in tract.de Peſte, char.ij.col.j.nume. 15. Quod eue-
nit præſertim quando mulieri illum quem de eius amo-
re ſuſpectum habent, quotidie obijciunt, quo fit ut mu-
lier intra ſe cogitet, quòd maritus ſciat illum ſe ualen-
tiorem:

tiorem: quia aliàs tãtùm de eo non dubitaret, & ideò tanquàm appetens nouitatẽ, ipſa quæret modum experiẽdi. Propterea dimittãt mariti uxores in mediocri libertate, quia, ut inquit Ouid. ſine tit. lib. ii. Cui peccare licet, peccat minus: ipſa poteſtas Semina nequitiæ languidiora facit. & ſubiungit: Nitimur in uetitũ ſemper cupimusq; negata. facit illud Martialis li. j. dum ſcribit ad Cæcilianum de uxore ſua. Nõ ſunt ergo uiri ita crudeli, & qui citò credit, leuis eſt corde. Fely. in c. cũ cõtingat. ad fi. de reſcript. & eſſet nimia bonitas faciliter nimis credere. Pan. in c. licet Hely. de ſimonia. ꝙ qualiter procedat. uide Felyn. in c. j. col. j. de ſumma Trin. Iaſ. in l. j. col. iij. ff. de eo per quem fa. erit. in l. certum. col. fi. ff. ſi cer. pet. facit gl. not. in l. Titio fundus. ff. de cond. & demonſt. quæ uult ꝙ dictum notabilis uiri inducit iuſtam credulitatẽ, quam ad hoc ibi dicit Bolog. eſſe ſingularem. per quam inferunt Felyn. Panor. & Iaſ. in dictis locis, ad illũ poteſtatem qui credidit illi nobili carcerato qui promiſit non aufugere, & tamen poſt aufugit, quòd poteſtas non poterat dici credulus, ex quo ille carceratus erat nobilis fide dignus. idẽ dicit Paris de Syndicatu. char. xxj. col. j. in fin. Hippol. in repet. rubricæ. C. de probat. col. xxxvij. latius in l. j. §. j. col. iij. & ſeq. ff. de quæſtion. Et pro illa gl. ꝙ dictum legalis uiri inducat iuſtã credulitatem, facit Iaſ. in repet. l. admonendi. col. lxiii. & ſeq. Curtius Sen. conſil. xix. col. ij. Iunior in authent. ſi quis in aliquo. char. iiij. C. de edendo. Bal. in c. ueniens. de teſt. in c. cùm cõtingat. ubi Fely. de reſcrip. in c. præterea. col. j. de teſt. in c. nuper. eod. tit in c. literas. col. iij. de præſump. in ca. de quarta col. vij. uer. prima doctrina. de præſcrip. in c. ſicut. col. vij. ix. & xix. de re iud. in c. ij. col. iij. ubi Roch. char. vj. de iudic. Panor. in cap. fraternitatis. ad fi. de teſt. in c. nouit. de iudic. col. xvij. in cap. licet. ultimo not. in ca. cùm oporteat. iij. col. de accuſ. in cap. cùm in iure. j. not. de offic. delega. in cap. licet Felyn. v. not. de ſimon. Innocen. in cap. innotuit. in prin. de eo qui furt. ord. ſuſ. Bar. cap. cùm ſuper. colum. fin. in cap. inſinuante. in cap. cauſam quæ. col. j. de offic. deleg. & j. uol. conſil. xij. colum. xv. & xvij. & conſil. xxiij. column. x. & in ſimili conſil. lxij. col. v.

col.v.& in ij.uol.cõſi.iij.col.xvij.& conſ.ix. col. xiiij. & ix. col.xiij.conſ.xvj.col.v. & cõſi.xviij. col.xij. & xiij. & xxiij. & conſil.xxj.col.iiij.conſi.xxxiiij. col.xxvj. & conſil.lix.& lxvij.col.vj.Alex.lib.j.conſi.cxxxv.col.iij.& ij.uolu. conſil. xxxj.col.iij.Cepol conſi.xxvi.col.iiii. & conſil.xl. col.x. Imol.conſi.xcviii.col.fi.& cvii.col.iiii.Cardin.conſil. xxxv. col.fi.xciiii.col.ii.Aret.in l.in illa ſtipulatione. col.iiii. de uer.obl. & conſ.lxvii.col.v. & ciii.col.v. & ſeq. cliiii.col.ii. clx.col.v. Gerardus not.xxx. Bon. in tract. de nobilitate. parte v.num.xi. & xxviii. Alex.lib. vii. conſi.cxcx.uiſis atteſtationibus.col.pen.eſt num.vii.tex.in l.ſi pater. in uerſi.affirmantium.ff.de ſolut.Ant.de Burt.ubi Panorm.poſt Hoſtien.in c.finem litibus. de dolo & contu.dicens,quòd honeſta perſona propterea nõ condemnatur in expenſis, quia non præſumitur calumniari in contrarium. de hoc uide tex.in c.ſi quis triginta.lxxviii. diſt. ubi Archid. Lap. alleg.cxxvi.Et dicit idem Butr in cap.ii.de probat.ad fi. ꝙ ſtante ſtatuto quod contra inſtrumentum non admittantur probationes per teſtes, admittuntur tamen, ſi teſtes ſunt legaliſſimi,imò & conſanguineus,qui aliàs non admitteretur.in c.cùm oportet.de accuſat.facit Bart. in l.in bono.ff.de bon.poſſ.tit. generali. Quas quottas extende tu pro libito cum habueris otium.

¶ † Sextò ꝙ incontinentia mulierũ uiris ſit aſcribenda, 56 probatur,quia aliqui ſunt qui non aduertunt, ꝙ omne nimium uertitur in uitium.gl.in auth.de immen. donat. Eraſm.i.parte.prouerb.dcciiii.Ne quid nimis. nec ad illud Horatii:Eſt modus in rebus,ſunt certi deniq; fines. Quos ultra citraq; nequit conſiſtere rectum. gl. inſtit. per quas perſon.nob.acquir.Bal.lib.i.conſi. clxvi.quæritur utrum uſurarius.col.fi.Guil.Rouille in tract. de deſcriptione iuſtitiæ & iniuſtitiæ.lib.i.c.pe.Et ideò dũ uitant ſtulti uitia in cõtraria currũt. Petrarcha epiſt.ci.ſumme,quia debent cogitare ſu p his quæ dixi ſuprà ante fi.vii. ampliationis. de pulchra,dũ dixi eſſe optandã mediocrẽ formam, & ad ea quæ dixi in fi.ſol.ad ſextum fundamentum de fatuitate,quòd uirtus conſiſtat in medio. Et diſcretio eſt mater uirtutum c.i.de off.cuſt.in fi.cap.fi.i.q.v.& non mater aſinorum.

norum.Bal.in c.finem litibus.col.j.de reſti.ſpol. Et ꝙ ſine ea quis non eſt homo,ſed beſtia.Bal.lib.iij.conſi.clxj.Cæcilia,col.ij.Et ꝙ diſtinguenda ſunt tempora & concordabimus ſcripturas.c.ſi peccauerit.ij.q.j.& quòd negligentia diſſoluta propè dolum eſt.l.ſi fideiuſſor.in princ.ff.manda. Stulti ergò nolentes reprehendi de zelotypia laxant adeò literas habenas uxori ꝙ opportunitas facit latrones. cap. ueniens.el ij.de eo qui cog.conſang.ux.ſuæ.ubi Præpoſ.in iiij.not.facit Aegid.de regim.princip.lib.ij.par.ij.c.xix. & ſeq.nam ut inquit Eraſm.iij. parte Prouerb. ccclxxvij. ſublata lucerna,id eſt data libertate,nihil intereſt inter mulieres.unde ut inquit Ouid.in ij.de Arte:nihil Helena pec cat, nihil hic committit adulter: Quod tu, quod faceret quilibet,ille facit.Cogit adulterium dando tempusq; locumq;,Quo niſi conſilio eſt vſa puella tuo,&,à iuuene, & cupido credatur reddita uirgo,glo.j.in §.ſi adoleſcens. in
57 l.ſi uerò non remunerandi.ff.manda.& dicunt † quòd nemo debet cedere iuri ſibi oblato.c. quã periculoſum. vij. q.j.de quo ergò debet eſſe maritus zelotypus? de mula, ſi non eſt de uxore. ut inquiebat illi Iulius, licet mulier indignata ſit de comparatione abuſiua, nec ideo deſerenda eſt nauis in tempeſtate: quia uentos inhibere non poſſis. vt Morus in ſua Republica. lib.j. eſt chart.xxix. Volateranus in fin.commentariorum urb.in dialogo Socratis & Chriſtoboli.char.ij. dicens quòd nullam de aliqua re curam debet tantam habere ſicut de uxore.Et quomodo debeat cuſtodiri,in Chronica Ianuæ.ix.par. Philelphus deca.viij.ſatyra ix.incip.Antonij. Aegidius de regim. princi. lib.ij. Ariſtot.j.Oeconom. præſertim.c.iij.& iiij. ubi Gil bertus.ubi lib.ij.latè de materia per totũ. Vnde inter extremam zelotypiã & nimiam libertatem eſt dare mediũ: ſcilicet mediocris cura uxoris & remotio occaſionis delinquendi. quia licet cuſtodia non prohibeat ſemper quin uxor deliberata committere adulterium,cõmittat: prohibet tamen ſæpe, & rarius peccabit. ut patet in querelis amatorum,qui de zelotypia pluſquàm de alia re conqueruntur.facit Roſarium Buſti.j.par.ſer.xxiij. litera y. Cornazan:Prouerb.Tu hai le noci,& io le uoci.in princip.Sed
cùm

cum primi motus non ſint in poteſtate hominis.Io.de Pla tea in §.publica.inſtit.de pub.iudi.coi.fin. nam quandoq; mulier enim ſemel in opinione peccandi,& impedita nequibit.Et tale ſcelus nūquàm ſibi amplius ueniet in mentem.l.multùm intereſt.C.ſi quis alt.uel ſibi. Nec per hoc culpanda: nam cogitatio pœnam non meretur.glo.in uer. feudum.in cap.j.de cap.qui cur.uend. & dicit Cacialup.in tract.de debito.fugit.q.iij.col.fi.quòd † qui modicū trans- 58 greditur, non eſt uituperandus. ſecundum Ariſtotelem, quem refert Bald.in l.ij.col.vij.C.de reſcin. uend. uide tamen Barb.in c.cum cauſa.col.j.d.iur.calum. & quæ ſuprà dixi in tertia reſponſione huius contrarij,& pro unico delicto non deber uirtuoſus &c. Ideo bonū eſt aperire oculos in principio,quia ut inquit Ouid.Principijs obſta ſero medicina paratur, Cùm mala per longas conualuere moras gl.fi. in c.adhoc.de reſcript.ubi Bart. col.fi. Albertanus lib.ij.quomodo examinandum ſit conſilium.& lib. ult.in rub.de innocentia.& adhibere remedia quæ ponit Petrarcha lib. ij. de remedio utriuſque fortunæ. dialog. cxlvj. de filia impudica. Anteros Fregoſ. in tribus ultimis char.poſt Ouid.de Remedio amoris.† Nec permittas uxo 95 rem tantum uacare pulchritudini: quoniam ultra peccatum & iacturam temporis cum ubi intendens ingenium ualet.glo.in §.illud quoque.in authen.de exhib.reis.Crede ꝙ hoc non tui,ſed amatoris gratia facit. Item nec permitas eam uti tot pompoſis ueſtibus,dixi ſuprà in vj.ampliatione.de capiente diuitem.chart. ij. nec eam multùm frequentare choreas maximè nocturnas. Nam talis mos non tam indecēs,quàm ſuſpectus eſt. ſecundum Maphæū Veggium.de educatione liberorum.lib.v.poſt medium & Nauis Stultifera chart.lxix.choreæ fatuitas & cha.ſeq.& char cxxvj.de laruatis fatuis.ob quā ſuſpicionem Poſthuma Veſtalis fuit punita. Liuius decad. j. lib. iiij. eſt chart. xlviij. Idem Liuius in viij. de Minutia quæ uiua ſepulta fuit.eſt chart.lxxxvj.& cōuiuia:quoniam in illis facile generatur rixa ut Philelphus deca.v.ſatyra x. incipien.ſenaualle. & quis facilius decipitur inter epulas. c. unuſquiſque.xxij.q.iiij. Surgetus in Enchiridion diſciplinæ mili-

 taris.

taris.chart.xliiij.& lxxix. eſt in quarta parte. facit Decius in c.nouit.de iudic.iiij.not.Et,uina parant animos.Ouid. in fine ſecundi de Remedio.&,Fœcundi calices quem non fecere diſertum?glo.j.in c.à crapula. de uita & hon. cler. poſt Iuuen.&, Nolite inebriari uino, in quo eſt luxuria:
60 †uenter enim mero affluens facile deſpumat in libidinē. gl.in l.quæ adulterium.ubi ang. C. de adult. facit Eraſm. j. parte Prouerb. dcxiiij. in uino ueritas. & dcxxiiij. Odi memorem compotorem. latè de potentia uini. Eſdræ iij. c.iiij.& uinum eſt uenenum.Politianus etiam in cap.lxxj. Philoſophus j.Oeconomic.cap.v.ubi Gilbertus. Petrarc. epiſt.xxxv.taceo latè.Albertanus lib. ult. de temperantia. Hoſtien.in Summa.de temp.ord.§.& cui. in tertia regula. & in tit.de ſponſalibus. §. & qualiter diſſoluatur. ponit de ebrio qui imprægnauit Beguinam dormientem. & plures ebrios ponit Seneca epiſt.lxxxiiij.incipien. ſingulos. & in tract.de tranquillitate uitæ,ad finem. non damnat in totum quandoque inebriari. uide Stephanum Nigrum in commento ad carmina Pithagoræ char.iiij.& ſuo tractatu de nimia obſoniorum appetentia traducto ex Muſonio Græco.Lucas de Penna.in l.j.C.de comiti.& trib. ſchola lib.xij.Conuiuia quandoque fiunt ad malum:ut illi Hiſpani dantes uinum album ad limphandum nigrum, ut fideiuberet pro eis.gloſſ.in l.dolum.C. de dolo.facit Ioan. Montolonius in Promptuario Iuris. in uerb.conuiuia. Antiqui tamen conuiuia faciebant quotannis inter agnatos. ut ſi inter eos toto eo anno aliquid ſimultatis fuiſſet, tolleretur adhibitis amicis.Lancell.in l. qui ſe patris. col. vij. C. unde liber. uide Pontanum in dialogo de continentia. plura in epiſtola ante Sidonium incip. præſcius. & Marſilius Ficinus in tertio libro epiſtolarum. char. lxxiiij. & tribus ſequent.Mancinellus in ſermo.lib. ix. titul.vj. Et qualiter in conuiuijs prælatorum.Luc. de Penna in l. j. C. de com. & trib. ſchola. lib. xij. Bertach.in tractatu de epiſcopo. j.
61 parte. lib.ij.quæſtio.lxij.eſt char.xij.nam † auarus eſt,qui non ducit aliquando amicos ad comedendum ſecum: nec poteſt eligi in epiſcopum. cap.j.lxxxv. diſtin. & erit poſtea liberalis quando morietur. Ioan. Fabr. in §. peculium.inſtituit.

ſtitut.de lega. uide Albertanum de amore proximi. lib. j. rub.unde oritur amor.& pulchrè Andræam Salernum in ſimia.Socyn.in tract.de uiſitatione.chart. xij. colum. j. & chart.ix.col. iij.dum loquitur de auaritia. Leonard. Aret. ob quam conuertit beneueneritis in bene ſteteritis: ſed poterat reſponderi Socyn. ut Socrates amicis leui cœna ſuſceptis: ſi boni ſunt, æquanimiter ferent: ſi mali non curandum in quibus tamen caue à cibo anſerum, qui eſt cibus ſepultorum:& contra eas comedentes inuehit gloſ. in clem.ſi dominum. de relig. & uen. ſanct. in uerbo,omnium ſanctorum.ſecus de caſeo, quia eſt ſanus: ut carmina de hoc ponit Archid.in cap.deniq;.iiij.diſt.† Item caue ab illo: Quiſquis amat dictis abſentum rodere famã: Hanc menſam indignam nouerit eſſe ſibi gloſſ. in capitulo conuiuia.xliiij.diſtin.Et clerici ibi cantantes ſcurrilia, ſunt excommunicati in poſtillis Angel. in l. item apud. §. meminiſſe.ff.de iniur. in nuptijs autem conuiuia ab omnibus laudantur: ut Franciſcus Barbarus de re uxoria, cap.viiij.de munere uxoris:item in doctoratu in quo nobiles plus expendentes plus honoris habent. Ioannes Fabri inſtit.per quas perſonas nobis acquiritur. Sed prædicabat ut ſacerdos pro eccleſia, quia uerecundatur petere pro ſe: & tamen ipſi ſunt qui talibus fruuntur.Choreæ nocturnæ quandoq; propria lenocinia & inſtrumenta luxuriæ ſunt: ut ſentit Philelphus ſatyra ix.incip.Ant.& de choreis prædixi in viij.ampliat. allegat Salluſtium & Antero.Freg.char.xxxiij.facit Roſar.Buſti ij.part. ſer.xxxij. litera q.Petrarcha de remedio utriuſq; fortunæ.lib.j.dialog.xxiiij. de choreis Seneca ad Lucillium epiſto.iiii. † Et quandoque in talibus conuiuiis & choreis nocturnis plures petunt inhoneſta,& ſic improbos ſe demõſtrant l.tranſactione.ubi Lancel.ij.not.C.de tranſact.licet præmittant honeſta & dulcia uerba.Etenim non omnis qui dicit, Pax uobis,quaſi colũba eſt audiendus.corui de morte paſcuntur.c.non omnis qui dicit.ij.q.vij.& de ſynagoga Guielminæ quæ longo tempore poſt eius mortem fuit habita pro ſancta. Chronica Corij ſub anno Domini M. ccc. Et Liuius deca.iiij.lib.ix.char. ij. de ſynagoga Græci ignobi-

62 (beside "Item caue"); 63 (beside "Et quandoque")

lis ex Hetruria Romam delata,quæ erat ſimilis Valdenſibus,quæ poſtea orta eſt,ut refert Gaguinus in uita Ludouici iunioris.ad fin. Et Celeſtina ſemper incedebat cum mantello beguinurum,& longa filzia pater noſtrorum. & plebanus Arlot.in penult. quinterno facetiarũ poſtquàm dixit, A furore ruſticorum,conſcientia ſacerdotum, diſputatione medicorum,cætera notariorum libera me Domine ſubijcit. Et ab audiente duas miſſas omni mane,& à iurante per conſcientiam meam.prout ſemper faciebat Celeſtina. & omnino corrumpunt bonos mores colloquia mala. Hoſt.in ſumma de temp.ordi.§.& cui. col. v. tamen quandoque fiunt deteriora. nam ut qui uidit, teſtimoniũ perhibuit mulier coacta fuit cõplacere, nec cauſa clamare. Panor.lib. i.conſil.iiij.incip. facti. imò nec poſtea dicere marito,ne fortè eam minus diligeret. Et licet tunc ſibi non imputetur.gl.in c.ad eius.in uerſi.inuita.v.diſt.Hipp. in l. j.§.præterea.col. iij. ff. de quæſtion. fugiendæ tamen ſunt tales occaſiones. nam Rumor de ueteri facit uétura timeri, Cras poterunt fieri turpia ſicut heri Hoſt.in ſumma de elec.§. quis eligitur. col. v. unde non eſſent culpandæ mulieres,ſi quando ad conſimilia nocturna conuiuia inuitantur, ſi fingerent ſe infirmas. quia eſt quandoq; licitum fingere pro ſua ſuorumq; ſalute.Dec.conſil. clj. in ſerm. col. antepen. in l. ea eſt natura. ff.de reg. iur. Biblia Aurea de prudentia & ſagacitate.in princ.gl.in c. commu nis.xxiij.diſt.Hadr. papa noſter quodlib.j.eſt char. vj. col. iij.Monfer.in repet.l. frater & fratre. ff. de condict. indeb. col.vj.& Saluator finxit ſe longius ire.Luc.xxiiij.Io. Montolonius in Promptuario Iuris.in uerſ.fingere.ubi diſcurrit per x.prædicamenta.uide Barb. in c.in noſtra.col ij. de reſcrip.gloſ.in l.obſeruandum.ff.de offic. præfec. in uerb. detegit.de qua Cepol.conſ.xl. Cacialup.in l.ij.C.de eden. Hippol.in l.de minori.col.iij.ff.de quæſtion.Fel.in proœmio in princip.col.iij.gloſ.in c.quomodo uirginibus.xxxj. 64 q.j. Et non ſine cauſa facta eſt lex,diſponens † quod ſi mulier uadat ad conuiuia inuito marito,uel pernoctet extra domum, poteſt repudiari.l.conſenſu. §. uir quoque. C.de repud. & §. quia uerò plurimas. in auth. ut liceat matri &

Fingant ſe infirmas ne vadãt ad conuiuia.

auiæ.

auiæ. imò etiam poſſet recuſare ire ad chorizandum ſeu tripudiandum in caſtro domini ſui: quia ab omni ſuperioritate, ius hōneſtatis ſemper intelligitur exceptum Iacob. in tract. de homagijs. in ultimis uerbis. Pet. de Rauen. in ſuo aureo alphabeto. in dictis notabilibus extrauagantibus. col. vj. uerſ. cōqueſtus eſt ſemel. eſt char. cliiij. col. iiij. Surgetus in Enchiridio diſciplinæ militaris. char. xxiiij. Bonif. de nobilitate. ij. par. num. xlj. Ioan. de Plat. in l. j. C. de maiuma. lib xj. ubi dicit idem in curialibus. de mulieribus ciuiū. Afflictus cōſtitutione, diſputatur col. ij. Dec. in l. ſemper in contractibus. ff. de reg. iur. Roch. in c. fi. col. viij. in iiij. ampliatione. de conſuetud. tex. in §. j. ubi Ang. in j. not. inſtit. de hæred. inſtit. Dicens quòd licet ſeruus teneatur operas præſtare dominæ ſuæ: nō tamen intelligitur de carnalibus. Baueria in §. eſt autem. col. j. & ij. inſtit. de hæred. inſtit. ubi etiam ponit qua pœna puniatur ſeruiens contra faciens. ne permittas uxorem tuam conuerſari cum dominabus infamatis. nam, Vuaq; cōſpecta liuorem ducit ab uua &c. Hoſtien. in ſumma de uita & hon. cler. §. qualiter clerici. col. iij. facit plebanus Arlotus in facetia de Neapolitanis. eſt poſt medium operis: & Bald. in conſi. chiſmatis col. antepen. etiam ſi beguina, ut Hoſtien. ubi ſuprà §. utrum cohabitatio. per ea quæ dixi in ſexto fundamento fatuitate. & cum perfricuerunt faciem. Polydorus prouer. ccxxxj. & ſic inuerecundæ ſunt & inemendabiles. Albertus de proprietate hominis. ſunt enim ſicut dæmon, qui experitur pœnas infermi, & tamen tentat homines illuc ire. frater Lud. in tract. de uera contritione. vij. remedio contra luxuriam. Biblia Aurea cap. xxvi. de caſtitate. faciunt enim quicquid poſſunt ut ſibi ſimiles plures adſint, ut cum earum uitia propter multitudinem deducta fuerint in conſuetudinem, non ſit quid agas, pudere debeat, nec poſſint iuſti à talibus irrideri. Carmel. eclo. ix. circa fin. Aethiopes una quoniam nigredine ſordent. Ille color nulli uitio quippe datur. Afflictus in conſtitutionibus regni. in titulo, de adulter. circa fi. & in titulo ibidem ſeq. Papa Pius epiſt. iiij. † q̄ periu- 65
rus cum periuro, excommunicatus cum excommunica-

Pernoctans extra dum repudiatur.

to:item conuerſatio cum meretricibus, eſt ſignum modicæ pudicitiæ. Ang. in l. uim paſſa. §. mulierem. ff. de adult. Itē quando uides iſtas uetulas uel reuenditrices frequentare domum tuam, præſertim ſi intrant per poſticum, nā talia oſtia deſtruunt domum. Cepol. in ſeru. urb. cap. xlij. de porta. circa fin. facit text. in cap. ſimulationem. xxij. q. ij. nam per plures uias itur Romam. Bald. in cap. bonæ. el j. col. iij. de elect. licet dicatur ire etiam qui ſella uehitur. ff. de ſeruit. ruſtic. l. qui in ſella. per quam fuit deſtructus Bonella buffonus. ut refert Cepol. in ſeruitutibus ruſtic. cap. pen. facit ad eam Ioan. Fab. inſtit. de iur. nat. in princi. Portius inſtit. de. ſeruit. ruſtic. col. ij. Bauerius in §. eſt autem. col. iij. inſtitut. de hæred. inſtit. Socyn. lib. j. conſi. cxlj. col. j. & ij. Erige tunc aures Pamphile, & aperi oculos, quia res tua agitur, præſertim quando ſtant multūm in colloquio uxoris. Item quando lupi non ſoliti ire uadunt per contratam, eſt adhibenda maior cuſtodia. Bald. in l. nemo deinceps. in fi. C. de epiſc. aud. maximè quando crinibus incedunt comptis. Cyn. in l. neq; natales. C. de probat. & nocte uagatur adulter. Bald. in cap. j. §. porrò ſi dominum. quæ fuit prima cauſa benefic. amit. nec credas quod cupiat uidere illa tria quæ Auguſt. ſcilicet Chriſtū ambulantem, Paulum prædicantem, Romam triumphantem. Bald. in cap. fin. col. fi. de iur. cal. quia imò cupit uidere & amplecti uxorem tuam: nec confide ꝙ dicat ſe compatrem tuum, quia fortè non tetigit tempore baptiſmatis. ideò putat ſe non eſſe & malè. Bened. de Plumb. in l. etiam. ff. de manu uindic. uel fortè eſt uſus cautela quam ponit Formularium prouinciale. nolo referre. Item quando uides uxorem tuam adeò libenter ludere cum iuuene. uide Cacialup. in tracta. de ludo col. ij. & eſto memor ꝙ Ouidius in tertio de Arte dicit, ludendo ſæpe paratur amor. & clàm loquentem. Præpoſ. in c. præterea. el ij. pen. not. de ſponſa. ubi allegat inter cætera illud diui Bernar-
66 di: Hanc tibi generalem regulam conſtituas, ut † omnem qui ueretur dicere. quod in aure locutus eſt, ſuſpectum habeas: facit Bald. in l. cùm ſententiam. C. de ſentent. & interloc. facit Ange. conſi. cccxc. incip. chariſſime. colum.
fin.

fin.Nata in clem.ſæpe,in princ.col.xiij.de uerb. ſignificatione,uel loco obſcuro. nam qui malè agit, odit lucem. cap.conſuluit.de offic.deleg.latè Barbat.lib.ij. conſil. liij. præclarè.col.xv.Ioan.Lup.in allegationibus.poſt repet.de donat.inter uir.& uxor.eſt char cij.colum.iij. ubi ſubiicit quòd quæ palàm fiunt, non ſunt ita ſuſpecta. Felyn.in. c. cum ex.iniuncto hæret.col.j. Item ſtriagentes manum, quia eſt ſignum conſenſus. Aret. conſilio xiij. uiſo.col. ii. Item frequentia munuſcula & ori applicata, blandéque dulces literæ, nihil habent ſancti amoris. vt Hieronym. quem refert frater Ludouic.in tractatu de Veritate contritionis. char. cxxxviij.de circunſtantia inſtrumentalis agentis.pro quo facit text. in clem. ſi dominum. §. o memoriale.de reliq.& uen.ſanct.nam cuius domum frequenter aſpicimus,huius memoriam ſtrictius retinemus: quia ex aſpectu naſcitur amor. Eraſm. char. xxx. Prouer. clxxviij.& tangendo pulſum mulieris, nominando plures uiros,ubi deueneris ad eius amicum,ſecundum aliquos pulſus uariabitur: quia pulſus eſt præco qui non mentitur. ſecundum Bald.in cap.quoniam contra,conſ.ij.de probat. Barb.in rubr.eodem tit.col.iiij.ſed hoc ſpectat ad Medicos,qui dicunt quòd imò ſæpe mentitur, uel inuicem manus tractantes, uel etiam digitos inuicem cancellantes, uel in loquendo balbutientes, uel colorem mutantes, ut docet Philelphus deca.vj.ſaty.j.incip.nate marij uita,&c. Cichus Aeſculanus lib. iij.c.j. de phyſinomia, in princ. nam ut inquit Baldus in proœm.rex pacificus.col.iiij. rubor faciei detegit maculam cordis. Et Ouid. Metamorphoſ.dicit,Heu quam difficile eſt crimen non prodere uultu?facit Specul.in tit.de petitione ſententiæ, & eius cautela.§.j.l.de minore.& tormenta.ff. de quæſtion. Lucas de penna in penul.char.iij.lib.C.col.ij.rationem ponit Macrobius vij.Saturnalium maximè in amore,ut Medea Iaſoni,quis enim benè celat amorem? Eminet indicio prodita flamma ſuo. Et Campanus ſecundo Epigrammatum,de diſceſſu ſuo in fin Ignis, amor, tuſſis certo ſeſe iudice produnt.octo ſigna ponit presbyter Franciſcus de Sacterentio in lima ſpirituali. capitu. xxj. Stulti-

fera Nauis char.xxiiij. de calamitate amatorum. frater Ludouicus in tractatu de Veritate cõtritionis.chart.cxvj. de ſenſibus corporis.cap. j.ubi loquitur de facie de quo Specul.in titu.de teſte.§.nunc tractandum qualiter in teſtium. num. iiij. & Eccleſiaſt.xxvj.fornicatio mulieris in excellentia oculorum & in palpebris illius agnoſcetur. facit Albertanus de amicis dubitatis.Frigidius glacie pectus amantis erat.Lancel.in l.non minorem.col.j.de tranſact.atque oculis capti fodere cubilia talpæ. Lancel.in l. humanitatis.C.de impub.ſi fuiſti philocaptus ſcies inducere hos uerſus. Et illud, Tortilis à digitis excidit anſa meis. gloſſ. in l. rem actio. §. ſi. quis rei. ff.de rei uendic. præſertim quando ueniunt de nocte.quod illicitum. Cepol.in repet.l.ſi fugitiui.col.ſi. C.de furt.Prohibe tũc mulieri tuæ ſub aliqua alia ſimulata cauſa,uel colore, quàm zelotopiæ:ne cum tali loquatur,nec cum eo conuerſetur. quia,ut inquit Ouidius ij.de Remedio:Proximus à tecto ignis defenditur ægrè. Et Horatius in Sermonibus, Res tua tunc agitur,paries cùm proximus ardet. Et neglecta ſolent incendia ſumere uires gl. in l.ſi quis fumo. ff. ad leg.Aquil.Eſt uerum quòd eſt ſi nõ aduertis ſaltem tempore carniſpriuij,quod uidetur luxuriæ datum cap. denique.iiij.diſt.Senec. epiſt. xviij. Auguſt. Dathus epiſt. in cip.ſolent.lib.j. eſt char. cxxxv. Roſarium Buſti. j. parte. ſerm. vj. litera I.chart.iij.& ſeq. Iſte adhuc ueniet laruatus.Et ſic in opere diabolico.Bertach. in tract. de epiſcopo.j.parte.lib.ij.col.antepen. q. lxij. etiam te præſente in domũ tuam,& tacebit,& permittet ſe ſolùm cognoſci ab uxore tua,quæ poſtea finget eum non cognouiſſe, uel aſſeret quòd erat aliquis affinis tuus. Sed ne me increpares quòd nimis ſæuiam in carniſpriuium,poſtquam ſumus in materia choreæ, uide iſtas allegationes quas aliàs in facto & ſiue præmio edidi ſuper tali quæſito, uidelicet vtrum eſſet bonũ quòd epiſcopus faciat edictum per quod prohibeantur clerici & laici ultra mediam noctem carniſpriuij ſe laruare & chorizare,ſub pœna excommunicationis & unius ducati pro quolibet. Nec crede excuſationi uxoris,ꝙ ei det uerba, & eũ irrideat: quia & hoc eſt male

factum,ſed deterius:quia tibi bene dat uerba.ſed amatori facta.qui præualent uerbis quoniam non ſufficiunt ubi eſt opus facto.cap.delicti ubi Decius.ii.not. de app. l.j. §.j. ubi Iaſ.iiij.not.ff.q.quiſ.iur. Alexand.in l.fi.mora. col. ij. ff.ſol.matr.& lib.v.conſi.xxxix.etenim uerba dare, eſt leue.gl.in c.quibuſdam.j.q.j.& in eis non perditur niſi flatus.ſecũdum Bald.lib.ij.conſilio c.factum. col. ij. Sed hoc in caſu melius eſſet lapides fruſtra iacere quàm uerba.ſecundum Amedeum in dialogo de Amicitia. char. xxxix Et amatores intelligunt non ſolum ad uerba, ſed ad motũ labiorum.ut d. Nelus de Gabrielibus, quẽ refert Bart. ut reſumpſit Baueria in §. quinimo.ij.col. inſtit. de teſt. mil.nõ tamẽ nego quin in ſimilibus etiam ſagaces & ipſe Argus decipiatur, ſed ſimplices frequẽtius. facit exemplũ barbitonſoris,qui credens ab uxore poſtulari carnẽ ſalatam,& tamen poſtulabatur coitus: reſpondit mulieri exiſtenti ſupra ſolariũ,ut daret ei quod uellet.& ſic uxor con placuit. Et poſtea conqueſta cum uiro,uir cœpit clamare, Al traditor della carne ſalata. Præpoſ.in c. diſcretionẽ. vij.not.de eo.qui cug.conſan.uxor. ſuæ. Sed ille ſuus clamor & pœnitentia poſt factum non excuſat.l.qui ea mente.ff.de fur.ſero ſapiunt Phryges. Polydor.Prouerb. ccxix. aliter illud dictum Chriſtoph.declarat Mambrianus.non enim debet quis eſſe bonus ultra quam ratio dictet. iiij. Ethic.Aegid.de regi.princip.lib.j.parte.ij.cap.xxv. *Al tradi tor de la carne ſalata.*

¶ Inclina domine cor meum in teſtimonia tua,nõ in auaritiam.pſalmus cxviij.

¶ † Quia non omne quod licet,honeſtum eſt.l. ſemper in conuentionibus.ff.de ritu nupt.nec debet quis eſſe nimis iuſtus.Eccleſiaſt.vij.quinimo aliquid eſt iuſtum, & tamen eius contrarium eſt iuſtius.l.exigendi. C. de procur. Item quia etiam omnia quæ licẽt,non expediunt.Apoſtol.j. ad Corinth.vj.Inſtructio Eccleſiaſticorũ.char.xj.in fi. Idcirco hanc dubitationem attingam eo ordine quo in ſimili Oldr. conſi.lxij.incip. & circa. quærendo de tribus circa tale edictum:uidelicet.Primò,an liceat.Secundò, an deceat.Tertiò,an expediat.omnia ſubijciendo iudicio ſacræ matris Eccleſiæ,& reuerendiſſimi domini epiſcopi, & cu- 67

iuſlibet alterius ſentientis.

68 † Circa primum uidetur quòd liceat: quia epiſcopus de bet malos mores corrrigere, ne ſanguis ouium de manibus ſuis requiratur.c.irrefragabili de off. ord.Hadr. Papa noſter in Quodlibetis.q.iiij.litera F.eſt char.xlvj. col. j. & char.xiij.col.iij.dicit. quod ſacerdos portat iniquitatem populi.allegat Leuit.x.propterea debet epiſcopus auferre occaſionē peccandi.c.ut animarum.de conſtit.lib.vj.fa

69 cit l.j.de maiuma.lib. xj. ubi Iac. Rebuff. dicit, † ꝙ imperator prohibuit illos ludos,quia in eis uiri mulieres tāgebant inhoneſtè:quia multa prohibentur,licet mala non ſint,quia tamē malis occaſionem præbent.cap. & ſi Chriſtos.de iud.l.conuenire.ff.de pact. dotal. Dato ergò quòd chorea non ſit mala.Regum.ii.cap.vj.relato in c.& cognouerunt.de pęniten.diſt.ij.ubi Dauid ſe coram ancillis denudauit ſaltando totis uiribus laudabat eas.Plato.ut Euſebius de Euangelica præparatione lib.xiij.cap.xij. & facit ad agilitatem corporis inducandā,& cōſeruandā, ideò tolerandum.ut in ſimili de torneamentis in extrauag. Io. ſub illo titulo, de torneamentis. c. quia in futurorum euentibus.Et permittitur etiam die feſto,dummodo non tempora diuinorum officiorum.de conſecr.diſt.j.cap.qui die de conſecr.diſt. iij. irreligioſa. Doct. in c.cum deco-

70 rem de uita & honeſt.cleric.† Item & larua non ſit mala dummodo non aſſumatur ueſtis muliebris, uel religioſa, uel habitus dæmonum. Doct. in d. c. cum decorem. ubi declarant poſt Innoc. quomodo intelligatur larua.Corſet.in repertorio.Panorm. in uerb. ludus. ubi allegat Io.de An.in cap.lator. de homici. & Archiep. Flor. nihilominus quotidiana experientia rerum magiſtra. c. quam ſit.de elect. lib. vj. docet quod ut in pluribus fiunt ad malum:unde non curamus de paucis qui eas faciant ad bonum reſpectum. l. condendæ. l. nam ad ea.ff.de legib.ergò oratione peccati euitandi licuit tale edictum facere,quia in hoc uerſatur epiſcopi iuriſdictiò, etiam ſuper laicos cap.nouit.de iud.

71 † Secundò facit quod uult Feder. conſilio ij. incipien. ſtatuto, ubi per multa tenet quòd ualeat conſtitutio epiſcopi,

ſcopi, per quam dicitur, quòd quicunque luſerit ad ludum azardi, ſit excommunicatus.

¶ † Tertiò facit quod uult Io. de monfer. in d. cap. ut animarum. col. viij. & ſeq. de conſtit. libr. vj. ubi affirmat quòd ualer conſtitutio epiſcopi, quòd qui furtum commiſerit, ſit excommunicatus. 71

¶ † Quartò & magis proximè ad terminos noſtros facit exemplum præpoſ. in c. cum ceſſante. col. iij. de app. ubi ſentit ualere edictum principis, per quod prohibētur choreæ de nocte: facit deciſio Ioan. And. in regula, ea quæ. libro vj. in Mercurial. quem ibidem quaſi ad literam ſequitur Peruſ. & Alber. in ij. par. ſtatuit. q. cxcviij. incip. ipſe. Io. And. & Petrus de Anchar. in repet. c. canonum ſtatuta de conſtit. in xj. q. principali. col. v. Cacialupus in repet. l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. col. xliij. uer. ſucceſſiuè quæritur de tertio. ubi dicit ualere conſtitutionem, per quam epiſcop. excommunicat omnes mulieres utentes fucamentis, uel ornamentis ultra certam mēſuram. Quia licet in talibus poſſit eſſe ornatus ſine peccato mortali. S. Thom. ſecunda ſecundæ. q. cxcix. circa medium, dum agit de modeſtia ius tamen præcepti tranſgreſſionem facit mortalem. xiiij. q. j. cap. quiſquis. 72

¶ Sed prædictis non obſt. contrarium uidetur uerius, quòd imò non liceat, quia epiſcop. non habet poteſtatem ſuper laicos niſi ubi adeſt peccatū, ideò non debet falcem in alienā meſſem apponere. c. ſcriptum. vj. q. iij. Io. And. & Canon. in c. nouit. de iud. ſed chorea & larua benè circunſtantionata non continent peccatum. ut ſuprà, ergò &c.

¶ Secundò non licet epiſcopo facere edictū ſeu ſtatutum irationabile. c. erit autē lex. iiij. diſt. eſt enim irrationabile legem condere contra laicos, ſaltē eis non uocatis. ſi pur uult condere, ſine conſenſu capituli pronuntiandum. ubi & penult. de conſecr. diſt. iij. Panor. in c. at ſi clerici. §. de adulter. col. antepenul. de iudic. Peruſ. in cap. fi. col. vi. de conſtit. lib. vj. Bertach. in tractatu de epiſcopo iij. par. lib. iiij. q. vij. præſertim quando imponitur pœna excommunicationis. Hoſt. in ſumma de exceſ. prælat. col. j.

¶ Tertio, quia talis ludus ſiue chorea ſit ad recreationem

ſit efficia

vt efficiamur proniores ad exercitium uirtutis tẽpore imminẽtis Quadrageſimæ.xliiii.diſt.c cõuiuia.de conſe. diſt. v.c.non mediocriter.gl.in c.donare.lxxxvj.diſt. Panorm.in c.& ſic CHRISTVS.pe.not.de iureiur.ita etiam fecit Saluator imminente eius paſſione, quia iuit ſe recreatũ in Betaniam. ſecundum Bonauenturam in meditationibus de paſſione Domini. ergò tale edictum,tanquàm non conueniens tẽpori,conſuetudini , & perſonis non debebit fieri, d.c.erit ante lex.iiii. diſt. Et propterea homo ſapiens erit ſapientior tali lege malè poſita, & ei licebit legitimis remedijs & fraudibus eam circumuenire.Bal.per illum teſt. in l.j.in prin.C.de cad.tol.ubi Paul.de Caſt.& Corn.

¶ Quarto facit,quia bene ſcit d.epiſcopus quòd tale edictum non obſeruabitur,quia difficile cohibentur iuueniles calores.l.j.§.filiis.C.de bon.quæ lib. præſertim quando tales nobiles ſunt inflati libidine mulierum , quia miſcent omne fas & nephas.l.ij.col.iiij.uerſic. initium . ff.de orig.iur.ergo plus peccat epiſcopus, quàm tranſgreſſores edicti.c.clericos.de cohab.cler.& mul.cum ſim.ut latè Felyn.in ca.apoſtolicæ.col.ii.de excep.in c.j.de offic.dele.ubi allegat Io. Andr. in c.ſolet. de ſent.excom. quòd ſuperior nũquam debet imponere pœnas his qui uerìſimiliter eas non timebunt.

¶ Non obſt.primò,ꝙ teneatur epiſcopus auferre materiã & occaſionem peccati . Quia reſpondetur, negando choream & laruas eſſe peccatum , ut in contrario etiam fatetur.& propter malos utentes choreis & laruis ad malum finem,non debent boni prohiberi ab honeſta recreatione & accommodata tempori:quia propter piſces malos non rumpimus retia . cap. quiſquis . xxiij.q.j.Etiam quòd ſint plures qui utantur ad malum , quàm ad bonum, quia attenta difficultate relinquendi choream cœptam quę impoſſibilitati æquiparatur . l.nepos Proculo . ff. de uerbor. ſig.etiã iuſti uerìſimiliter ad bonum chorizantes permittent ſe labi ultra horã,præſertim cùm nec cãpana dans ſignum horæ poſſit audiri de facili ob ſtrepitũ choreæ.& ſic eius reſpectu negari nõ poteſt quin tale ædictũ illaqueet ad peccatum eum qui aliàs peccaturus non erat . Sed antequam

tequam dare cauſam uni peccato mortali: epiſcopus debe ret potius permittere damnari omnes creaturas cœleſtes, & terrenas. ſecundum Anſel.in li. de ſimilitudinibus. quē refert Roſarium Buſti.ii.parte.char.lix.col.j.

¶ Secũdo reſpondetur ꝙ ex quo ſolus Deus eſt ſcrutator cordium.xxxij.diſt.c.erubeſcant.non poteſt epiſcopus ſibi uendicare iuriſdictionem de peccato, de quo non conſtat. Et ſi dicatur ꝙ erit ſaltē peccatum poſt prohibitionem epiſcopi.c.nemo epiſcoporum.xi. q.iii.c.ii. de maio. & obed.reſpondetur, ꝙ ex quo tale edictum prohibitoriũ reſpicit futura.ca.fin.de conſtit.oportet ꝙ tempore edicti adſit peccatum.& non ſufficeret poſt argui.c.ſi eo tempore.de reſcrip.lib.vj.l.j.§.ſi filius.ff.de leg.iij. aliàs eſſet facile epiſcopo trahere omnes cauſas criminales laicorum ad forum ſuum.poſſet etiam dici ut Gemin.in alio propoſito in d.cap.ut animarum. col.iij.dum allegando do.Ant. dicit,quòd excommunicatio hoc caſu non ligat ex defectu poteſtati inducendi cauſam edicti ſeu ſententiæ : quia ad eum non ſpectet,nec eius intereſt de delicto commiſſo per laicum. facit Hadrian. Papa noſter in Quodlibetis.q. vj.litera i.cap.j.circa fin.eſt char.j.

¶ Non obſt.ii.& iii.quia deciſio Feder.& Io.de Monfer. loquitur quando prohibetur id quod clare liquet eſſe peccatum:ſecus in caſu noſtro.

¶ Nob obſt.iiij.ſcilicet deciſio Io. And. quæ iudicio meo ualde ſtringit,quia ſi ornatus eſt peccatũ,quia cōmuniter mulieres eunte s ad choreas ſe ornāt, ergo chorea quæ eſt cauſa talis peccati eſt etiā peccatũ Breuiter licet nō inueniā tactum,credo ꝙ ſtatutum de quo ibi non liget perſonas laicas.arg.c.ſi eo tempore. de reſcript.lib.vj.vt ſtatim dicebam in ii.ſolut.ad primum contrarium, quia per hoc tollitur illud,dum dicitur quòd ſaltem eſt peccatum poſt prohibitionem, in quo iacet totum fundamentum Ioan. And.& licet Ioan. de Montefer.conetur tollere, non bene ſatisfacit. Cacialup.fatetur non ualere niſi in delictis eccleſiaſticis,puta nequis intret monaſterium.fateor contrarium mihi difficile.ſed in caſu noſtro fundamenta ſuprà facta pro hac parte cuitant ſufficienter illam deciſ. ad

quam

quam Doct.ſubtiles non aduertunt, ut puta quia ut dicit Alber.ubi ſuprà non eſt de pane quærendo.
¶ Secundò ꝙ deceat, patet, indeces enim eſt quòd tempore Quadrageſimæ quo pœnitentiæ uacare debemus, uacemus choreis & tripudijs xxxiii.q.iiii.c. nõ oportet.el.j. cũ duobus ſeq.ubi prohibetur conuiuia & lætitiæ nuptiales: ergo multo plus choreæ laſciuæ, quæ licet omni tempore ſuſpectæ ſunt, incitationes libidinis multò plus tempore Carniſpriuij & Quadrageſimæ, quia eo tẽpore uitiũ gulæ & luxuriæ plus dominatur: ut Spec. in Rationali diuinorum.in rub.de quinquageſima.& rubr. ſequ. columna ij. non immeritò ergò tunc plus decens eſt talia coercere.
¶ Secundò probatur in c.j.circa fi.de pœnit.diſt.v.ubi qui perfectam uult conſequi gratiã remiſſionis peccatorũ, ad quã potiſſimã, tendimus tẽpore Quadrageſimæ cohibeat ſe à ſpectaculis & ludis.facit glo.in clem.j.de celebr. miſſ. in uer.uigilijs.quæ allegat Senecam in uerbo, cohereas.
¶ Tertiò probatur in c.nullus.de conſecr diſt.v. ubi prohibentur presbyteri corã ſe permittere laruas fieri arguendo ergò de perſona ad tempus: ut pulchre Iaſ.in l.uinum. ff.ſi cert.pet. ergò & tempore Quadrageſimæ dedicato ad diuinum obſequium, & pœnitentiam peccatorum.
¶ Sed his non obſt.contrarium uidetur uerius quòd imò ſi liceret epiſcopo tale edictum facere, non tamen decet.
¶ Primò, quia à tanto tempore citra cuius initij memoria non exiſtit, & ſic habet uim priuilegij.l.hoc iure.§. ductus aquæ.ff.de aqua quotidia.& æſti. ſemper ſolitum eſt illa nocte choreas ducere ad ſaturitatem, ergò nunc uelle inducere talem nouitatẽ eſt nimis moleſtum & quaſi ſcandaloſum. cap.dilecta. de exceſ. prælat.l.ij.ff. de conſtit.princip.
¶ Secundò, quia ſententia excommunicationis quæ hic comminatur, cùm ſit grauior qua utatur eccleſia, non debet ita de facili & pro re leui imponi, ne uileſcat. Panor. in cap.clericos.de cohab.cler.& mulier.
¶ Tertiò quia nõ debemus plus ſapere, quã oporteat, ſed ad ſobrietatẽ.Rom.xij.c.ſ.de renunt.li.x. ſed ſic ꝙ Curia Romana, & Metropolitana, & epiſcopi cõuicini tolerãt ꝙ illa

illa nocte ducantur choreæ ad ſaturitatē. ergò non decet uelle corrigere quæ epiſcopi tolerãt xij. diſt. c.j. & ij. & c. queadmodum. Card. in c. conſuetudo. col. fi. j. diſt. Et ſic nō poteſt dici corruptela: quia licet quo ad eſum carnium Quadrageſima incipiat poſt cœnam, niſi eſſet tolerentia. c. denique iiij. diſt. tamen. quo ad feſta & opera inchoamus ab ortu lucis. c. ſi præfodies. ubi Fely. latè de homic. Card. in d. c. denique. col. viij. per gl. approbatam in ca. ij. de ferijs. quæ etiam uult & oēs approbant in his ſtandum eſſe conſuetudini cuiuſlibet regionis, ſcilicet quando incipiat dies. nam omnis prouincia abundat in ſenſu ſuo. de conſec. diſt. iij. c. rogationes.

¶ Non obſt. contraria, quia unico uerbo tolluntur quod apud nos ſtante dicta conſuetudine nondum eſt Quadrageſima ante lucem diei cinerum quantum ad choreas.

¶ Singulariter tamē reſpondendo ad primum, dico quòd mora modici temporis non eſt attendenda. l. ſi debitori. ff. de iudic. præſertim cùm ea hora non inchoentur choreæ, nec laruæ de nouo à cōmuniter accidentibus, & multa fieri non debent, tamē facta tenent. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alien. iur. & multa retinere licet, ad quæ nō liceret agere. c. intelleximus. de iudi. gl. in §. certe illud. inſtit. de rerum diuiſ. &, Turpius eijcitur, quā nō admittitur hoſpes. gl. fi. in c. literas. de reſtit. ſpol. Alex. lib. vj. conſi. ccxiij. domini. nu. 9. & etiā quod fiant ad peccatum, non eſt tantum peccatum continuare choream, ſicut inchoare de nouo. ut de Petro negante ter CHRISTVM. Et plura conceduntur in conſequentiam, quæ non concederentur principaliter. l. quotiens. C. de iudic. & facilius aliquid à principio impeditur, quàm poſt factū tollatur. per regulam. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alien. iur. ideò principijs obſta. & facilius quid in eſſe conſeruatur, quàm de nouo fiat. l. ſi pluribus. uer. quod ſi una. ff. de uerbor. oblgat. & facilius inducitur extenſio, quàm creatio. l. ſed & ſi manente. ff. de precario. conſtit. de foro competen. colum. xxviij. & facilius tollere ius quærendum quàm quæſitum. Decius conſi. cxiij. col. ij. quantum ad lætitias nuptiales bene uidemus eas prohiberi alio tempore: &

re: & tamen non prohibentur choreæ, ut in locis allegatis in contrario.

¶ Non obſt.ii.quia ibi ſunt uerba conſilij,patet, quia circa medium illius capituli prohibentur etiam mercatura, militia, & adminiſtratio ſecularis poteſtatis: quia talia videantur cum aliquo malo adminiſtrari, & tamen uidemus quòd publicè non ſeruamus hæc tempore Quadrageſimæ: prout nec illud quòd non reddatur ius cap.placita.xv.q.iij.Card.in c.denique.iiii.diſt. col.iiii. & hæc corroborant id quod in tertio fundamento adducebam,quia circa obſeruationem Quadrageſimæ conſuetudo multùm attenditur.

¶ Non obſt.iii.quia fateor in laruis in habitu dæmonum, uel religioſorum,uel mulierum.Doct.in c. cùm decorem. de uita & hone.cle.

¶ Tertiò quòd expediat tale edictum facere, probatur, quia epiſcopo incumbit malos mores corrigere, ne ſanguis ouium de manibus ſuis requiratur. c.irrefragabili. de off.ord.Imò & ſi tales corruptos mores ignoraret, per hoc non eſſet excuſatus.c.quamuis. de reg.iur. & tacendo uidetur oues occidere.cap.Epheſijs.xliij.diſt.prout negligendo, delicto conſentire.cap.negligere. ubi glo.ii.q. vij. nam error cui non reſiſtitur, approbatur.c. error.lxxxiij. diſt. melius erit ergò cum ſeueritate diligere, quàm cum lenitate occidere. xxiii. q.iiii.cap. nimium. & per totam illam q. & ſi remaneant indurati, duret & ipſe, quia nil tam durum quod duriori non cedat. ſecundum S. Bernar. quem refert Luc.de Penna in l.nemo miles. col.ii.C.de re milit.lib.xii. Et ſi non profit, erit excuſatus quòd fecerit quantum in ſe eſt.gl.in c.ſcimus.xliij.diſt.Et ſi ſic non faceret,poſſet ſe Metropolitanus intromittere. cap.principalem.ix. q.iij. Nec poteſt culpari etiam ſi malus exitus inde proueniat cap.de occidendis.xxiij.q.v.l. ſed an ultrò. §.j. ff.de neg, geſt. quia ad hoc fiunt leges & edicta, ut earum metu humana coerceatur audacia. cap.facti.iiii. diſt. quia mala uoluntas ſuæ non eſt dimittenda libertati. xxiii.q.iiii.diſplicet.ubi plura exempla poſtea ſubijcit, quòd tanto maiore utitur eccleſia poteſtate, vt non ſolùm inuitet,

tet,ſed etiam cogat ad bonum.

¶ Secundò probatur quòd ſit expediens,quia experientia docet,quod poſt tale edictum plures abſtinuerunt, & ſic minora mala facta fuerunt,& conſecuti ſunt meritum obedientiæ.cap.quid ergo.xi.q.iij.& ſic excuſatio contraria eſt eorum qui contra ſuas impietates leges iuſtas inſtitui uolunt. cap.ſi eccleſia.xxiij.q.iiij.

¶ Sed his non obſt.videtur contrarium,uidelicet quòd etiam ſi liceret,& deceret tale edictum, tamen non expedit.Primò,quia eſt ualde difficile,& quaſi impoſſibile, ut dixi in fol.j.cõtrarij.j.partis.ergò impoſſibilium nulla eſt obligatio.l.impoſſibilium.ff.de reg. iur. & edictum debet eſſe poſſibile.d.cap.factæ.iiij.diſt. & ſic laici potius irridebunt tale edictum,quàm obſeruabũt:uita hominis mutatur cum difficultate.§.ſancimus.in authen. de monach. Hieremiæ xij.ante fin.& ideò debet epiſcopus præcauere ut pulchrè Paul.de Caſt.lib.j.conſi.cccciii.incip.illa.

¶ Secundò,quia potius expedit etiam ſi chorea delictum eſſet & peccatum ſub diſſimulatione tranſire, quàm edictum contemptibile condere.c. deniq;. iiii. diſt. cum ſim. ut Fortun. de fine iuris.col xxi.ubi ille text. optime quadrat in propoſito: quia ibi toleratur illa conſuetudo comedendi carnes uſq; ad mediam noctem, quia euelli non poterat nam qui nimis emungit,elicit ſanguinem.& boni paſtoris eſt tondere, non deglutire.gl.in clem. j.de cenſi.in uerſi.conſumit.pulchrè Bald. in c.mandatum. col. ii. de reſcrip.& multa permittuntur, ne deterius contingat. Alex.lib.ii.conſi.i.col.iii.uerſ. & dicit beatus Thomas. & de proſtibulo not.in c. inter opera. de ſponſal. Felyn. in c. omnes leges.i.diſt.col.iiii.ubi inter cætera dicit, ꝙ quando mali non poſſunt coerceri ſine ſcandalo,debent ſic dimitti.facit Hoſt.in ſumma de decimis.§.&utrum præſcribi.uerſi.vii.ad fi.nã propter peccatum inobedientiæ fiunt deteriores: quia unum peccatum ſuo pondere ad aliud trahit.Bal.in l.Barbarius.col.ii.in ii. lect. ff. de off. præto. etenim Abyſſus abyſſum inuocat.pſalm.xli.

¶ Tertiò uia paradiſi eſt ualde arcta. Matth.xii.quia,Iuſtus uix ſaluabitur.i.Pet.iiii.Lact.lib.vi.c.iiii.Bald. in cap.

paſtoralis.col.iij.de reſcript. ergò non eſt amplius angu-ſtanda.arg.c.bene quidem. xcvj. ubi adiectione non eget plenitudo imò nec via probationum. facit illud Matthæi xxiij.Væ uobis ſcribæ & phariſæi, qui clauditis regnum cœlorum ante homines. & Act. xv. Quid tentaris Deum imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum,quod neq; nos neq; patres noſtri portare potuimus?& per totum c. refert Ioa.Gerſon.j.parte, in tract.contra ſectam flagellātium circa princ. facit Buſtus in defenſorio montis. char. xlij.col.iij.eſt uerſ.xlij. maximè his temporibus, quibus ætas eſt fragilior.c.fraternitatis.xxxiiij.diſt.hinc communio quæ fiebat omni hebdomada,reducta eſt ad ſemel in anno : & ſic potius eſſet relaxanda & amplianda.c. quotidie.c. & ſi non frequentius.de conſecr. diſt. ij. c. omnis vtriuſque ſexus.de pœnit. & remiſ. hinc Petrus qui peccauit potius electus eſt Papa,quàm Ioannes,ut exemplo ſui ſciret melius compati infirmitatibus noſtris.50.diſtin.ca. quia ſanctitas. & ſic debet uti prudentia,ut ſibi cōueniat illud Luc.xij.Fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam: bene agnoſcendo & conſiderādo uultum peccatorum ſuorum.Prouerb.xxx.Ioa. x. Non erit ergo prudens laqueare & perdere oues, quas ſibi Deus dedit.Ioan.xvij. ne dicatur illud Matthæi. xxij. Imponunt enim onera grauia & importabilia humeris hominum.& illud Hieremiæ.xxiij.Væ paſtoribus qui diſpergunt & lacerant gregem paſcuæ meæ. & Eſay. x. Væ qui conditis leges iniquas. refert Hadrianus Papa noſter in Quolibetis.q.vj.col.iiij.& char.xxij. eſt q. ij. Præſertim quia ſit cum appoſitione pœnæ pecuniariæ. nam licet poſſit quando conuertitur in aliquem pium uſum. Cacialup. in l. j. C. de ſumma trinit. col. xxviij. de quo tamen caue propter Hadrianum Papam noſtrum in quodlibetis. q. vj. col.x.nihilominus cauere dicit: quia ſcandalizantur laici dicentes illud Ezechielis. xxxiiij. Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos,& greges meos non paſcebant. & paulò infrà:ſed cū auſteritate imperabatis eis, & cum potentia. & diſperſæ ſunt oues meæ. tranſſumptiue.xlvj. diſt.cap. hoc habet. Et quod dicit Archidiaconus, quem

refert

refert Felyn. in c. irrefragabili. §. cæterum. col. ij. de offic. ord. uidelicet quòd fingunt tendere ad correctionem morum apponendo has pœnas, & gerunt curam marſupij: debet enim lex condi ad cõmodum publicum, non ad commodum condentis. Iſern. in prologo feudorum. vj. q. in fi. in §. j. de pace iuram. firm.

¶ † Et ſic patet ſolut. ad primum contrarium, ut illud procedat quantum ad correctionem, quæ non arctet ad peccatum mortale: ut facit pœna excommunicationis ſecundum Cacialup. in d. l. j. C. de ſum. Tri. col. xj. licet Roſariũ Buſti intelligat hoc ſolùm procedere quando ita eſt de voluntate præcipientis. in ij. parte, ſerm. xxxvij. litera i. eſt char. ccclxxj. col. iij. vera enim iuſtitia compaſſionem habet falſa verò dedignationem. c. uera. xlv. diſt Fortun. de fine iuris. col. xlviij. & quia corrigendo ſe malus nolit obedire: uidetur quòd epiſcopus non debeat omittere correctionem. Archid. in c. ſi peccauerit. ij. q. j. col. iij. ubi Card. cum ſequitur ad literam. Reſpondetur hoc procedere ubi conſtat de peccato. ſed hic non conſtat, ut ſuprà. ſecundò reſpondeo, quòd illud procederet quando plures longè ſaluarentur, & pauci damnarentur. Hadrianus Papa noſter. q. iij. quodlibetica. eſt char. xxviij. col. ij. Præterea ſecundum eundem Archi. in d. c. deniq; iiij. diſt. col. j. & ibi. Card. Quis non debet corrigi, ſed conſcientiæ ſuæ relinqui in tribus caſibus, qui omnes concernunt dubium noſtrum. Primò, quando illud quod fit poteſt ſine peccato, uel indifferenter facere. Secundo, quando multitudo eſt in cauſa, & ſic timetur ſcandalum. Tertiò, quando perſona non poteſt iudicari, uel crimen eſt occultum: ſunt ergò potius iſti chorizantes eorum conſcientiæ relinquendi, quàm illaqueandi. c. quotidie. de conſec. diſt. ij. hinc dixit Angelica in uerſic. confeſſio. iiij. §. iij. quòd confeſſor non debet eſſe facilis ad determinãdum, an ſit peccatũ mortale, nec temerè quis debet flagitia reprehendere. text Aug. aureus in c. quiſquis. xlj. diſt. & quod uult Hadr. Papa noſter in quodlibetis. q. vj. eſt chart. liiij. col. iij. litera d. ubi dicit, ꝙ contraueniens canoni ſi non facit ex contemptu, peccat ſolùm uenialiter. præſertim cùm apud laicos ſcan-

 dalizetur

dalizetur epiſcopus de murmurationibus prædictis. Fely. in cap.nihil cum ſcandalo. de præſcript.Item quia ei non obedient,ut ſuprà,quia non præcipit rationabilia. c. ille proculdubio.lxxxiii.diſtin.cùm plures ſint malis quàm boni Matth.xx. Præſertim cùm epiſcopus in criminibus reſeruatis epiſcopis hunc ſibi reſeruauerit: & ſic fortius ſcandalizabunt, dicentes quòd faciat ambitu ſuperioritatis iuriſdictionis ut omnes teneantur ad eum accedere, ut dicebat Cyn.quem reprobat Pau.de Caſt.in l.quotiés. col.ii.C.de iudiciis.

¶ Non obſtat quòd expediat:quia plures ob hoc edictum abſtinuerunt.Quia reſpondetur quòd forte abſtinuit aliquis qui omnino & iuiſſet dormitum : præterea non placet Deos ſeruos accuſare ut meliores fiant. c.ſi omnia. vi. q.i.Et maior cura debet adhiberi ne unus delinquat, quã quod omnes homines mundi fiant meliores. Hinc Scipio Aphricanus malebat unum ciuem ſeruare, quàm mille hoſtes perdere. Iodocus de nobilitate.c.xiiii. & ii. ad Thimot.ii.Omnia ſuſtineo propter electos. Cardin. Caietanus de diuina inſtitutione Pontificatus.c.xi.char. ii. præſertim illi qui ſolent peccare, quia propter eos Chriſtus venit.Matth.xv. Imò totum gregem reliquit propter unicam ouem quæ perierat.Lucæ xv. quia ſanctitas. 5o. diſt. & ſi aliter faciat, dum eradicat zizaniam pariter & triticum.contra illud Matth. xiii. & vi.q.in c.nolite facit Hadria.Papa noſter in quodlibetis q.xii.col.i.& ii.non enim debet iniici laqueus fragilibus ad peccandum,ut inducantur alii ad merendum. Melius eſt enim neutrum iuuare, quàm grauare alterum.c.deniq;.xiiii.q.v.xxxvii.q.i. de uiduis.Hadr.Papa noſter in Quodlib. chart.xlv. eſt in q.v.& q.viii.col.vii.& q.x.col.ii. dicit, ꝙ nõ licet pro quocunque bono inducere proximum ad peccandum.Ad Rom.iii.

75 ¶ † Notandum tamen eſt quod tradit Felyn.in c.quoniam contra falſam.vi.col.ulti.not.poſt Aret. magiſtrum ſuum & alios de probat. ubi ſi conuenitur conſtitutioni, quòd non fuit facta propter ſe, ſed ratione alicuius mali euitandi non illaqueant tranſgreſſores ad pœnam, ſi finis ad quem principaliter tendit conſtitutio nõ uiolatur: & hoc

etiam

etiam procedit reſpectu peccati mortalis dũmodo conſtitutio non contemnatur dicens not. ad multa. Et ita cõcludo melius eſſe ꝙ abſtineatur à conficiendo tale edictum. Laus Deo. Ad rem nunc redeundo ſcilicet laruatos uiſitantes dominas. Fuit profectò bonus uir, intelligendo prout Card. in c. ex literis. de conſuet. dicens quòd † ſi alicui dico, Tu es bonus uir: poſſum conueniri actione iniuriarum: quaſi dixerim quòd uxor ſua ſit adultera. refert Pet. de Rau. in ſuo alphabeto, in materia conſuetudinis. col. xxxiiii. Prout & ſunt alii plures qui ſemper capiunt in meliorem partē, ſi aliquid uideant uel tangant. nam tactus quandoq; fallax. Dodus contra ſtrigas. char. xxvi. Et ſi uident aliquē uxorem ſuam in occulto amplexantē: præſumunt ꝙ det benedictionē. Et ſi uident ꝙ deoſculetur, præſumunt ꝙ faciat zelo charitatis. Alex. iiii. uol. cõſ. cxxvii. uiſa inquiſitionē. iii. col. uer. & propterea. ſed à tali charitate libera nos. Dñe, quãdo ſic ſecrete loquuntur: ex quo non præſumuntur dicere Pater noſter. Ang. in Malefic. gl. C'hai adulterato. col. iii. Frãc. Brunus in trac. de indiciis, & tortura. col. xvi. Peruſ. in c. ut officium. col. i. de hæret. lib. vi. Pic. in repet. §. Titia. q. lxiiii. in fi. facit Panor. in c. ſicut primo. de ſimon. Ang. in d. tract. in uerſi. fama publica. col. v. Fely. in c. præterea. de teſtib. ubi ponit modum probandi adulterium. Galiaura in repet. l. centurio. col. xlviii. num. ccxvi. ff. de uulg. & pupil. & Ant. de Prato in tract. de ſecund. nupt. char. vi. col. iii. qui dicit, plura tamen eſſe cõſideranda circa præmiſſa in poſtil. Ang. in l. marito. §. ſi publico. ff. de adul. ſed ſi fugias tactus, uix euitabitur actus. Hoſt. in Summa de eo qui cog. conſang. uxor. ſuæ. j. Ioan. Pyrrhus in l. nõ debet. ff. de reg. iur. gl. i. in l. quod ait lex. ff. de adult. ponit illum uerſum. Viſus & eloquium tactus poſt oſcula factum. ad quam Decius in rubr. de iudic. col. ii. allegat Bald. ſingulariter dicere, quòd ita priuatur dote mulier propter oſculum, ſicut per adulterium. pro quo Curtius in feudis. iiii. parte. in iiij. cauſa. eſt chart. xxxiiii. vide Hippol. in l. patre uel marito. col. i. ff. de quæſt. Rom. conſi. ccccli. & dicit Ange. in l ii. col. fin. ff. de priuat. deli. † quòd ſicut percuſſio eſt præparatorium homicidii: ita 77

76 *Bonus vir, id eſt cornutus.*

Oſculans zelo charitatis.

colloquium & amplexus ad libidinem. latè Ioan.Lupus in rubr.de donat.inter uirum & uxor. char.xlviij.col.j.dicens, quòd per oſculum ſolùm uel tactum mamillarum laceratur matrimonium. & dicit Iſer.in cap.j.§.turpiter luſerit.quib.mod.feud.amit.poſt Tullium, quòd † oſculū
78 eſt pars adulterii.& quòd Publius Mæuius filiæ mandauit ut non tantū uirginitatem illibatam marito: ſed etiā oſcula ad uirum ſyncera præferret. facit Aegidius de regim.princip.lib.ij.par.j.ca.ix. Et propterea perditur dos. Franc. Ripa in rubr.de iudic.col.iij. Afflictus conſtitutione, quæſtionibus.col.v. Bauerius in §.eſt auté. col.j. & ij. inſtit.de hæred.inſtitu.tu uide Io.de Vilemati in repet.l. diuus.ff.de ſicar.num.13 1.Philippum Decium in rub. C. de eden.col.j.& ex incontinentia mulieris infamatur maritus & proles. Hoſtien. in Summa de filiis presbyter.§. quæ eſt cauſa prohibitionis.ſed Ioan. Barberii in ſuo Viatorio iuris.in j.parte.in rubr. de adult. & ſtupro. iij.char. dicit.nos tamen Gallici qui fidem habemus de honeſtate mulierum noſtrarum,arbitramur ſemper in bonam partem:& quod omnia talia bonæ & honeſtæ amicitiæ cauſa contingant.pro quo uerſus Ouid. relati in gloſſ.penul. L.iiij.incip. ſi conuenerit. ff.de pact.dot. Quæ quandoque miſiſſe putet,quia parua uideri, Tu tamen hoc quæſo con ſule miſſa boni.& Io.Barberij ibi, pro quo Guilel. epiſcopus Parienſis, quem refert Hoſtien. in Summa de præſumpt.§.penult.col.ij.dicens,quòd pro uno bono inueniuntur decem mali,potius debemus præſumere malum, quàm bonum, maximè in adoleſcente,ut ibi,col.ſequen. dum refert Salomonem penitus ignorare uiā adoleſcentis.in princ.illius rubr. excandeſcit contra iudices qui nō faciunt iuſtitiam de adulteris,dicens, quòd ſunt cauſa magnæ diſcordiæ. Eſt uerum quòd dictum Alexand. fortè procederet in affinibus, ſed in contrarium uidetur tex.in cap.illud.de præſumpt. cum aliјs adductis per Spec.in tit. de denuntiatione.§.j.uerſ.ſed qualiter. dum allegat capit. cùm in iuuentute.de præſumpt. Roch.in cap.cùm non ab homine. de iudicis. char.viij. parua. ubi Decius colum.v. & in conſilio.cix.col.penul.dicit,quòd tunc eſſent inſpiciendæ

ciendæ aliæ coniecturæ. Eſt bene uerum quòd iſti amatores dum putant eſſe in his iocis plerunque ſunt: ut Tantalus in aquis, de quo in vj. Aeneid. qui habebat aquas uſque ad dentes, & tamen non poterat bibere. Præpoſ. in ca. rurſus. qui cleric. uel uouen. colum. v. & vij. facit text. in l. hi qui. C. de apoſtat. Quicquid ſit, à iuuene & cupido credatur reddita uirgo. gloſſ. in l. ſi uerò non remunerandi. §. ſi uerò. ff. mand. Præpoſit. in capit. commiſſum. col. ij. de ſponſal. etiam ſi promiſiſſet de non ab ea requirendo, niſi à zona ſuprà: quoniam poſtea ei zonam poneret ſub calcaneis, ne fidem frangeret. Fulg. in l. j. §. ſed quod meretrici. col. j. ff. de condict. ob turp. cauſ. uidi aliàs dubitari utrum uxor debeat ſtatim notificare marito eum qui ipſam de amore rogauit, an melius ſit tacere. fateor me cognouiſſe mulieres quæ & amatorem & literas eius marito oſtendebat, fingentes ſe denegaſſe & eum habere pro inimico, ad finem ne maritus ſuſpicaretur ſeu ad auferendam zelotypiam, & tamen cum eo libidinem explebant. Et quia plura hincinde allegabantur, tunc ideo cogita. † Et hanc curam uxoris aliquantum diligentiorem 79 habere debent tria genera perſonarum. Primum eſt illorum qui ſe coinquinarunt cum alienis mulieribus, ſciente propria uxore: quoniam ea ſemper ſtudebit pares reddere uices, ut ſuprà uiſum eſt. Secundum genus illorum eſt qui habent uxores ſteriles: nam cùm uxor cupiat mater fieri l. ij. C. de indic. uid. toll. credunt hoc procedere culpa uiri. Et ex mutatione maſculi ſe poſſe concipere ſobolem. Tertium genus eſt illorum qui ſunt ſpōſi, dum durat illud tempus ſponſalitiorum. Et communiter ſolent ſponſæ prima nocte qua dormiunt cum marito eum olfacere: & ſi oleat odorem ſimplicitatis, ſeu uerius beſtialitatis, eum ſemper in poſterum pro tali tractant, & derident. præterea cum tempore ſponſaliorum durante puellæ incipiant ingredi libertatem, quilibetque illis adulet ur, proprijq́; parentes eas tolerent, eo prætextu quòd aſſerat eas nunquam habuiſſe, nec habituras aliud bonum tempus præter illud ſitq́; facilè eas alloqui. Et ſint ſimplices & inexpertæ de leui credentes: nam ut Philoſophus

Qui debeant diligentiorem curam habere de uxoribus.

Sterilis.

Sponſi.

Rhetor. quē refert Aegidius lib.ij.par.ij.cal.xiiij.iuuenes ſunt amici amatores ſodalium magis quàm aliarum ætatum,quia gaudēt in conuſuendo,& illa ætas maxime delectabilia proſequitur. euenit illud Ouidij in j.de Arte,

Mens erat apta capi,tunc cùm lætiſſima rerum,
Vt ſeges in pingui luxuriabit humo.
Pectora dum gaudent,nec ſunt aſtricta dolore,
Ipſa patent,blanda tum ſubit arte Venus.

In primo anno. *Cornua, crux, uel ignis.*

Vnde inoleuit prouerbiū,ꝙ uxorato in primo anno coniugij alterum de tribus ſolet obuenire. Incendium, uel cornua,uel crux,dicunt incendiū,quia in tot lucubrationibus otioſis, & ad uoluptatem quæ in illo tempore eueniunt,& dominus & ſerui non utuntur prouidentia neceſſaria ſeu conſueta.imò ſomno & crapula debacchati, non aduertunt ad lumen,nec ad ignem, unde plerunq; cauſatur incendium.Dicunt cornua,per ea quæ ſtatim dicebā. Dicunt crucem, quia mariti pro illo primo anno amore nouæ coniugis accenſi,adeo frequentant coitum ꝙ ad ægritudinem,& quandoque mortem deueniunt. propterea dicebat quidam,potius cornua,quam crucē,hoc eſt mor-
80 tem, quia crux deferatur in aſſociando cadauera. † Caueant tamen iſti cuſtodientes uxores ne ipſæde hoc aduertant, quoniam minus malum eſſet earum impudicitiam diſſimulare:ut dicit Anteros Freg chart. xiiij. ne iuſtitia ſuper eos redundet in eorum ignominiam.ubi allegat illud Piſiſtrati, Si nocemus diligentibus res noſtras, quid faciemus eas odiētibus? de quo etiam Dantes in purgatorio,cantici.ij.c.xv.Nauis Stultifera char.xlix. de apertè inſidias tendentibus.& lix.de ſecretis tacendis.& Eccleſiaſt.xxxij.in multis eſto quaſi neſcius,nam qui diſſimulat iniuriam,calidiſſimus eſt.glo.magna in fin.in l.j.§.dolum. ff.de dolo. & noli ſapere plus quam oporteat. ſed ad ſobrietatem. Apoſt.quem refert Lācel.in l.Gallus.§. ſi eius. ff.de libe.& poſth.Lud. Arioſtus in Orlando Furioſo cantu xxxix.char.j.& ij.Et Eraſ.in Moria char. x. quod multo felicius eſt ſic errare,quam zelotopiæ diligentia ſe conficere,& omnem domum miſcere tragœdijs. facit l. doli mali.in fin.ff.de nouat.& dicunt,qui in ſordibus eſt, ſorde-

Cuſtodiēs uxorē cauta.

ſcat

ſcat adhuc. Apocalip. xxij. Hadria. Papa noſter in Quodlibetis char.xix.col.j.& char.xlix.col.iiij.litera b.nec peccat qui uitare non poteſt,ut ibi iij. q.col.j.& allegatur, Sapientes portant cornua in pectore, & fatui in fronte. Et docet Bernardus maritum,ut de talibus non reprehendit uxorē, ne deterior efficiatur. refert & ſequitur Felyn. in c.ij.col.iiij.de calum.uerſ.fallit quintò.Nā quando mulieres cognoſcunt maritum de hoc aduertere, uel licentius peccant.ut Ouidius ij. de Arte. Hoc tibi profecit Vulcane, quod ante tegebant Liberis faciunt, & pudor omnis abeſt. Card. Alexand. poſt Archid. in c.ſi peccauerit ii. q.j. col.xij.uerſi.ſi ergo ſperatur. facit Felyn. in c. ſcribebam. col.j.de præſumpt. imò infamatæ & deſperatæ deteriora committunt.Bald.in l.j.C.de enuchis. uel de nece mariti cogitant. & in eum conſpirant,ut de pluribus recitat Anteros Fregoſ.chart.xxvj.& ſeq. facit Auſonius lib. iij. dicens.Toxica zelotypo dedit uxor mœcha marito &c. Eſt ergò melius uxorē benè tractare, ut medicus in infirmitate,quam uidet non poſſe curari ſine magno periculo perſonæ.quia tūc procurat ſuſtētare naturā ne ęgritudo procedat ulterius,ex quo cōtingit ꝙ natura ſemetipſam adiuuat.Bar.in tract.de tyranno.q.x.facit,quia ſi uitium uxoris corrigi non poteſt,ferendum eſt.Gell.lib.j.c.xvij.Xantippe.Alter dicebat quòd timor pęna coercet à malo.Papa Hadria.noſter in Quodlibetis q.iiij.col.ij.Hoſtien. in ſumma de clerico percuſſore.§.in quo caſu.ad finem.

¶ † Septimo ꝙ impudicitia mulierum ſit uiris aſcribenda 8 r probatur,quoniam aliqui mariti ſcientes illud Ouidianum. in iij. de Arte, quòd ex muliere Mille licet ſumant deperit inde nihil, non curant de uxoribus, nec uolunt eis ſubuenire pro uictu & ueſtitu. unde paupertas cogit illas meretricari. Et maleſuada fames. vj. Aeneidos. Et etiam aliquæ timentes ſenectam,Fac tibi ſuccurrāt iuuenis, quæ faceris ipſe.unde dicuntur aliqualiter excuſari, ſi exercent peculium ſuum.l.palam.ff.de rit.nupt.Aeneas Syluius epiſt. xcix. inter alia, neceſſitas itaque legem non habet.gloſ.in l.j.ff.de offic. conſul. in uerb. expedire. dicam infrà,eſt enim egeſtas neceſſarium malum ... uiro

Licet mil le ſumant nihil deſi cit.

eſurienti neceſſe eſt furari. Vlrich. Huten. in dialogo, Au-
la. pag. xxij. & ſeq. item illa ruſtica dicebat quod paupe-
res nullum aliud paſſatempus habent quam copulam.

¶ Octaua probatur, quia aliqui ſunt mariti qui libenter
comedunt panẽ unctũ. Et indigentes quærunt pecuniã ab
uxore. quã ſi non præſtet, uerbera minantur. unde habeas
quæri t nemo: ſed tãtum oportet habere. Et quid non ſal-
uis infamia nummis; ut inquit Iuuenalis gl. in regula Cã-
celar. l. ad fi. Guilielmus Mara epiſtol. xxix. quid ſcribam.
Et nõ ſolùm tranſeũt ſub diſſimulatione, imò ipſimet per
ſuadent. quòd adulterium cum principe, uel cum præſu-
le, nec eſt pudor, neque peccatum. contra Barbat. in clem.
82 ne Romani. §. cæterum. de elect. Dicentes, † quòd licet ho
neſtatem in modico uiolare propter magnum commo-
dum, fauorum, uel diuitiarum, quas inde conſequuntur.
Lancel. in l. j. co. iiij. ff. ſol. mat. Et ita intelligunt illud Ge-
neſ. cap. xij. circa fi. & Anterota Fregoſ char. xv. & char.
xl. & ſeq. Et ſic more agricolarum magis concupiſcunt lu-
crum, quàm honorem. quia eis delectabilius eſt labora-
re, quàm principari. ſecundum Philoſophum in vj. Poli-
tic. quod tamen fiendum non eſſet. l. miles. §. ſocer. ff. de
adult, l. Iulianus. ff. ſi quis omiſ. can. teſta. Barb lib. j. conſ.
xxix. illud col. xj. Cardin. in cap. detractores iij. q. v. & Za-
barel. conſi. liiij. illud col. xiiij. Iaſ. in l. reprehendenda. iij.
not. C. de inſtit. & ſubſtit. cum ſimilibus, ut dixi ſuprà in
iſto, & ſic ſeptimo contrario, in j. conuenienti. dicuntque
illud Eraſ. parte j. Prouerb dcccxix. lucrum pudori præ-
ſtat, & poſtquam mortalia nunquam cenſore carent, me-
lius eſt ſic errare, quia non eſt ſaxum in caput redundans.
ideò facile negligendum, quia tantum noxæ affert, quan-
tum ſentitur. quid lædit ſi totus populus ſibilet, modo tu
te tibi plaudas: & cur uocandi miſeri, quando ſic nati ſu-
mus, ſic inſtituti, ſic conditi, eaque omnium ſit marito-
rum ſors, nihil autẽ miſerum quod in ſuo genere conſtat?
ſunt uerba Eraſ. in Moria chart. xiiij. & xviij. nec debeat
ita eſſe horrendum quod quotidie fit. l. iiij. ff. de ſponſa. in
fi. Et iſta tandiu timebantur quamdiu rara erant, nunc
autem multitudo tollit pudorem, ſecundum Senec. in tra-
ctatu

Licet honeſtatẽ uiolare p. utilitate.

Magis cupiũt lucrũ quã honorem.

ſtatu de benefic. lib.iij.char.ij.c.j.plures. quia multitudo peccantiū conſuetudinē facit: præſertim in tua ciuitate. unde Terrā quam pergis cape mores quos ibi cernis.glo. in l.iij.in princ.de munc.& honor. Et cum fueris Romæ, Romano uiuito more.Roch.de conſuet.charta xxxv.in fi. col.iij. Et quòd adulterium eſt de minoribus. c.ſi clerici.§.fi.de iudicijs. Ioan.Fab. inſtit.de pub.iud. §.item lex Iulia.de adulteris. præſertim quando iam mulier prægnans eſt,cui alius fœtus ſuperaddi nequit.ut in Macrob. xj.Satur.circa fi.de illa quæ uulgò ſe proſtituebat, & patri & filio ſimiles procreabat. Facit Baptiſta Pius in annotationib.uarijs.char.v.cap.incip.Auguſtinus.dum agit de uerbo,ſuperfœtare. Sed non aduertunt quòd non minus ardebunt qui cum multis ardebunt.c. multi.in fi.ſecunda quæſtione ij. Gellius. libr.x. capitulo.xix. inceſſebat Lucas de Penna.in l.fine.col.iij. C. de exact & execut. libr.xij.imò quando talia cùm principibus fiunt,citius populo innoteſcunt,cum per plurium manus tranſeant. ut Cancellarius Pariſienſis Ioannes Gerſon. iiij. par. in ſer. ad regem Franciæ. col. xxv. de delectatione uoluptuoſa. ubi inter cætera adducit illud de Mida, Auriculas aſini quis non habet? facit Steph. Canuti in regim.caſtitatis. char.xiij.in rubr. quare in proceribus & magnatibus tanta lues actus Venerei exiſtit. ubi & col. anteced. inuehit contra reges.Hinc Romæ magiſter Paſquill. in Gallia farce,ſeu comediæ. hæc enim inuenta ſunt ad corrigēdos errores principum. ut in epiſt. ante comœdias Plauti. Et Iſocra.in oratione de bello fugiendo. incip. omnes quidē, chart.iij. in toto opere. eſt col.xvj. & charta.ulti.ſubijcit, propterea quòd regibus peccādi licentia eſt minor quàm in quibuſdam priuatis.nam, Omne animi uitium tanto conſpectius in ſe Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.xv.q.j.cap. nulli fas.latè Felyn.in c.cùm quidam.col.j. & duabus ſequentib.de iureiur. Corradus in tractatu de ſchiſmate. cap. iij. col.j. dixi inter feudalia Bruni,conſilio.xij.col.xij. Hadrianns papa noſter quodlibet. ij.eſt chart.xxij.columna j. & quodlibet iiij. eſt charta xxxviij col.ij.& Sapient.vj. potentes potenter tormenta

menta patientur.refert Hadrianus in quodlibetis. q.vij.in prima ſine argu.col.iij. & aliquando prædicatores publicè in facië principis,ut Claud.in Monarchia Franciæ. lib. j.c.ix.& Card.Papa in epiſtolis, char. cclxxij.epiſt. incip. patet.char.ij.dicit, quòd delictum principis omnibus patet,& propterea fugere debent mariti talem infamiam lenocinij propriæ uxoris.nam licet, ut dicit Ioan. in d.l. re-
83 prehendenda . in ij. notab.† quòd debeat plus puniri qui deliquit,quam qui præcepit delictum: uterque tamë puniri debet,& allegat illud uulgi,Tantum peccat qui præcipit,quantum qui facit.Caueant ergo tanquam ab igne etiã ſi ſibi daretur magna res, ut colligitur ex dictis Cicer. poſt medium.iij.Offi.dum damnat illud Etheoclis: Si uiolandum eſt ius,regnandi gratia uiolandum eſt, alijs in rebus pietatem colas.de quo in annot.uarijs.charta.ccj.Baptiſt.Pius in poſterioribus . cap.xxviij. & Iac.Bon.in prælectione ad Bqet. col.ij. & tanquam exitiale prouerbium damnat Papa Pius contra Sigiſmundum epiſt.vj. char. vj. & Card. Papien.epiſt dclij.incip. O Mantuane. chart.iiii. dicens,illuc prouenisſe ex Phœniſſis, & eſſe turpe gentibus, Chriſtianis infame, Dei uerò ſacerdotibus ſceleratum. Et facientes ſeu patientes talem iacturam honoris propter lucrum meritò dici poſſunt homines nomine, nõ re.Panor.in c.prudentiam.j.not. de offi. deleg. nec aduer-
84 tunt † quòd nil miſerius, quàm propter nummos Deum contënere.c.duo ſunt.xij.q.ij.& ꝙ honor non poteſt pretio nummario æſtimari.Bald.in c.j.de uita & honeſt. cleric.& eſt maius bonum epiſtola.quamuis ante repet. Maraſcoti de conſtit. lib.vj. Et contra tales facit quod in ſimili inuehit Cyn.contra Alberic.in l.iij.C.ſolut. matrim. quòd propter commodum proprium à directo tramite obliquatur, chariorem bono & æquo pecuniam exiſtimantes facit Nauis Stultifera chart.xliij. de lenocinij fatuitate Aeneas Syluius ad Socyn. quem refert Bon. in tractatu de nobilitate ij.parte . col.fin. Itali tamen ſolent honorem præferre commodo,ut inquit Paulus de Citadinis in tract.de iure patr. in vj.parte, in j.q. eſt chart. xvij. Cepol.de imper. mil.delig.char.xj.col.j. dum loquitur de authori-

authoritate.& Bon.in tract. de nobilitate ij. parte col.pe. & meritò, ut uiſum eſt in illo Bon.de quo ponunt Moderni appoſtillantes. Bar.in l. quòd ſenatuſconſul.ff. de liber. agn.poſt Bal.lib.iij.conſi.lix.uerba.qui Pontifici aſſerenti ſe eius patrem, & propterea ei uelle dare multas diuitias,reſpondit:Non placeat Deo quia mater mea fuit bona domina,non meretrix.uiderat fortè gloſ.in l.archiatri. C.de profeſ. & med.lib.x. quæ dicit, quòd melius eſt ſeruire pauperi honeſtè, quàm diuiti turpiter. & Gell.li. xiij. cap.iiij.incip.in pleriſque. ubi refert matrem Alexandri cum eo cõdoluiſſe,quòd ſe filium Iouis nuncuparet,quaſi ipſa fuiſſet eius pellex, & Petrarch.recuſauit Cardinalatum,quē cum lenocinio ſororis poterat acquirere,ut eius cantilena xix.incip.mai non uo piu cantar.& Bald. in cap. innotuit.iii.col.de elect.qui dicit,quòd illud quod non poteſt fieri ſine blaſmo bonorum uirorum, dicitur eſſe aliqua liter præter bonos mores. non immeritò igitur contra tales maritos inuehit Iuuen.inquiēs: *Doctus & ad calicem uigilanti ſtertere naſo.*refert Præpoſ.in ca.ſignificaſti.j.not.de diuor.pract.Papienſ.in for.lib.quo ux. agn. ad dot.quem refert Surgetus in Enchiridion militaris diſciplinæ.char.vj.qui conſentiunt adulterio uxorum ſuarũ, & claudunt oculos dicunt patroni turpitudinis,& nullius reputationis eſſe debent inter perſonas honeſtas, & contra eos,tanquã cõmittentes uitiũ contra naturã,quia patiantur carnē ſuam diuidi in partes,inuehit Io.Lupus.in c per ueſtras.de donat inter uir.& uxor.char.lxxx.col.j.ubi copioſè & mortaliter loquitur,non refero, quia liber habetur impreſſus.Ex iſtis igitur octo rationibus patet incõtinentiam uxorũ procedere à uiris,unde qui cauſam dãni dat, dãnum dediſſe uidetur.l.qui occiderit.§. pen.ff. ad leg. Aquil.c.ſi culpa.de iniu.& dam.da.Diſcat ergò in authorem pœna redire ſuum.l.pen.C.de lega.Et ſibi imputent ſi uolunt extēdere illud prouerbium, Omnia amicorum ſunt cõmunia.Pla.in Timæo,quòd Eraſmus tradit pro primo. & Polydorus prouerb.cxxxii. Cicer.ante medium.j. Officiorum. Roſarium par.j.ſerm.j.litera R. in uita Virgilii, poſt medium.Cyn.in l.quiſquis.col.ii. C. de adulte.c.j. & ij.& viij.

Mater mea bona domina.

ij.& viij.diſt.Præpo. in prooemio quarti Decretal. ad fin. Philel.decad.x.ſatyra iij.incip.maximus ſecundum,c. dile ctiſſimis.xij.q.j. ubi extéditur etiã quo ad uxores. ſed gl. ibi excipit præter quàm quo ad uſum carnis. & rationem ponit ibi Cardin.poſt Ariſtotel.in iiij. col. & ſic facientes irridet Præpoſ. in dicto prooemio ſeu epiſtola ante iiij. Decretal.Gilbertus in quæſtionib.poſt ſecundũ Oeconomic.philoſophi.char.iiij. dãnat Platonẽ uolẽtem liberos

85 & mulieres eſſe communes.† Et nõ aſcribãt tale uitiũ uxoribus,quoniã turpe eſt doctori cùm culpa redarguit ipſũ. gl.in auth.ut iudi. ſine quoquo ſuffra.§. oportet.in l. ſed ſi hac.§.proſtituta. ff.de in ius uoc. Delictum enim uxoris hoc ideo debet imputari magis uiro, quia uir eſt caput vxoris.l.ex ea parte.§.j. ubi Iaſ.col.j.ff.de uerbo.oblig.Paul. de Leaz.q.iiij.incipi. patronus. col.vj. Et dicit Apoſtolus quẽ refert Lance.in l.fratres.C.de pact. ꝙ ſi quis ſuorum, maxime domeſticorũ,curã non habet,fidẽ negauit, & eſt infideli deterior. Nic.Boerij.in conſi. de cuſtodia clauium portarũ.col.x.Hadr.Papa.noſter in quodlibẽ.iij.eſt chart. xxviij.col.ij.& niſi doceamus, tenemur, ut ibi chart. xxj. col.iij.& Iaſ.in l.ſi res obligata col.penul.de leg.j.dicit, ꝙ nulla eſt paſtoris excuſatio ſi lupus comedit ouẽ, quia ipſe tenetur inquirere de ouibus ſuis. Pet. Subert. in tracta. de uinea Domini.vij. parte. cap.xv. facit Nicol. Boerij in tracta. de cuſtodia clauium portarum. char.iiij.columm.ii. Ripa tract. de Peſte. char.lxx.num.dxxj. frater Ludo. Vitualdus in tract.de Veritate contrit.chart. cxxxv. de prima circunſtantia perſonæ, unde dicit Card. in clem. penulti. col.j.de ſent.excom.Ang.in l.ſi.ff.de cuſtod. reor. non immeritò ergo aderat conſuetudo & Pariſius in Catalonia. quam refert Io. Montaigne in tract. de bigam. q.ij.col.xj. nam in Catalonia uir concubinatus etiam ſi ſit ignorans ſoluit fiſco ſolidos xl. & Pariſius ducitur per uicos ab vxore retrogradus ſuper aſinum, precone clamante, Qui ſic faciet, ſic accipiet. Ad has igitur ignominias & ſuſpiciones euitandas, debent mariti auferre omnes occaſiones de quibus ſupradictum eſt, & fugere conuerſationem illorum quos habent ſuſpectos de uxoribus ſuis, nec ab

Turpe eſt doctori &c. *Vir caput vxoris.*

Cõtra cornutos.

eis aliqua munera capere, propter illud prouerbium, Qui uult adulterare uxorē, prius adulteret eius maritum, nam cōuerſatio uiri præſtat introductionē ad eius uxorē, imò aliqui ita trāsformant uxorē mariti quòd uxor credit illū eſſe maritū ſuum. Bauerius in §. ſed hæc quidē col. i j. inſti. de teſtam.† Et nulla peſtis eſt efficacior ad nocendū, quā 86
familiaris inimicus. gl. in l. j. ff. ad Sillan. Odof. in l. defenſionis. ante fin. C. de iu. fiſ. libro x. in l. ſciāt. circa medium. C. de his qui ex pub. rat. eo. lib. & in rub. col. iij. & l. fi. col. fin. C. delator. eod. lib. ideo noſtra intereſt habere inimicos longinquos. Bal. in l. fin. per illum text. C. de pact. inter emp. & uend. Platina in uita Honorij, dum loquitur de Florētino, & qui recipit inimicum in familiarem, dicitur nutrire murē in pera: ſerpentē in gremio, & ignē in ſinu. c. & ſi Iudæos. extra de Iudæis. Decius in c. cum adeò. ad fi. de reſcript. hinc Helena Paridi: Eſſet ut hoſpitij merces iniuria tāti. Qui ſic intrabat hoſpes ad hoſtis eras? Igitur guarda a chi te fidi. Bal. quē refert Igneus in repe. authen. ex cauſa. col. xx. & Eccleſiaſt. xj. non omnē hominem inducas in domum tuam, multæ ſunt inſidiæ doloſi, & poſſunt dici proditores. Alex. li. vj. conſi. xiij. conſideraris. nu. viij. & propterea docet Sapiēs: Cūm coniux tibi ſit, nec res & fama laboret, Vitandum ducas inimicum nomen amici. Auferenda etenim eſt materia delinquendi. l. conuenire. ff. de pac. dot. Iaſ. in l. iij. iiij. not. ff. de iureiur. frat. Iac. in Sophologio Sapient. lib. iij. cap. viij. & tribus ſeq. quomodo euitāda eſt mala uita. & li. vij. de uoluptate carnis. & li. viij. cap. vj. de continētia Eccleſiaſticorū. Et propterea effuge cum poteris ne cōſenſiſſe puteris. gl. in c. ad id quod. de ſponſal. quia ut inquit Quintil. quē refert commētum Petrarchæ in triumpho Famæ. c. iiij.† nō ſolum cauēdum 87
eſt a malo: ſed etiā à ſuſpicione mali. l. ciuile. C. de fur. ubi Salyc. in j. not. & Ouid. in i j. de Arte: Famaq; non facto crimine crimen habet. facit ratio l. conſenſu. §. uir quoq;. C. de repud. & l. quintus. ff. de donat. inter uir. & uxor. Papa Pius epiſt. iij. ad ducem Mutinæ. circa fi. & Cæſar Pompeam repudiauit, Quando meam, inquit, neq; ſuſpicionibus obnoxiā eſſe oportere cēſui. Plutarchus in uita Cæſaris.

ris.col.vj.cap.in omnibus.lxxxj.diſtin. cap. quia periculoſum. de ſent. excom.lib.vj. ubi Coſta iij.not. Cyn.in l.ij. per illū text.C.de interd.mat.Præp.in c.ſignificaſti.j. not. de diuort.Iſer.in c.j.§.porro.col.iij.allegando Apoſtolum. quæ fuit prima cauſa benefic.amit. Imò & à ſpecie mali. Corn.lib.ij.conſ.cxvij.multa.litera d.Inſtructio Eccleſiaſticorum chart.iiij.in fi.& char.xij.Et quia bona eſt conſideratio uolentis prouidere caſui qui euenire poteſt. licet non eueniat.c.quanto.de diuort.cum ſim.ut Ioan.And.in addit.Spec.in tit.de arbitrio.§. ſequitur de quibuſdā. col. xiiij.in addit.incip.nihil.& quæ dixi inter feudalia Bruni. conſi.xij.col.xx.facit Aegid.lib.ij.par.j.c.xix. Et exponens ſe periculo peccat.Had.Papa noſter in quodlib. char.xiiij. col.j.& ij.& char.xvij.col.ij.in propoſito pulchrè. Luc.de Penna in l.lenones. col.ij.C. de ſpectacul.lib.xj. Quando autem uides uxorem tuam captam amore alterius, muta domicilium, uel eam ducas ad caſtrum, ubi cum minori ſumptu & ſecurius uiues.ſecundum Bald.in l.executorem.
88 col.viij.uer.ſed pone. C.de exeq.rei iud. † Quia abſentia eſt diſſolutio amicitiæ.ſecundum Philoſophum.quem refert Eraſm.ij.parte prouerb.xxvj. multas amicitias ſilentium diremit.& Amadeus in dialogo de amicitia, char.ij. dicit ꝙ qui ab oculis diſtat,procul eſt à corde. Et Alberi. in Dictionario. in uer.locus. dicit quòd mutatione loci, mutatur mentis affectio.lxxxj.diſt.cap.ualet. Præterea dicit Apuleius in iij.Apologia, quòd uxor ad prolem multo auſpicatius in uilla,quàm in oppido ducitur,& ibi frui potes ea delectatione quam ponit text. in c.nunquam, de conſec.diſt.v.Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis undam Elicit illa cadens, raucum per leuia murmur Saxa ciet, ſcatebriſq; arentia temperat arua. & omnes nobiles debent habere quatuor domicilia,ſecūdum quatuor tempora anni. ſeu ſaltem duo.Bald.in c.dilectus filius. col. fin. de reſcript. Et ſi es pauper, certè in ciuitate cum eo periculo moraris,quo piſciculus in mari, propter multitudinē magnorum.Non tamen quis debet in rure morari in die Paſchatis, Natalis Domini, nec in Quadrageſima.cap.nulli ciuium de conſec.diſt.ult.nec aliàs, licet ſit nobilis, ſi tamen

men moratur toto tempore in villa dicitur ruſticus. Ioã. Montolonius in Promptuario Iuris in uerſic.ruſticus. Nõ tamen ſtent tantum in villis quòd poſſint dici ruſticani. Iaſ.in l.fi.C.de teſtam.in §.item Seruiana.inſtit.de act.habetur in oratione Iſocratis impreſſa ante Herodotũ Halycarnaſſeum de pulchritudine Helenæ. Et ſi habent vxores prægnantes, ducant ad pariendum in ciuitate ad hoc, vt filij poſſint admitti in conſil. & alijs honoribus ciuitatis puta collegio Doctorum, & ſimilibus quia quandoq; ſunt ſtatuta, quòd non admittantur in conſilio uel collegio, niſi ſint origine propria, uel paterna de ciuitate, licet ille qui eſt natus in caſtro, uel uilla quo quomodo ſubdita domino ciuitatis, cenſeatur de patria & de dominio, licet talis locus haberet iuriſdictionem ſeparatam. Paul. de Caſtro conſil.cxxxiiij.notandum.col.v. Ang. per illum text.in l.j.C.de metropoli.Beryto lib. xj.in j.aditione. ad Bart.dicens quòd eſt nihilominus ſubditus.facit Iaſ.in l.ſi fideiuſſor. §. j. iij. not. ff. qui ſatisdare cog. facit text.in l. quiſquis in prin.C.de natur.liber. Si enim ſoluit cenſum, dicitur ſubditus.Bal.in d.l.quiſquis.text.in cap.ij.de cenſ. Felyn.in cap.ad audientiam.col.v.de præſcript. Et licet eſſet exemptus quo ad aliqua, debet tamen reuerentiam ciuitati.Rom.ſing.cccclxx.epiſcopus.facit Barb.conſi. clxxxix.incip.ciuitati.col.fin.vj.dubio. Vnde ortus in tali loco ſubdito comprehenditur in ſtatuto etiam diſponente, ꝙ non admittatur in collegio, ſeu in conſilio: niſi ſit de origine propria, uel paterna de illa ciuitate. & ita in terminis Bal.in j.vol.conſi.xlvj.incip.ſtatutum. quem ſequitur Iaſ.in l.huiuſmodi.§.legatum.ff.de leg.j. Et confirmatur iſta opi.per id quod uult Peruſ.in c.j.§.j.col.ij. de uſu. lib.vj.per illum text.in uer.de cæteris: ubi dicit, quòd alicui non dicitur quòd non eſt ciuis, uel alienigena licet ſit ortus ex diuerſa terra: quando illæ ambæ terræ ſunt ſub eodẽ domino immediate: uide tu Iacobum de Beluiſo in auth.quib.mod.natur.effi.ſui.§.illud autẽ.col.ii. ubi Ang. in §.ſi quis igitur.el i j.Iaſ.in l.fi.in prin.C.de teſtam.Pau. de Caſt.lib.j.conſi.lxxxv. uiſis dictis ordinamentis. Nizelum concord.Bart.ccxv.Bologninũ in Theodoſiana; in uer *Natus in villa dicitur originacius ciuitatis.*

v.ff.de leg. j. & ſunt uiſcera noſtra: ut Penelope Ouidiana Viſcera noſtra tuæ dilacerantur opes, & bona temporalia ſunt uita hominis. Fely. in c. cùm oporteat. col. v. de accuſ. & qui ea aufert, dicitur auferre uitam. Luc. de Pēna in l. j. C. pub. læt. lib. xii. q. xxj. Bertach. in tract. de epiſcopo. lib. iiij. viij. partis. eſt char. lix. col. iiij. Bon. in tract. de nobilitate vij. parte. num. 4. hinc dicimus, Paria ſunt perdere dominũ, & pérdere uitam. Iaſ. in l. Titio. nume. 13. ff. de uerb. obli. Papa Pius epiſt. xxx ad ducem Mutinæ. chart. ij. Eraſmus. prima parte. Prouerb. dccxhij. Vbi non ſis qui fueris, cur eſt quod uelis uiuere? & Politianus j. centuria. c. lxxxviij. fuimus Troes. Etenim aſſuetus regno, uolupta-tibus regni carere non poteſt. Papa Pius epiſt. xlix. chart. vj. duci Mediolani. Non enim ita de facili moriuntur diuites: quia habent unde ſuas ægritudines curent, & delicta redimant, ut dixi in materia partialitatis, ꝙ lex eſt tela araneæ. Imò & ꝙ ſint anima, patet: quia liberāt à purgatorio animas ſuas & defunctorum cū oblationibus, quas faciunt pro indulgentijs, ut Felyn. in ſuo ſerm. de indulgē tia, incip. hodie mecum. Dictionarium Alberici in uerb. remiſſio. ubi Caſtelliones in additionibus. dicens, quòd ordinarius uerè confeſſo & contrito, non ſolùm poteſt remittere pœnam æternam, ſed & temporalem. Iſernia in titu. quæ ſint regalia. in uerb. uectigalia. col. iiij. uide fratrem Iacob. de Marchepalu in tracta. de animabus incolentib. purgatorium, fratrem Iſidorum de Iſolanis in tract. de eccleſia militante. cha. xviij. Et in tractatibus reſponſiuis, contra Luterum, per Henricum regem Angliæ, per Cardinalem Caietanum, per fratrem Silueſtrum de Prierio, per fratrem Thomam Illyricum, & pleroſq; alios, nam ſicut acqua extinguit ignem: ita eleemoſyna extinguit peccatum. Eccleſiaſt. iij. in fi. Henr. Boich. in c. inter opera. de ſponſal. col. j. Guilielmus Rouille in tract. de deſcriptione iuſtitiæ. lib. ij. cap. xij. ubi plura pro diuitijs. licet eleemoſyna data diſcolis faciat eos peiores. Maleretus, ubi ſuprà. chart. lxx. & placatur. onis Iupiter ipſe datis. Ouid. de Arte. Albertanus lib. j. de amore Dei, in rubr. de charitate, imò plerunque facient ſe
abſolui

abſolui ante peccatum. irridet Felyn. in c. quoniam.col. xv.de conſti.meritò ergo Arioſto.quē refert Affiictus con ſtitutione ſi quis in poſterum.col.xj. Eraſm.iij. parte Pro
114 uerb.xciij.primū &c.dicunt ꝙ † ad ueram felicitatem oportet concurrere ſanitatem corporis, rerum mundanarum copiam, & ſpeculationem intellectus: ideò pro anima oportet habere diuitias. ꝙ autem ſine diuitijs uirtus nihil ualet. ultra Philelphum,quem ſtatim retuli,probatur: nam faciunt quæ latè ponit Cardin. in c.exemplum. xij.quæſ.j.ubi tenet quòd eccleſiaſtici poſſunt habere bona temporalia,& ꝙ Chriſtus habebat loculos. & determinauit hoc Ioan.xxij.in Extrauagan.incip. cùm inter nonnullos.ſub tub. de uerb. ſign. Humbertus in ſacrilegio. char.vj.in §.calicem. ſunt tamen urgentes authoritates Euangelij,qui diuitias non curant acquirere,dicuntur ſibi ipſis inſidiari.l.j.§ confertur.ff.de col.bon. & ſic præſumitur quis in futurum acquirere & ditari.l. cura.§.deficiētium.ff.de muner.& honor.facit Aegid.de reg. princ. lib. ij.parte.iij.cap.xj.& xij.maximè quando habet filios quibus habet theſaurizare, ſecundum Apoſtolum, quem ſuprà retuli, reſpondendo ad onera matrimonij: quia etiam ſummi ſacerdotes, & antiqui philoſophi non cœperunt philoſophari, niſi acquiſitis uitæ neceſſarijs. j.
115 Methaphiſicæ. † Et licet melius ſit philoſophari, quam ditari, tamen indigentibus melius eſt ditari, quam philoſophari. iij. Topicorum. x. Ethicorum. hinc dicebat & Rex Alexand. quem refert Plutarchus in eius uita. char. antepenul. & Guilielmus Rouille ubi ſupra libr.ij.c.xv. de ſapiente ſine operibus,circa fin.odi ſapientem qui ſibi ſapit nihil facit. Cicero poſt medium tertij Officiorum. Marſilius Ficinus epiſtolarum lib.iiij.chart.lxxx. Polydorus Prouerb.cvj. qui allegat ad hoc Ennium. Bertach. in tract.de epiſcopo.char.antepen. col.fin. non tamen debet quis propterea uti nimiò ſermone de pecunia, quia de talibus malè præſumitur. xv. q. j.c. ſi cupis. nec pro diuitijs uti nimia ſolicitudine uel cura. propter illud Matth. vj. & Luc. xij. Hoſt. in ſumma. de pœn. §. quæ impediant. col.ij. dum illi qui credit quieſcere & epulari, reſpondet

ſpondet Saluator: Hac nocte animã tuam repetam. & ſic eueniet ut ſomnianti ſe inueniſſe theſaurum, de quo tantum lætabatur, & expergefactus nihil inuenit, etenim omnia uanitas Eccleſiaſt. j. c. facit Barb. in c. uerum. nume. 7. de foro compet. quæ dixi ſuprà reſpondendo ad continentiam mulierum. uerſ. viij. probatur. circa medium. Albertanus de amore aliarum rerũ & rub ſeq. facit j. Oeconomi. c. vj. ubi Gilbertus. licet tempore mortis ſoleant auari eſſe multũ liberales. Io. Fab. in §. peculium. inſtit. de leg. poſtquã ſecum diuitias ferre nequeunt. & dicit Alex. in l. pactũ quod dotali. circa fi. C. de pact. ꝙ noſtra intereſt habere diuites uxores, & hodie uolentes nubere ante omnia uolunt ſcire quãtitatẽ dotis pro ueſtibus & iocalibus emẽdis: nec uolũt carnem ſine ſapore. Barb. lib. iiij. conſil. lxxxj. præclare ad fi. Hinc dicimus, ꝙ mulier diues poteſt capi etiã ſi ſtaret in proſtibulo, ut faciebant Siccæ, ubi quæſtu corporis dotem lucrabantur, ut refert Valerius Maximus de inſtitutis antiquis. c. j. circa fi. Reſpondit Marcus Antonius maritus Fauſtinæ ſibi ſuadenti diuortium, ut in cõmẽto Petrarchæ in triumpho Amoris. c. j. & dicit Imo. in clem. j. col. ij. de baptiſmo, ꝙ propter affluentiam pecuniarum reges & principes tradunt filias ſuas filijs ruſticorum. Et ideò mulier indotata ſolet contemni à uiro. Iaſ. in authen. res quæ. col. v. C. cõmu. de leg. uerſic. iiij. quæritur. Pau. de Caſt. ij. lib. conſ. ccccclvj. ad primum ſubijciens quòd propter ea intereſt mulieris eſſe dotatam. Socin. in l. j. col. xix. uerſ. reperio. ff. ſol. mat. vbi dicit ꝙ eſt uerecundia ducere uxorem indotatam, imò extrema dementia, & miſeria. ſecundum Ioan. Pyrrhum in l. ſecundũ naturam. ff. de regu. iur. uide Philoſophum parte xviij. problem. iiij. Nam porta tecum, ſi uis uiuere mecum. gloſ. & Doct. in cap. quoniam ſimoniæ. de ſimon. Et apoſtoli dicebant: Nos qui reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? & Abraham non immolaſſet, niſi fuiſſet certus. Hadrianus Papa noſter in Quodlibetis, chart. xvij. in fi. col. ij. & uidimus plures uiros ex opulentia mulierum ditatos. faciunt quæ ſuprà dixi in prima ampliatione. & dicit Hierony. quem refert frater Iac. in Sophologio

logio Sapien.lib.x.c.xj.quomodo cõiugia ſint contrahenda.col.fi.quòd non putet aliquis ſi pauperem duxerit ſibi de cõcordia ſatis prouidiſſe, & ibi adducit exemplum Catonis & Philippi Macedonis. Et iſta dicta cũ ſupradictis in reſponſione ad fundamentum contrarium de oneribus matrimonij. concorda per illud Prouerb.xxx. Paupertatem neque diuitias dederis mihi Domine: ſed tantùm uſui neceſſaria. Euſeb.de Euangelica præparatione. lib.xij. c.xxiij.Roſarium Buſti ij.uolu.ſermo.xxx. Petrarcha epiſt.
116 lxxxix.una mihi ante medium. quia † ſaltem negari non poteſt quin diuitiæ reſtringãt nobis portã paradiſi. ut per diſcurſum euangelij. imò dicit Iuuen. Aſperius nihil eſt humili, cùm ſurgit in altum.refert Gammarus de extenſione.char.v.col.ij.Roſarium Buſti lib.ij.ſerm.xxx. eſt ſub litera c.Io.de Platea in l.j.C.de murlilegulis.lib.xj. Aegidius de regim.princip.lib.iij.parte j.c.xvij.Mancinellus in ſermonibus.lib.iij.tit.xx.
117 ¶ † Non obſtat ſeptimò de pulchra: quia imo talis ducenda eſt, tum propter conſolationẽ uiri quam capit ex eius inſpectione.Cicero in j.Offi.dum loquitur de temperantia.in c.de decoro.tum propter pulchram ſobolem. Pulchritudo enim mulierum multum profuit aliquibus uiris: ut patet in Abrahãm, ut Gen.c.xij.& pulchras etiam uidimus caſtiſſimas. Pulchritudo enim trahit perſonas ad indulgendum maximè quando uirtus concomitatur: unde,Gratior eſt pulchro ueniens in corpore uirtus. Cepol, in tract. de imper. mili.delig. charta.xj. conſ. ut dixi inter feudalia Bruni.conſ.xij.col.iiij. & forma eſt Dei munus: in iij.de Arte. & pulchræ filiæ facilius inueniunt maritos.Paris de Syndicatu in uerb.compoſitio. eſt chart.xxxj. conſil.j. Et nihil ſub Sole pulchrius pulchra nympha. ſecundum Cyn.in l.ſancimus. col.j.C.de Iudæ. ubi deridet Lotharium gloſſatorem phylocaptum, prout & Bart.ibi, qui dicebat nõ poſſe citare illam pulchram dominam per literas, quia ipſe uolebat eum ire uiſum. refert Nicol. Boerij in repet.l. conſentaneum. C quomodo & quando iud. chart. ix. & licet ſententia imperatoris diſpliceret Paul.iuriſconſul.tamen illa puella ſibi placebat. Alberic:

in l.Aemilius.col.j.ff.de minor. Et dicit Eraſm. in Moria. char.viij.quòd forma mulieris etiã in tyrannos tyrannidem exercere poteſt,& Venus Martem domat. Marſilius in epiſtolis.char.lxvij.epiſt.ſuperioribus. & chart.cv. epiſtola,poſtquã.iatè probatur Eſdræ iij. c.iiij. Aegid. de regim.princ.lib.ij.par.j.c.xij.& xiij.& ſeq. & fecit quòd Codrus renuntiauit Papatui.Io.And.in c.j.de renun.lib.vj.& uicit robur Samſonis & Herculis prudentiam Salomonis & Ariſtotelis,exercitium Holofernis & Hãnibalis. frater Iacob.in Sophologio ſapientiæ.li.ix.c.x. de caſtitate principium.Curtius conſil.lxvj.ſapientis.in fi.iij.colũ. Et quid inde ſi artibus uolunt ſuam pulchritudinem conſeruare; poſtquam uelati defectus quandoque producunt effectus. Bald. in repe.l. Aemilius. ff.de minor. col.v facit Celeſtina circa fin.vj.actus, & quod dicunt Doct.in l. Gallus de illa quæ peperit Aetiophem,ut quæ ſibi deplumat inferiorem barbam ut uideatur impubes. Hoſtien.in ſumma de deſponſa.impub.§.& qualiter.col.ij.& ſi dixeris quòd pulchritudo compellat naturam coire ultra poſſe, reſpondeo ut in contrario quòd nullum crimen uini eſt, ſed culpa bibentis.Item uxor eſt ſicut panis qui cùm quotidianus ſit, nunquam nocet.Et hanc tenet Franciſcus Barbarus de re uxoria.lib.v.de forma mulieris ducendæ. Plus enim nocet quando quis habet plures amicas. nam ſicut pluralitas ciborum prouocat ad nimiam repletionem, ſic pluralitas mulierum prouocat ad nimiã concupiſcentiam. Aegidius de regim.princ.lib.ij.par.j.c.ix.

¶ † Non obſtat octauò ampliatio de dota. aliàs docta 118
prout plures honeſtas, & bonas enumerat Barb. in c. decernimus.colum.iij.de iudic. quoniam imò uidemus doctrinam & prudentiam mulierum ualde prodeſſe uiris, & eis alleuiaſſe labores, tam in ſcribendo & tenendo rationem curæ familiaris,quàm fidelius & magis ſecretè.Matthæus Boſius epiſt.v.nuper.chart.iiij.ubi paulò ſuprà inuehit contra nobiles dedignantes de literis, & ſequentes uenationem: pro quo Petrarcha epiſt.cx.qualis. Anteros Fregoſij in ſua excuſatione, in principio ſui operis, & quando permittatur uenatio,& quãdo non.Card.Papien

char.

char.xxxiij.epiſt.quid. & lxxij.char. lxxxv. uidetis. clxiij. comitãtibus.ccvj.quidã.ccciij.ignoſco. habes titulum de clerico uenatore & de uenat. fer.li.xj. Decius conſ.cxcvij. Iaſ.conſ.incip.redemptoris. quàm ſi aliena manu uiro, ſi ſit abſens, epiſtola ſcribatur, & ſecreta domus nutrientur, quæ intereſt noſtra ſecreta manere.gloſ. & Bart.in l.ij.C. qñ & quib.quarta pars deb.li.x.Bart.in l.tutor qui repertoriũ.col.ſi.ff.de admi.tut.Io.de Ana.in c.q cũ fure.de Iudæis.Corſetus ſing.clvj.ubi propterea inferũt ꝙ nõ debet dari copia inuẽtarij bonorũ pupilli.quod limitat Bal. niſi accuſaretur tutor,ꝙ non poſuit omnia apponenda in inuẽtario,dicentes eſſe cautelam pro faciendo exhiberi totũ inuentariũ.Bal.in §.nouiſſimè.de ſuſpect.tut. Alexan. in d.l.ij & in l.j.§.redditiones.in princ.iiij.col.ff.de edẽ. Contra tamen iſtam cautelam allegatur Bart. in l.neganda.C. qui accuſ.non poſ.ut Vitalis in tract.clauſularum. in uerbo,nil nouari inuentarij confectione pendente.col.penul.

119 ¶ † Non obſtat nona ampliatio ꝙ quis nõ capiat uxorem de aliena natione.quia bene fateor eſſe utilius capere uicinã,ut dictũ eſt in limitatione:ſed & ſi nõ reperiretur in ciuitate paris conditionis,oporteret capere ubi poſſet inueniri.Quia & Romani acceperũt Sabinas:ſunt enim fiendæ ſagittę de tali nemore quare habemus. Claud. in Monarchia Franciæ.par.iij.c.vj.& domus eſt cõſtruenda de lapidibus qui ſe offerunt.Fely.in c.ſi quando. col.iij.de reſcrip.Et ſic potes reſpondere ad limitationẽ quã ponũt ad uerſantes cum tot qualitatibus,quas inueniat qui poteſt, ſed quis eſt hic & laudabimus eũ? Eccleſiaſt.xxxj. Bart.in tract.de teſtib.in uerb.prudentia ad fi. uolunt enim plura quàm haberet Craſſus, qui ſecundũ Gellium lib.j.c.xiij. in Offi.erat ditiſſimus,nobiliſſimus,eloquentiſſimus, iuriſconſultiſſimus,& Pontifex maximus. Hæreticus autem uel de aliena fide nullatenus capiẽdas cenſeo. De Guelfa autẽ uel Gebellina eſt ſtultitia & peccatũ ſuper hoc cogitare. Et ſtatutũ Florentinum ſuperinde diſponens nil ualet, ut Bart.in cap.clerici.col.ij.de Iud. & in locis alleg. in

Statutũ ſuper matrimonio.

120 cõtrario. † quia laici non poſſunt ſtatuere ſuper matrimonio. Curtius cõſ.xxvij.magnificus.Calca. conſil.iij. unde

non

non ſufficeret rationē ſubeſſe, ubi deficit poteſtas. Decius in c.eccleſia S.Mariæ.de cōſti.co.18.uerſ.3. Abb. Præpoſ. in c.j.col.4.de ſpōſal.ubi Fel.in x. late Herculanus in Diſput.Peruſinus quidā.iij.dubio.quicquid dicat Io. Lup.de dōnat.inter uir.& uxor. char. lxxiij. col.j. uſque ad chart. lxxvj. † Et ultra adducta per eos dico non ualere alia ratione: qa tale ſtatutū eſt nutritiuū partialitatis, & ſic peccati, ergo non ualet.c. ex parte. ubi Panor.pe.not.de conſuet.qui in c.fi.col.iiij.eo.tit. dicit ꝙ lex etiā rationabilis quādo nutrit peccatū nihil ualet, quia repugnat felicitati æternæ.Io.Andr.in regula, poſſeſſor, Decius poſt Pan.in c j.col.ix.ver.ſecūda eſt.in c.eccleſia.col.iij.& ſeq. de conſtit.Felyn.in c.ad noſtram.col.pen. de probat. Maraſcotus in c.j.col.ij.de cōſtit.li.vj.Hadr. Papa noſter in Quodlibetis.q.vj.char.lvij.col.ij.Item quando ſtatutū daret materiā peccādi.l.conuenire.ff.de pact.dotal. Petrus de Rauenna in alphabeto iuris, in uerbo delinquendi occaſio.Et dicit Io.de Platea inſtit.de leg.Fuſ.Can.tol. ꝙ ſunt de uolumine ſtatutorū extrahenda.frater Lud.de Veritate contri. char.xij. Etiā ſi eſſent facta ſub colore publicæ utilitatis. l.ſub prætextu.ff.de extraord.crim. ubi Bart. Felyn. in d.c. eccleſia S.Mariæ de conſti.col.xliiij.Belēzinus. in apoſtillis ad Panor.in d.c.ex parte.de conſuet.col.ij.Rom. ſingul. cccxlj.Bolog.in repet.authē.habita.C.ne fil.pro patr. col. ix.ubi dicunt, ꝙ rectores & poteſtates terrarū debēt talia ſtatuta delere. Debemus enim euitare hypocriſim, nec facere malum ſub uelamine boni, ut fecit Iudas in Matt. xxvj.dum dicebat, Potuiſſet uenundari multo & dari pauperibus. Imol.in c.nouit.col.pen.de iudic. per not. in c.ij. de collu.deteg.Imò tale peccatum eſt grauius. gl. in clem. j.in uerb.ſanctitatis.de relig.do.Paul.de Caſtr.lib.ij. conſ. ccccxviij. uiſo dicto puncto. col.fin. Io.Gato. in tract. de bigam.q.v. char.xxviij. nam ſunt hi qui incedunt in ueſtimentis ouium, intus ſunt lupi rapaces.gloſſ.in l. illicitas.§.ne potentiores.ff.de offic. præſid. Iaſ. in l. iubemus. col.ij. C.de iudic. Igneus in repet.dudum. colum.iiij.ff. de contrahen.empt.& totius iniuſtitiæ nulla capitalior, quā quæ cùm maximè fallāt, id agant ut uiri boni uideantur

121 *Statutū nutritiuū peccati.*

tur.Ciceri.quem refert Card.in cle.uolentes uerſi.ij. col. ij.de hæret.tu Galle uide Le baſtō pour chaſer ſes loups. Quia poſtea dicimus quòd mala exempla ſunt orta à bonis rebus.gl.in §.illud.in auch.de exhib.re. Nata in clemē. ſæpe.col.lxxiij.& lxxvj.de uerb.ſig.ut fuit dictum Cæſa-
122 ris,ut refert Salluſt.in Catil. † Quòd autem partialitas ſit peccatum,tenet Bal.li.ij. conſil.clix. incip. multiloquium ſemper diſplicuit,ſaniloquium ſemper placuit.col.fi.uerſ. contrarium dicens, ubi dicit quòd partiales ponunt ſe in rixa,& damni cauſam præſtant.in c. de cauſis.col. antepe. de offi.deleg.uerſ.ſed quæro utrum.Rayn.quem refert & ſequitur,Præpoſ.in ca.j.§.conuenticulas.c.ij. de pace iur. firm.Dantes in Purgatorio cantu vj.quādo.ante medium. facit c.ſi qui clericorum j.q.j.gl.in c.exhibita.de iudi.Bar. in tract.de Guelfis & Giebellinis.iij.q. ſumma Angelica, & ſumma Syluestrina in uerb.ſeditioſo.frater Michael de Carchano,quem latè refert Roſarium Buſti.ij. parte. ſer. xxxiiii.in quinta cōſideratione,quæ dicitur oppoſitionis, ubi poſt ſanctum Thomam latè concludit, quòd quicunque corde conſentit eſſe de una parte, peccat mortaliter, ſubdens idem eſſe in quocunque qui uerbo,ſcripto, uel ſigno demonſtrat ſe eſſe Giebellinum, uel Guelfum. Et quòd in omni actu partialiter facto committitur unum peccatum mortale.frater Michael Dominicus de Pinerolio, in quæſtione contra has diabolicas partialitates:ubi diſcurrendo per decem præcepta Dei probat eſſe contra quodlibetis ex dictis præceptis.& idem tenet frater Ludouicus Viualdus in opere regali in viij.proſecutione Eccleſiæ. §. ix.Et idem tenet late Nicol. Boerij in tract. de ſeditioſis. maxi. char.xxxv. & idem frater Michael char. antepenult. dicit quòd eſt grauius peccatum, quàm hæreſis, pro quo eſt gl.fi.in c.non afferamus. xxiij.q.j. facit Paul. de Caſtr. li.j.conſil.cccxix. uiſo puncto. col.ij. Corradus in tracta. de ſchiſmate.char.j.hanc latè tenet frater Thomas Illyricus in tractatu de poteſtate Pontificis. chart. cix. ubi in vj.fundamento dicit quòd ſunt Chriſtiani renegati. cap. abijt.xj.quæſt.iij.uide Archiepiſc.Florent.in iij.parte ſuæ hiſtoriæ. tit. xx.§ j.ubi dicit quòd has partialitates Apoſtolus

ſtolus ad Galat.v. ponit inter opera carnis, quæ qui agūt, regnum Dei conſequuntur. ca. illa. vj. q. j. Item eſt contra illud Io. xv. hoc eſt præceptum meū ut diligatis inuicem. Et illud, Dilige proximum tuum ſicut te ipſum, de quo in tractatu de ueritate contritionis. char. xxxvij. etiam ſi ſit inimicus. Ripa in tractatu de Peſte. char. lxvij. col. j. Et initium legis, eſt dilectio, id eſt, duorum ligatio & charitas, id eſt chara unitas ſine qua nullus Deo placet. cap. charitas. el. ij. de pœnitent. diſt. ij. Guilielmus Rouille de deſcriptione iuſtitiæ & iniuſtitiæ. lib. j. c. ij. & propterea Actuum iiij. dicitur quòd multitudini credentium erat cor unum, & anima una. Bal. in c. quia propter. col. vj. de elect. Io. de Selua in tract. de beneficio. char. xij. & ciuitas, id eſt ciuium unitas. & porrò unū eſt neceſſarium, id eſt unicū: & unus accipit brauium, id eſt unitus. plura Cyprianus Venetus de authoritate Rom. Eccleſiæ. char. xj. & ſeq. & nil aliud uult nec importat tunica Chriſti inconſutilis. ca. j. de ſchiſma. lib. vj. & noli eſſe pro amico inimicus proximo tuo. Eccleſ. vj. Iſer. in c. j. §. porrò. col. j. quæ fuit prima cauſa benefic. amit. † Et omnis actus tollens debitum or- 123
dinem proximi ad proximum, non poteſt fieri ſine peccato mortali per quācunq; diſpoſitionem. Fely. in c. quæ in eccleſiarum. vj. col. de conſt. hinc dicit Bal. in l. j. C. de pœ. iud. qui mal. iud. quem ſequitur Barb. in c. cùm ſit generale. col. xviii. de for. compet. ꝙ officialis qui uadit ad terras ubi ſunt diuiſiones & propterea oportebat eū ſequi partialitates, incidit pœnam. c. cùm æterni. de re iudic. lib. vi. ſequitur Paris de Syndicatu. char. lix. col. i. Cacialup. in repet. l. diem functo. ff. de offi. aſſeſ. q. xxxvi. & dicit Io. Pyrrhus ante lecturam ſuam. ff. de reg. iur. in epiſto. de laudibus Mediolani. ante. ſi. quòd factio eſt dira facilè omnium malorum parens, & iniuriarum fomes, quæ quantum noceat, collige ex oratione Campani habita in conuentu Ratiſponenſi. incip. quæ res. chart. viii. parua. & in hiſtoria Brachij, chart. ij. ubi inuehit contra factiones Italicas. Barbat. libro ſecundo conſilio xx. illud. columna v. nam † ut cōcordia paruæ res creſcunt, ita diſcordia magnæ dilabuntur. pulchrè & moraliter, & latè Socyn. conſil. lxvi j. 124

Dd viſis

uiſis inueſtituris.repetito clxv.col.xj.uerſic.nono reſpondetur latè Lucas de Penna. in l. j. C. de exactor. & execu. libro xij.col.vj.ubi allegat uerſ.Claudiani,Si ueſtram pacem diſcordia diſſuit, imò Rumpit,ueſtra perit uirtus:nã ſtare negatur Occaſum patiẽs,in ſe diuiſa poteſtas,frater Michael Dominicus in dicto tractatu de Guelfis & Gebellinis.chart.iij.& uide crudelitates quas recitat Corius in Chronica ſub anno M.cccciij.facit Campanus in epiſt. Card.Papæ.charta.ccxxxiij. incip. ruimus. Cùm ergo ſit tam graue peccatum,ſequitur illud, Si genus humanum, & mortalia temnitis arma, At ſperate deos memores fandi atque nefandi, Virgilius, quem refert Barbat. in Ioannina.colum. clxiij. quia nullum malum impunitum,nullum bonum irremuneratum.Hoſti.in ſumma de pœ.& remiſ.§. quibus proſint. col. ij. Et quia ſoleant omnia mala producere, principes deberent manum apponere. Bald. lib.iij.conſil.cxxvij.& ſi non apponant, grauiter peccant ſecundum fratrem Michaelem Dominicum. ubi ſupra j.
125 q.chart.antepenult. † quia error cui non reſiſtitur, approbatur. Humbertus Perolerij in ſacrilegio chart. j. & charta.iiij.reſpondendo ad iiij. quæ adde ad ſupradicta, quòd ſunt punienda delicta, quia non eſt ludus in undis, nec litigium de lana caprina. Hoſt. in ſumma de aſſerto. iur.§.& ſuper quibus.col.ij. præſertim cùm ut plurimum partiales ſint ſeditioſi concitando plebem ad delinquendum,dicitur enim ſeditio,quaſi ſeorſum intuitio,quia in diuerſum uadit,& alios trahunt,& faciunt poſtea tumultum. Et ſic incurrunt crimen læſæ maieſtatis. Sunt uerba Decij in l.non.eſt ſingulis. ff. de reg. iur. Et dicit frater Lud.Viualdus ubi ſuprà,quòd partialitas & ſeditio realiter idem ſunt,pulchrè & latè Nicol.Boerij in d. tractatu, de ſeditioſis.facit Claud.in Monarchia Franciæ.parte.j.c.
126 ij.Quicquid dicat Gellius lib.ij.c.xij.in legibus.† Ampliatur iſta concluſio,etiã ſi talis partialitas verè inducta fuiſſet ad bonum publicum,uel ad expellẽdum tyrannum, nã quando ad licitum nõ poſſumus peruenire niſi per illicitũ,eſt uti illicito,ſecundũ Barb.in rub.C.de adm.col.xxxv. & lib.ij.conſ.xxxvj.col xvij.incip.ſapienter, quia male dicit,

cit,ut infra.uel iſte partialis non habeat animum nocendi aduerſario.Roſarium Buſti ubi ſuprà. Nam ex quo hodie generaliter uiget hæc peſtis per totam Itali ã,& plura ma la exinde ſequuntur quàm utilitates. Thucydides, lib. iij. char.x.& ex alijs quæ dicit Archiepiſ. Floren. in ij. parte ſummæ.tit.iiij.c viij.per totum.dicens,ꝙ propterea mortui ſunt peſte lxx.millia uirorum,eſt neceſſe fateri talem partialitatem eſſe malam.& ita fatetur etiã S. Thom. ubi ſuprà facit.§.illud uerò ſatis.in proœ.ff.orũ.quia non ſunt facienda mala,ut eueniant bona.ad Rom.c.iij.c. ſuper eo. de uſuris.Panor.in c.nouit.col.ix.uer.iij.oppono.de iudic. cum ſim.ut latè Defenſoriũ mõtis.char.ij.col.iij. Alex. de Neuo in conſ.contra Iudæos fœnerantes.impreſſo poſt Pi ſanel.col.ii.& vii.& viii.& xlvj.& tribus ſeq.& lxvii.& ſeq. & lxxvii.& ſeq.ubi ſic latè nondum uidi,nec facienda minora,ne eueniant maiora.Io.Montolonius in Prompt.iuris.in uer.damnare,in uer.Loth.co.ii.Et licet.Iudæi perſe quérentur Saluatorem pro libertate conſeruanda, ne uenirent Romani & tollerent locum eorum, acriter tamen peccabant,& propterea multa prohibetur, non quia mala,ſed quia malis occaſioné præbent.c.& ſic CHRISTVS. de iureiur.c.ut animarum.de conſtit.lib.vi. de quo ultimo cogita.Roſarium Buſti.ii. parte ſerm. xxxii. §. ſexta ratione.ſub litera e.Et rarò uel nunquam contingeret partiali taté ſolũ eſſe ad bonum,ut docet experientia rerum magi ſtra.c.quàm ſit.de elec.lib.vi. ideo non eſt de eo habenda conſideratio.l.nam ad ea.ff.de legib. Quinimò licet aliquando olim fuiſſet,hodie tamen ſemper eſt ad malum. Mart.de Laude in tract.de principibus.uer.cliii.incip.eſſe Guelfum.& Lucan.Bella per Aemathios pluſquam ciuilia campos.gl.in l.j.C.de cadu.tol.in l.cæterum. ff. de uſu & hab.§.oportet uer.de iudic.in authent. de mand. princip.Bal.in l.i.j.not.& ii. ubi dicit quòd perdunt corpus & animam,& non uocantur hoſtes,ſed latrunculi. Albert.in l.cùm unus.§. ſi propter de bon. auth. iud. poſ. facit Zacharias in ſerm.conciliabuli.Piſani,char. fin. Bald. in ſuo diuino conſilio,ſchiſmatis.ſub tit.C.ſi quis aliquem teſta. prohib.Et quòd ſint ad malum, probat ex dictis illius qui

Nõ ſunt facienda mala vt eueniant bona.

de una factione ſed ad aliam tranſtulit:&interrogatus cur
ſic fecerit, reſpondit: quia uolo ſtare cum fortioribus &
uincentibus. factio ueſtra in qua antea eram nolebat uin-
dictam, ſed illam Deo dimittebat,& omnes mihi impunè
iniuriabantur: Item nullus de factione ueſtra fuiſſet au-
ſus facere unam proditionem, nec aliud facinus pro ſuo
magno commodo. At hæc, ad quam me tranſtuli, para-
ta eſt ad quæcunq; fanda ſiue nephanda: erat enim diabo
lus qui in eo loquebatur. Si ciues uolunt ſe cógregare pro
bono publico: non ne poſſunt ſibi, aliud honeſtius nomẽ
aſſumere, ſcilicet ſuæ ciuitatis, puta ſocietas Tudertina:
qs enim nõ debet eſſe prout eſt patria ſua? Curtius conſi.
xliiij. ſtatuto. col. v. quia nobis debemus accipere pulchrũ
nomen glo. in l. facta. §. ſi in danda. ff. ad Trebel. Felyn. in
proœm. Greg. col. vi. Hippol. in l. j. in princ. col. penult. ff. de
quæſtionib. Pet. Gerard. not. lxxv. magnũ. Cacialup. in l. i.
col. x. C. de ſum. Tri. faciunt quæ ponit Symphor. in Chro
nica Sab. de hoc nomine Franciſ. Iaſ. in l. i. col. ij. ff. de legi
bus. Purpur. in l. i. C. de ſum. Trin. nume. 9. frater Lud. in
tract. de ueritate contrit. dum tractat de inuidia. in rubr.
de S. Thoma. hinc Romani communiter habebant tria no
mina. Cy. in l. fi. col. penult. C. ſi quid in frau. patr. Politia-
nus centuria i. c. xxxi. quod quomodo procedat, Plutarch.
in uita C. Marij. circa princ. & euitare nomina turpia: ut
inquit Bart. in tract. de Guelfis & Gebellinis: nã ex quo
ſonant in manifeſtam partialitatem, & ſic ſunt ipſo pene
timenda ſono, non conueniunt bono uiro, ſecundum eum,
ergo prohibitum eſt in conſcientia. Bald. in c. cùm cau-
ſam. el ij. de teſtib. ad fin. Fuit enim inſtigatio dæmonum,
propter quam Italia olim prouinciarum domina glo. in l.
fin. C. ſine cenſ. uel rel. Lancel. in l. ſi quis à filio. i. col. de
leg. i. Petrarcha epiſt. iii. gallios. xcvi. inter. & lib. vi. epiſt.
iiii. & epiſt. ult. incip. principium, Formulariũ prouinciale
char. lvj. & ſeq. nunc eſt ſubdita pluribus tyrannis ut ibi
qui nõ quæ Dei ſunt, ſed in ſanguine & proditionibus ſtu
dent, & gloriantur in rapina, ſed paucum durant, quia eo-
rum mors frequens eſt. Socyn. lib. ij. conſil. clxxv. col. viij.
in fi. Alberic. in Dictionario in uer. Italia. qui extorquent
ſanguinem

ſanguinem uſq; ad pellem,& uix ſpiritū precarium relinquunt.Petr.Gerard.not lxxiii.pauperes.Bauer.in §. ſi ſeruum.col.iii.inſti.de hære.inſtit.dixi inter feudalia Bruni. conſi.xii.col.xix.Nicol. Boerij in conſi. de cuſtodia clauiū portarum.char. vii. col. ii. dicens quòd die cogitant.Præpoſ in preludiis feudalib. chart. v j. col. ii.Boni in tract.de nobilitate col.i. & imponunt taleas ſubditis pro eorum omnibus prauis uoluntatibus , imò & pro ſalario famulo rum quos tenent pro pectinandis canibus.Barbā.in c.poſt ceſſionem.col.xxi.de probat.tantum enim uacant uenationib.contra tradita per Fuceum de Syndicatu, chart. ii. de exceſ.regum. col.iii. Cepol. in ſeruit. ruſticis. c.xxj.de occupatione.col.fi.Anteros Fregoſii char. fin.qui an prohibeatur ruſticis.Decius conſi.cxcvii. in caſu. & cclxxi.ſuperiori anno. Afflictus conſtitutione.eſt chart. cclxv. in fini.col.Et intantum inoleuit, quòd niſi quis uellet ab hominibus utriuſque factionis uituperari & peſſundari, ut uidemus etiam quantuncunque rectè incedat & ſapienter,ut qui dormit inter duos,nedum ſe reuoluit,quin alterum diſcooperiat, & alterum nimis oneret. Seneca de clementia chart.iii.c.non poteſt quid autem eo infelicius,cui iam eſſe malum neceſſe eſt , uel ueſpertilio, ſeu maltrauerſus nominari , ut de Bononienſibus Papa Pius epiſtola xxx.chart.v.i.ad ducem Mutinæ, uel ruſticus uocari, tanquam non habens arma inſignia , ſeu diuiſias à maioribus,cogatur uelit nolit ſe partialem demonſtrare, quaſi nobilitas in ſola partialitate conſiſteret potius quā in ſola uirtute , ſecundum Iuuen. quem referunt omnes tractantes materiam nobilitatis.Card.Papa, chart. cviii. epiſt.clxxviii humile, & in ſatyra , Stēmata quid faciunt. quem refert etiā Iodo.in tract.de nobilitate.c.iiii. & Iaſ. in l.mora.ff.de iuriſdi.omniū iud.Et ꝙ ſit à natura , dicūt iſti partiales,& ꝙ natura non fallitur. Fortun. in l.i. ff.de pact.char.vii.col.j.imò ſemper reminiſcitur. Bal.in l. parē tes.C.de teſtib.col.i. † Et propterea fugiūt eos de altera 127
factione:quia nō ſit arādū cū boue & aſino.gl.fi.in c. ſi. de ſtatu monac. Sed ex prædictis patet ꝙ ſunt ſuggeſtiones diaboli,& falſiſſima commenta debet unuſquiſq; gloria-

ri de eo, quod propria uirtute qu æſiuit, non de eo quod ſibi progenitores relinquerunt, gl. in l. ſi quis in bello. ff. de captiuis. quam allegat Lancel. in l. i. C. de pact. ubi Pich. chart. ix. gl. in l. ſi anguſtè. quam allegat Bar. in l. ſi inſulã, ff. de uerb. obl. in vj. opp. & illas gl. allegat ad hoc Iaſ. in d. l. more, ii. not. ubi etiam allegat Ouid. li. xiii. Metamorph. Fabula, i. referens illud Vlyſſis, Et quæ non fecimus ipſi. Vix ea noſtra puto. quod dictum etiam refert Roſar. Buſti alia adducens lib. ii. ſerm. xxxi. litera. d. Iodocus in tract. de nobilitate c. ii. & ſeq. uſq; ſeptimum, & ſubiicit Iaſ. allegando Ang. ꝙ plus diligimus ea quæ noſtro ſudore acquirimus, quàm relicta à parentibus. Hinc dicit Bald. in c. i, col. iiii, de iudiciis. in ii. lectura, quòd prudentia & uirtutes non ſunt ex radice, ſed ex animi uirtute, quia à communiter accidentibus nimis ſapiens generat ſtolidos. idem dicit Codrus ſerm. xii. magna res eſt. chart. vii. quia omnes ſcientifici, melancholici. Politianus centuria. i. c. xc. col. ii. Et dicit Petr. de proſpera fortuna. c. i. quòd hoc eſt ne uirtus bonum hereditarium uideatur. pro quo Dãtes in Purgatorio, cãtu vii. ver. rare uolte &c. Vdalr. in l. ii. ff. de orig. iur. col. xlv. Sed Barbat. in l. i. col. pen. de iudi. dicit oppoſitũ pro quo Stephanus Ricius in doctoratu Pezani. in oratione incip. Zeuxis. char. iii. dicẽs maximè ĩ iure olim ſciẽtiã facilius trãſire in poſteros. & ibi plura exẽpla cõmemorat ad prædicta Paul. de Citadinis in tractatu de iure patronatos. in præfatione ad imperatorẽ. col. iiii. dicens ꝙ iactantia ex uirtutibus maiorũ eſt ridiculoſa, & uera uirtus ac laus eſt niſi a ſeipſo, nec à poſteris eſt expectãda, qui ſæpe merita parentũ degenerant, & ibi adducit dictũ Alexãdri Macedonis. Facit quod cõgerit Chriſto. I afranchinus in tract. de præcedentia doctoris & militis. char. x. & ſeq. ubi inter cætera allegat illud Iuuenal. Miſerũ eſt alienæ incumbere famæ. de quo Vdalr. in d. l. ii. col. lxviii. & in annotationibus uariorum. chart. ccj. Iaco. Bonon. in prælectione Boerii. col. ii. Petrarc. de remediis utriuſque fortunæ parte. i. in dialogo de generoſitate. Et illud Marii apud Salluſt. poſt medium Bugurt. & Gaium Flaminium in ſua ratione. & gl. in d. l. ſi quis in bello. & Aluarotum. & illud

diſtum. Marij refert etiam enchiridion militaris diſcipl. char.lxxv. Petrus Gerard. not.xxxiij. incip. Nobiles. addens text.cum gl.in c.nunquam.lviij.diſt.& quædam alia. illud dictum Marij, & prædicta iura cum alijs pluribus allegat etiam Paris de Puteo in tract. de re milit. lib. vij. c. j.col.penul.eſt char.xxvj.& ibi allegat Chriſoſtomum ſuper Math.iiij.† quòd melius eſt de contemptibili fieri clarum, quàm de claro genitore fieri contemptibilem. Paris adducit illud Ciceronis cõtra Salluſt.quòd melius eſt nobilitatem fundare,quàm euertere:& quod in me incipit,in te deſinit.refert etiam Fely.in c. ſuper eo el.ij de teſtib.col.iij.Bon.in tract.de nobilitate.iij.parte,nu.lxxiiij. & Iodocus in conſimili tract.c.vj.allegat fuiſſe dictum Iſocratis. & illud Cicer. refert. etiam Ioan. Montolonius in Promptario iur.in uer.nobiles. col. fi. & Guilielmus Mara oratione v.incip. ſi linguæ.ante fin. Quibus inhærens ille qui redarguebatur quòd ſederet in loco nobilium,reſpondit:& ego nobilis ſum,& nobilitas mea eſt circa caput.ueſtra declinat ad caudam.Et illam gl.in d.c. nunquã refert etiam & ſequitur Ioan.de Selua poſt Cardin. Alexand.& alios per eum relatos in tract.de beneficio.iij.parte.q.vij.col.iij.ubi col.antepenul.dicit,Regnũ Iuda ab infimis originem ſumpſiſſe.facit Valerius & Valeriana lib. iij.de his qui humili fortuna orti clarum ſibi nomen uediderunt.Gellius lib.xv.c.iiij.incip.in ſermonibus. Petrarcha in j.c.triumphi Famæ ibi,& parechi. alter de natura humili.Iodocus in tract.de nobililitate.c.vj.& dicit Ioan. de Selua, quòd ſi nobilitas agnationis eſſe attendenda, cũ omnes ab Adam proceſſerimus, ut Afflictus in proœmio conſtit.regni.in primis uerbis,dicendum eſſet quòd eſſemus pares,nec appareret unde nobilitis ortum habuiſſet. facit Ioan.Renaudi in tractatu de nobilitate.quem poſuit in comprenſorio feudali char. lxxxix. colum. xij. Curia Delphinatus conſi.lxxxviij.ſed quæro. & Boetius de Conſol.lib.iij.metro vj incip.omne hominum genus. quem refert Iodocus.vbi ſupra c.v.& ita reſpondebat Sigiſmonda patri ſuo obiiciẽti ignobilitatem amatoris, vt refert Aeneas Syluius epiſt.cccclxxvj.incip Leonar.char. ij.facit Se-

128

necd de beneficio lib.iij.char.iiij.c.j. Ioan. de Selua. ubi
129 ſupra pen.dicit † ꝙ ſicut nobilitas cognoſcitur ex liberali
tate. Decius in c.ſedes.de reſcript.ita ruſticitas cognoſci-
tur ex tenacitate. hinc leo quia nobilis & rex animalium
eſt liberalis & multū cōmunicatiuus.idē dicit Iodoc. vbi
ſuprà.c.viij. & de Aquila dicit Bald.in c. dilecti .el. ij. de
131 appell.fi.ſubijciens, ꝙ ipſa non curat ponere muſum ſuū
in omnibus epulis tāquā inſatiabilis & famelica. quia a-
quila non capit muſcas, & pauperis eſt numerare pecus.
Barb.in c.in literis.col.vj. de offic. deleg. Iaſ. poſt Plin.in
ſua lectura de fero: nōdum potui reminiſci locū de aquilæ
laudibus.frater Lud.in tract.de Veritate cōtrit.char. xxiij.
Pomerius de S.Ioan.Euangeliſta,ſer.iiij.char. pen.col.iij.
poſt Franciſcū Meiro, & de tenacitate ruſticorū. Card.Pa
piēſis epiſt.& Iaſ.iocosè ad hoc uoce inducebat rub.C.ne
ruſtici in ullū obſequiū nocentur.lib.xj.imò nō audent ac-
ptare pecunias.l. domini prædiorum. C. de agri.& cenſi.
lib.xj.& quòd nobiles ſint liberales , probat Bal. in l. filia
legatorum.C.de leg. Barb. in c.j. col. j.de donat. dicentes,
quòd animus nobilis nō eſt ita limitatus ſicut animus fœ-
neratoris qui eſt ſtricti iuris & dicit Barb.in c.ſedes.co.ij.
130 de reſcrip.ubi ſubiungit † ꝙ nobilis præſumitur liberalis:
quia auaritia homines facit odioſos, largitas claros, & di-
cit Andræas Salernitanus in ſumma, ita eſſe auarum eum
qui utitur nimia parſimonia , ſicut eum qui aliena rapit.
uide Baptiſtam Pium in annotationib.c.viij.circa fi. Cō-
ſideret tamen domās carnem.gl.in cap.& ſi quæſtiones.in
uerſ.muneribus.de ſimon.quis dans, quis ve petens , quæ
res, quæ cauſa petendi, & cum uolueris dare, non promit-
tas tot promiſſiones: quia qui citò dat, bis dat.in Defenſo
rio montis, char.lxiij.col.ij. in fin. Et ad præſens oua, cras
pullis ſunt meliora: omne futurum deſpicitur , ſuadentq;
præſentia fructū: & hilarem datorē diligit Deus Ambroſ.
quē refert Hadr. Papa noſter in quodlib.q.viij.col.antepē.
eſt in ij.q.ſiue argumētis. Et Marcus Varro inquit. Semel
dedit, qui rogatus, bis qui non rogatis. latè Cæleſtina in
prin c.ſecundi actus.incip.fratelli.& dato annua nō anno,
id eſt nunc non in fine anni.gl.in §.ſed & ſi inſtit. de uerb.
oblig.

oblig.ubi, Annua ſi debes, exordia proſpicis anni. Anno
ſi debes, in fine tenebris anni. Et iſti totiens promittentes
rarò dantes. l. qui bis idem. ff. de uerb. obli. faciunt ut re-
digioſi illi, qui decies pulſant campanellam pro dicendo
unam miſſam. nam † da facie læta, ſine lætitia faciei quod 131
dederis, perdes rem, meritumque rei. gloſſ. in l. j. ff.
de donat. & tu qui accipis. Exiguum munus cum dat tibi
pauper amicus. Accipito placide, & plenè laudare memē-
to. gl. in l. quiſquis. C. de poſtul. circa medium. & tu qui dō
nas, utere mediocritate ne prodigus dicaris. uel auarus,
ſecundum gloſſ. in c. ex parte. de conſuetud. dum dicit, Pro
digus, eſt cum uitio retinenda profundens. Qui retinet cu
pidè quod det res depoſcit auarus, Largus qui ſum-
ptum facit ex ratione libenter. pulchrè Panor. in c. j. ij. no.
de dona. poſt Tullium ad rem. & quod ex uirtutibus pa-
rentum non debeamus laudari, neque ex uitijs uitupe-
rari, tenet Calcan. conſil. lxxiij. præſuppoſito. col. iij. Ioã
Lupus in tracta. de matrimonio. q. ult. Bonif. in tract. de
nobilit. parte ij. col. ij. ubi inter cætera allegat dictum
c. nunquam. & Apuleium de Deo Socratis, dum circa fi.
dicit. ſi laudas aliquem, quia generoſus eſt, parentes eius
laudas & in iij. parte colum. j. & ij. ubi num. lxxiij. & duo-
bus numeris ſequentib. facit Luc. de Penna in l. mu-
lieris. C. de dignit. lib. xij. & Ioan. Chapuis in epiſt. ante
lecturam ipſius Lucæ, quæ incipit uita tua. colum. fi. dicit,
non eſſe curandum origine, dummodo bona ſit doctri-
na. Et ibi diſputat de origine Lucæ de Penna. quem ta
men Paris de Puteo in tract. de Syndicatu ſemper dicit
eſſe Neapolitanum. ad prædicta facit Io. Andr. in cap.
conſtitut. col pen. de appella. Cicero lib. iij. epiſt. xxxvj. in
cip. pluribus. ante fi. Liſoperita ij. artic. iij. diſtin. eſt char.
xxij. & ſequenti. Hieron. in prologo ante epiſtolam Pau-
li ad Rom. incip. Romani ſunt. circa fi. M. Renaud. in Mi-
rouer des princes. in tribus. ult. char. Et pulchra uerba ho
die ſcripta circa ſedilia in Capitolio Romæ: ſola uerò &
claua uirtus nobilitas eſt: qua duce optimè reipup. con-
ſulitur. Non enim aliena quis, ſed propria glorietur: ne dũ
præclara maiorũ nititur iactare facinora, ſed potius de-

generem

generem fateri tacitè uideatur. Summo itaq; ſtudio ad illam anhelet, ut uirtute prædiṫus conſuluendo proſit reipubl. ſenatuiq; Romano. Et propterea Claud. in Monarchia Franciæ dicit parte.j.c..xvij.ꝙ principes faciliter nobilitāt eos quos ſciunt uirtuoſos. bene facit gloſſ. in cap.
131 undecunq;.lvj.diſt. Malò pater tibi ſit Therſites, dummodo tu ſis Aecidæ ſimili, Vulcaniaq; arma capeſſas, Quam te Therſitæ ſimilē producat Achilles. Facit frater Greg. Britanicus ſerm. funebri xxvj.incip. nobilis. & plures philoſophus ignobiliter ortos allegat Sen. epiſtola. xliiij. incip. Iterum. ubi ſubiicit, Quod nemo in noſtram gloriam uixit: neq; quod ante nos fuit noſtrum eſt. Et Landrianus in epiſtola ante lecturam Geminiani. facit illud. che ſol chiar è colui, che per ſe ſplende. Campanus in funere delij. de Ballionib. char. ij. frater Ludouic. Viualdus in trac. de laud. triũ librorum. j. parte. ix ratione. Et dicit Corius in Chronica de anno xij. huiuſmodi. quòd Vrbanus quartus reſpondit obijcieti ſibi ignobilitatem, uirum nobilem non naſci, ſed fieri uirtute nobilem. facit Rodoricus Seculo humanæ uitæ lib.j. ca. viij. de uanitate nobilitatis. ubi in cap. præcedentibus diſputat plures quæſtiones in materia. Et propterea dicimus nobilem uirtute præferri nobili genere: ut patet in authoritatibus prædictis. Et Liſoperita. char. xxvij. Scrutinium. char. xvij. Alex. lib. vj. conſil. ccviij. num. viij. & conſi. ccxiiij. in fin. Rom. ſing. ccclxxxv. incip. heri fui interrogatus. & dcliiij. nobilitas. Catel. ij. parte Memoral. in uerſic. doctor literatus. Barbat. lib. ij. conſi. lvij. col. viij. Corſet. in repet. Abb. in uerb. doctor. Bon. in tract. de nobilitate. iij parte. num. xcvj. & cxviij. Somnium Viridarij lib. j. ca. cxxiij. cum præcedentibus & ſequentibus. quicquid in contrarium uideatur ſentire Tremolus in additionibus ad practicam Bonacurſij, charta ij. in fi. j. colum. Non obſtat prædictis. l. quòd ſi nolit. §. qui mancipia. ff. de ædil. edict. & Scrutinium charta xvij. pro quo Papa Pius epiſt. vj. eſt charta xxxvij. ubi Sigiſmundus iactabat familiam malateſtarum. &
132 charta xlvj. † quòd magnus eſt nobilitatis fauos. & Corius in Chronica de anno Milleſimo ducenteſimo ſexageſimo-

ſimo ſeptimo in oratione Mediolanenſium coram Papa Clemente, dicit quòd nobilitas habet aliqualem poteſtatē in ſubditos, & hoc cōceſſum iure nobilitatis antiquæ, uel indulgentia principum, pro quo Iodocus in dicto tractatu de nobilitate. conſilio ix. Budæus in annotationibus Pandectarum charta .xxvij. ante medium. dum loquitur de gentilitate. Et Igneus in repet. authen. ex cauſa. col. xcix. dum dicit, quòd ea quæ competunt alcui iure agnationis, non renunciatur, licet renuntietur hæreditate. Et quod uult Angel. conſilio. cx. ſanctiſſima col. ij. dicens, quòd felix radix extendit ſuam uirtutem in palmites. & ibi in col. ſeq. & apud Ioſephum de bello Iudaico. lib. j. cap. xxvij. charta. iiij. Glaphira obiiciebat contra Salmonem, quòd orta eſſet ex humili genere & ſcribarum qui & operam darent literis. Lucæ j. dicitur quòd Ioſeph erat de ſtirpe Dauid, tamen Iudæi opponebant quod erat faber, ut Marci vij. Cardin. Papienſis epiſt. clxxxviij. Quia reſpondet. Decius in cap. clerici. col. penult. de iudicijs. & Lafranch. in dicto tractatu, quòd contraria procedunt ex præſumptione, ſed non pro ueritate, quia plerunq; uidemus oppoſitum. ut Papa Pius epiſ. vj. char. xij. eſt in opere. charta xliij. dum dicit; Nobilitas horum incerta, perfidia & hæreſis bene eſt certa. facit tex. in l. quotiens. C. de digni. lib. xij. & reatus omnem honorem exclu dit. Bald. in l. executorem. col. pen. C. de execu. rei. iudic in cap. teſtimonium. ij. col. de teſt. facit Inſtructio eccleſiaſticorum. char. xj. & d. char. xlvj. dicit, † quòd nobilitas parentum non poteſt filiorum excludere tenebras: & ibi enumerat plures Romanos qui ab antiquis degenerauerunt. cui adde Valerium & Valeriam de his qui claris parentibus orti degenerarūt. Iodocum in tract. de nobilitate. cap. xj. late, Longolium in ſua defenſione habita Romæ incip. quod. char. xxxiij. & ſeq. & idem Papa Pius epiſtola. x. in opere. char. lxxxvij. dicit, quod affinitas cum magnatibus eſt ficta & inanis gloria, & non de ſanguinis altitudine, id eſt aliena dote gratulandum dicit. pro quo Landrianus dicta epiſtola ante Geminianum ſuper ſexto, ubi tales nominat, prout Papa pius ibidem, charta. cviij.

133

xviij.poſt Senecam epiſt.xlvij.libenter licet Senecam non referat.ubi Papa Pius,& dicit multorum regum parentes fuiſſe ſeruos,& ſeruorum progenitores quandoq; regnaſſe:nec potentiam ullam ulli inter mortales non deficere, nec nobilitatem nõ obſcurari. facit Dãtes in Purgatorio, cantu xx.incip.cõtra miglior. circa med. dum loquitur de Vgone Capeto qui fuit filius Macellarij, & tamẽ fuit Rex Franciæ, à quo tot Philippi & Ludouici deriuarunt. Sed Guaguinus in uita illius hoc nõ dicit, licet paulò ante in uita Clodouei,dicat quendam macellarium ob diſcordiã in regem electum, qui poſtea à ſuis dolo occiſus eſt. facit late Gilbertus poſt Philoſophum ij. Oeconomic. in quæſtionib.char.x.& ſeque.& dicit Politianus in lamia. char. iij.Nec eſſe regem quenquam,qui non ſit è ſeruis natus, nec item ſeruum,cui nõ origo ſint reges,omnia enim iſta quæ diſtant,longa ætas miſcuit. Petrarcha epiſt.xcvij. incip. Noli obſecro. ubi dicit ꝙ Chriſtus ex humili radice naſci uoluit. & opponenti alicui eum natum in uico: reſpondet Cicero in oratione pro Sylla. char.ij. & ſeq.quoquo facit illud Anacharſis quod refert Bonus in tractatu de nobilitate.iiij.parte.numer.lxxiiij.Gulielm.Mara oratione ij.Ex me ualet, mihi quidem probro eſt patria,ſed patriæ tu.Et ſe iactanti quòd ſit natus in celebri urbe, reſpondet Iacobus Gualla in ſanctuario Papiæ, in procem. libri vj.cap.xj.de Papiæ antiquitate,dicens,mortales inaniter gloriari de ueteri ſeu celebri ſe oriundos ciuitate; ſi eos ignobiles ſua efficit improbitas. Et inter reſponſa Ariſtot.habetur,quòd non eſt conſiderandum ex qua patria quis ſit ortus,ſed qua patria dignus ſit.& dicit Hoſtien.in ſumma qui fil.ſint legi.§.qualiter & à quo.col.vj.quòd nihil intereſt utrum per filias, vel generos conſulatur commoditatibus ciuitatum,& utrum lex nouos faciat curiates an foueat quos.

134 ¶ Ad partialitatem redeundo, ſunt enim aliqui qui uolunt penitus neceſſe omnes eſſe partiales, veluti ſi natura nos cum partialitate produxiſſet, uel quaſi eam in baptiſmo cum cæteris operibus ſathanæ non abiurauiſſemus. Quicquid ſit,à bono nõ deterreamur.quia,Beati qui perſecutio-

ſecutionē patiuntur propter iuſtitiam.&c, Omnes qui piè uiuere uolūt, perſecutionem patiuntur. Sed nihilominus ſemper boni homines diligūtur, & Deus diligit eos, & boni ſemper uincunt, mali uerò homines, debent expelli ab omni honore, quia ſeruiunt diabolo & ſunt ſine conſcientia ſunt uerba Bald. in l. Caſſius. col. iij. ff. de ſenat. & quando Deus per eos peccata noſtra diluerit, faciet vt ancilla de ſcopa, nam poſtquam de ea domum mundauit, ſcopam tandem in ignem comburendam iacit. Non immeritò ergo Matthæus uicecomes reſpondit illi de la Turre ſe rediturum ad dominium Mediolanēſe quando peccata Turriani eſſent maiora peccatis Matthæi, cum Turrianis ipſum expulit, refert Corius in Chronica ſub anno M.cccvj. in fi. & Petrarcha, licet non ita clare epiſt. xiiij. Exilium. I char. ij. Et quia uidemus Italiam tot bellis conquaſſatam & exhauſtam, præſertim à xxviij. annis, citra quibus nunquam quieuit, vt longe lateq; in quodlibet latibulo uexata fuerit, & nondum finis. Ioan. Picus Mirandula contra aſtrologos lib. iij. c. xxiij. maximè à feſto S. Io. Baptiſtæ M.dxxj. citra à Parma uſq; ad Secuſinā & mōtes, nulli ciuitati, nulli oppido parcitū eſt: imò etiam Genua ipſa die xxx. Maij M.dxxij. fuit per uim ab Hiſpanis capta & depopulata. Alteſes depopulati bis in trimeſtri & fugati: & ut mala malis adderetur, ſuperuenerunt grādines inſolitæ, & peſtis in maiori parte locorum, qua communi iudicio ultra centum millia perierunt his duobus annis à Mediolano uſque in Pedemontium incluſiuè: adeò ut nemo, quanquam decrepitus, ſit memor hac in patria uidiſſe nec audiuiſſe tantam iacturam & calamitatem: unde hoc? Alij aſcribunt amœnitati prouinciæ emulæ uicinis: alij quia Italia eſt longa adeò quòd duæ extremitates ſibi ſuccurrere nequeunt: & tamen eſt fortis à natura propter fluuios & montes: & arte propter tot rochas & caſtella ac paludes in quibus & in mari ciuitates ædificatas cernimus. Alij duobus eius dominis qui eliguntur & ſæpe mutantur, ſcilicet Papa & Imper. Aegid. de regimi. princip. lib. iij. parte ij. cap. v. Et quòd Imperator in ea non reſidet. Petrarcha lib. vj. epiſt. xix. incip. quo te. & inter eos de

iuriſdi-

iuriſdictione Italiæ diſſentio. Bal. de pace Conſtantiæ . in ult. gl. in l. executorem . charta. fi. de executio. rei iudica. Decius in ca. nouit. col. v. de iudi. quorum deciſionibus & legibus circa hoc non omnes uolunt ſtare, aſſuetis in conſtitutione quãto cæteris. col. fi. Igneus in diſput. cum me legẽte. col. xxviij. Alij acumini ingeniorum de facili propterea uarietatem appetentium frater Hieron. de Ferraria in libro de regim. ciuitatis Florentiæ. tractatu j. capit. iii. ut etiam uidemus in Bald. Alij, & benè, aſcribunt iſtis partialitatibus. Iſer. in prin. de pace ten. Iaco. Sign. in tractatu Gallico, de decem tranſitibus ex Gallica in Italiam. charta. vj. Quia ut Salluſt. circa med. Catil. cum quo Morus in republica Vtopiæ. charta. xxvj. Hi quibus opes nullæ ſunt, bonis inuident, malos extollunt, uetera odere, noua exoptant, odio ſuarum rerum mutari omnia ſtudent. facit Aeneas Syluius epiſt. lix. qui nunquam quieſcunt, nec alios quieſcere permittunt. ut Thucydides libro j. in oratione Corinthiorum ad Lacedæmonias. Sex cauſas enumerat Enchiridion militare. char. xxxix. poſt Panorm. in cap. Piſanis. j. not. de reſtit. ſpol. facit Practicus Papien. in forma libelli pro turbata poſſeſſione. in gloſſ. ad ceſſandum. in fin. Ant. de Prato in tractatu de ſecun. nupt. chart. xviij. colum. tertia. Calcan. conſilio xxiiij. capio primum. colum. iiij. dicens quòd in Italia nunquam eſt pax niſi alterius belli præparatiua, & ſic ſuccedit illum tragicum relatum per Barbat. in capitulo ſignificauerunt. col. vij. in capitulo fina. de iud. finis alterius mali gradus eſt futuri. refert Stephanus Malereti in tractatu de elect. chart. lxx. colum. iii. & profectò poſſent principes in ſuis regnis ſeu pacificationibus apponere clauſulam, quæ eſt poſt prolixam tranſactionem inter ſacrum collegium Doctorum Papiæ, & uenerandum Collegium Caſtilionum, uidelicet quòd liceat nihilominus alteri parti quotieſcunque uoluerit a conuentis diſcedere, & credo q niſi eſſet illa clauſula, iam decies fuiſſet ab ea receſſum, quia neutra partiũ multùm contentatur de ea, ita principes ſi tempore noſtro ſic facerent fortè diutius durarent quàm temporibus noſtris uideamus, quibus uix exiccata papyro incipiunt

contra-

contrauenire & bellari,& excuſando ſe † quòd bonus eſt 135
dolus quo hoſtem decipimus.l.j.§. nō fuit.ff. de dol. Cotta ij.Memorial.in uerb.dolum malum. Decius in l. ea eſt natura.ff.de regul.iur.hinc eis licet dare ad uſuras. Card. in clem.j.§.ſane.q.xj.de uſur.& fidem frangere, dummodo non duci belli.Corn.lib.j conſilio clxxy.conſuluit litera e.gloſſa in dict.§.non fuit.Bartolus in quæſtione incip. Lucanæ.columna decima. de quo dubito propter iſta, & rumpere iuſiurandum pro ſe liberando à carceribus. Iaſ. in l.ſi duo patroni.§. finali. columna penult. ff.de iureiur. Canarus. de uirt. iura. quæſt.lx. Ioan. de Selua in tractatu de iureiu.par.iij.q.j.in fallen.xj.facit quia malitiā malitia poſſumus repellere. gloſſ.in cap. cupientes. in uerb. malignantium.lib.vj.ad quam Iaſ.in l. cum proponas. ij. iiij.not.C.de pac.in l ſi rem tibi inſpiciendam. ff. de præſcrip.uerb.in l.prima.col.v.C.de teſt.Decius in capitu. ſedes, in primis uerbis de reſcript. Curtius Iun. in l. iii. ff. quod prætor. ff.ne quis eum,qui.in l.ſi uerò.chart.j.ff.qui ſat. cog. Corſet. de poteſtate regia. q.lxxxvj. in fin.ubi in priuilegijs pacis. uerſic. cxiij. Igneus in repet.l. donationes,quas diuus.colum.xj.de donat.inter uir. & uxo. Petr. Gerard.not.xxvj. Hipp.not. clxxij.malitijs. in l. j.§. Præterea. colum.x.§. cùm quis. colum.ij.ff.de quæſtio. dum tamen fidē non frangamus. ſecundū Hipp.d.ſing.clxxvij. Cæp.de imperat.militum deligen.charta.iij.ubi illud,Dolus an uirtus, quis in hoſte requirat? fuit unius iuuenis, ut Cotta.ubi ſuprà facit Hippol. not.cxlviij. Graue eſt fidem fallere.& latius Fortun. in l. conuentionum, colum. iii.ff.de pactis.ubi dicit procedere in omni milite. & Ioannes de Lig.in tractatu de bello. capitulo lxj. Et Dantes in Inferno, cantu xxvij.incip. Gia era. dicit illum fratrem damnatum,quia conſuluit lunga promeſſa con l'attender curto ti farà trionfar ne l'alto ſeggio. dixi inter feudalia Bruni conſilio xij. Et adeò frequentantur hæc bella, quòd niſi in bonis agnationibus Lombardiæ facerent, ut apud Appianum Alexandrinum Raſpus & Raſpicolus, ſcilicet unus frater uni principi ſeruiret, alter eius aduerſario, & ſic bona à direptionibus & confiſcationi-

tionibus ſaluantur iam omnia depauperata eſſent & abo-
136 leta: quia ut in d. conſil. xxiij. † ſubijcit: Calcaneus fuiſſe
reſpõſum beato Bedæ oranti pro pace Italica, Beda Beda
tace, quia Italiæ nunquam erit in pace. licet facit Dantes
in Purgatorio, cantu vj. incip. quando. Petrarcha in can-
tilena incip. Italia mia. licet Nicolaus Boerij in cõſ. de cu-
ſtodia clauium portarum. col. j. dicat, ꝙ etiam bella ſint
frequenter in Francia, non tamen ſic temporibus noſtris.
quia & Galli, & Heluetij, & Hiſpani & Teutonici omnes
eorum pugnas ueniunt committere in Italiam, cum maxi
ma Italiorum diſcrimine & iactura. Adeo ut Itali olim ui
ctores, gentium, nunc, heu, uincentium præda ſumus. Pe-
trarch. epiſt. xcvj. inter multifidas. & barbarica ferocitas
ſæpius deuaſtat dulcem Italiam. Bal. in l. executorem. col.
fi. C. de re iud. ubi in fi. ſubijcit quod lis cedit uictricibus
armis. & dicit idẽ Bal. in c. j. de treug. & pac. quod ubi de-
ficit ius ſupplet enſis. Sed nunc quod tandem arma ſum-
pſit Italia ut Lutherus dicit, nunc tandem ſapit Germa-
nia. quid erit, Deus nouit. Non enim milites hodie obſer-
uant quæ tradit Enchiridio militare. Nec arbor bellorũ,
quia non debent milites eſſe terribiles inferioribus: ſecun
dum Bal. in rub. C. qui accuſare poſt princ. M. Ranaud in
Le mirouer des princes. char. iij. & vj. Item neminem de-
bent concutere, nec opprimere: ſed eſſe contenti ſtipen-
dijs ſuis. c. paratus. in fi. & militare. xxiij. q. j. Hadria. Papa
noſter in Quodlibetis. q. ix. eſt char. xcij. litera g. Io. Mon-
tolonius in Promptuario Iuris. in uerbo, miles & tamen
concutiunt & opprimunt ſaltem hoſpites ſuos: licet cum
inimicis humiles ſint, excepto tempore uictoriæ. & in eis
uerificatur illud, Sæpe minus faciunt homines qui magna
minantur. Alexand. lib. ij. conſil. cviij. licet deberet facere
contrarium, ſecundum gl. in c. j. de ſponſalibus. in uerbo,
vlciſci. Qui uincis ſemper ut uictis parcere poſſis: Parce-
re proſtratis ſcit nobilis ira leonis. Item deuorãt, rapiunt,
deprædantur, graſſantur & depopulantur nedum laicos,
ſed & Eccleſias, adeo quod ſachomani mererentur furca ſu-
ſpendi. ſecundum Iaſ. in §. ex maleficijs. col. ij. inſtit. de a-
ctionibus. Ang. inſtit. de teſtam. milit. circa fin. Lancel. in l.
cùm

cũm res.col.iiij.& fi.de leg.j.ſi.n.eſt illicitum concupiſce-re ſuem,bouem,uel aſinum,ſed debeat quis ſtare conten-tus ſorte ſua.Pau.de Caſt.in l.pen.ad fin.C. ſi.reg.quanto minus rapere licebit,& propterea Imo.de iureiur. in c. fi. colu.pen.dicit. quòd illud quod acquirunt ſtipendiati eſt cum mala cõſcientia, ubi eos æquiparat uſurarijs. Anch. in regula,peccatum.col.xiiij.Non.n.antiqui milites ſic fa-ciebant,ex quorum aduentu ſolebat ex affluentia pecu-niæ patria impugnari,at nunc coguntur oppidani fatiga-ti & deſperati uel foris uel domi etiam ipſi cum militibus fraudibus & uenenis dimicare.ut ille de Pinerolio,qui mi litibus dormientibus in domo eius domum ſuccẽdit &au fugit.Quid.n.differt ab hoſtibus qui hoſtiũ modo aufert, deprædatur,& tã ſocios quàm aduerſarios ſpoliat. ut in-quit Enchiridion militare char.lxiiij.& chart.lxxiiij.poſt Luc.de Penna,dicit quòd ſpoliantur, deprædantur, & in doloribus alienis implent ſuos illicitos appetitus:licet ra-rò ſæuiant in æquales uel eos qui ſe poſſunt defendere, & ibi plura vide per te, quia liber eſt impreſſus, & dicit Paris de Syndicatu.char lxiiij.in medio col.iiij.quòd non eſt indulgendum militi,cui obuiare oportet ut latroni.Et ita audio fieri in Burgundia,licet milites ibi utãtur igne, quia minus malum eſt mori ſemel,quam dietim, poſtquã & omnino omnia conſumunt uel deprædantur,& ſaltem ſi pro tuitione rerum ſuarum & reip.moriantur,ſunt cer-ti de Paradiſo,ut dixi inter feudalia Bruni.conſi.xii. col.i. ante fin.adde nunc quod fuit dictum Macrobij de ſomno Scipionis.lib.i.quod † defendentibus rempub. ſit deſigna 137 tus locus in cœlo,quem refert Papa Pius ad ducem Me-diolani,epiſt.xlix. char.vj.& ad Turcam. chart.vj. Auguſti-nus Datus lib.iij.orationum.in viij.oratione incip. erant partes.facit Euſebius de Euang. præparatione lib. xiij. c. vj.& ſeq.Iacobinus in inueſtitura.in uerb.promiſerũt de-bita ſeruitia.col.vj.Alex.in l.frater à fratre. ad ſi.ff.de con di.indeb.Barb.in Ioannina.col.xxv. quæ addi poſſunt ibi per me dictis in d.conſil.xij. Et quid uiſum fuit in ueſpe-re Siciliano,de quo Blondus lib.viij. decad.ij. ſub anno. M. cclxxxj.vide pulchrè & eleganter iuxta morem ſuum

Eraſmum quid de militibus ſcribat in actuario ſuarum epiſtolarum.charta.lxij. epiſtola incip. ornatiſſime. Codrum chart.cxij. eſt ſylua pax. & charta. cxxxvii. ſatyra i. & ii.vnde tot ueniunt reuolutiones, quia propterea ſubditi dominis redduntur infeſti. Ripa in tractatu de peſte charta.xliiij.numero clxxix. item aliqui tot blaſphemias contra Deum & eius immaculatam matrem offendunt, quæ ſufficerent ad deſtructionem exercitus & tamen niſi ſic faciant non uidentur fortes. Card. Oapa charta. cxxx. epiſt.incip.audiens.quamuis deberent educi extra caſtra, & obrui lapidibus.Leuitici xxiiij. Iodocus de nobilitate. c.xv. nec uidimus pro aliquo ſcelere Deum tot miracula oſtendere,ſicut pro blaſphemia: ſpiritus autem blaſphemiæ non remittetur Matth.x.Et ideò nimirum ſi Moderni milites coguntur etiam quodlibet minimum municipium cum magna ſanguinis effuſione ſuperare: & tamen anteactis temporibus cum uno calcari (ut ita dixerim) ligneo abſque euaginatione enſis,acquirebant unum regnum.procedit enim hoc ſecundum Enchiridion militare.charta lxiij. † quia plerunque in bello ualet bona conſcientia:eo quòd amplius de diuo auxilio præſumat,q ſe nulli criminum implicatū agnoſcit,pro quo Claudius in Monarchia Franciæ parte.iij.c.xij.M.Renaud in Mirouer des princes.charta xxxvii.ubi allegat nume. xxxj. facit illud glo.magnæ.ad fin.in clemen. ſi dominum. de reliq. & uener.ſanct.nimium dilecte Deo,cui militat æther,& cōiurati ueniunt ad claſſica uenti. Audio tamen quòd artigliaria ſolet peiores ſeligere à bonis,quos plerunque miraculosè inter medios obmittit illæſos. † ſunt qui dicant bellum eſſe executorem iuſtitiæ:quoniam occiſores & fures qui plerunq; à iudicibus uel principibus tolerantur: ſolent ibi communiter omnes interire. ut Iudicum xx. Vbi licet Deus iuberet ire in bellum, tamen non dedit uictoriam, donec in duobus diebus xl. millia ſceleratos qui erant cum eis occidi permiſit. Etenim apud Fornouium M.ccccxciiij. ob peccatum quod dicere nolo. Guiliel.Mara oratione ij.incip.ſacratiſſimarum.quinque millia Lombardi interierunt, apud Garigliantum. M. diiij.

(margin: 138 at "re.charta lxiij."; 139 at "raculosè inter medios")

decem

decem millia Galli. quia omnes ruſticos uocabant. M. dix.apud Pandinum ſeu Carauazium ob eorum blaſphemias duodecim millia Lombardi.M. dxij. apud Rauēnam xx.millia Hiſpani: quia uolebant zucharum bruſchum. M.dxiiij.quinque millia Lanſqueneti apud Nouariam ob peccatum ebrietatis.M.dxv. apud Mediolanum ſeu Marignanum. xv. millia Heluetij ob pecuniam extortam à populis anno anteriore. M. dxxij. ad Bichocolam apud Mediolanum quatuor millia, & ſic quantum ſanguinem diebus noſtis bibit Itala tellus, & nondum finis & quod deterius eſt,Turca qui anno ſuperiore Belgradum in Hūgaria arripuit, quæ murus dicitur ciuitatis Chriſtianæ, prout Gallia domus,ſecundum Card. Papienſem. chart. ccvij.epiſt. incip.cùm nunc Rhodum & ſeſe inuicemChriſtiani principes, & in Gallia & in Burgundia & in Lombardia mutuis bellis confodiunt & abſumunt. Quod uidens Turc. ipſe inter ea negotium expedit, & Chriſtiani non aduertunt. quòd modernus Turc. longè eſt potentior anteceſſoribus ſuis, qui licet debiliores, tantam iacturam attulerunt tamen reipub.Chriſtianæ, quanto plura faciet iſte qui nouiter Soldanum ſuperauit? & qui ſecundum fratrem Ang. Anachoritam uallis umbroſæ, in ſua epiſtola ad Florentinos de anno. M.cccxcvi.tunc ordinariè extra patriam poterat manutenere equites quinquaginta millia,&ſic quantum augmentū acceſſerit nunc reditibusTurc.qui tunc ſecundum eum erant de octo millionibus ſeptem centum & octoginta millibus ducatis ſingulo anno,ultra alios infideles qui tot ſunt quot extra patriam poſſunt ordinariè intertenere equites nouemcentū millia,qui tamen,ſecundum eum,rex Frācorum niſi quinquaginta millia.licet dicatur quòd habet quinque milliones ſcutorum in annuo reddittu,ſi uerum dicat frater Angel.& infraſcripti.tu uideris,quia ego ſum merus relator. Item ſereniſſimus Imperator rationem officij aureorum millia ducentum,ut Cardi.Pap.char.ccix.epiſt.incip.cùm in Germania.Italiæ autem redditus ſecūdumIacob Sign. in lib.Gallico,de decē itineribus per quæ exercitus Gallicus poteſt ingredi Italiā,compoſito de anno.M.dv.ſunt in

ſumma quatuor millioni ducētum & triginta quinq; mil-
lia iſto modo : uidelicet Papa ex terris eccleſiæ ducentum
& quadraginta millia, camera apoſtolica centum & uigin
ti millia, regnum Siciliæ ſeptem centum millia, Veneti
intra Italiam octo centum millia. extra Italiam ex Scla-
uonia, Candia, Morea & Corfu, Modoni quatuor centum
millia. ducatus Mediolani ſex centum millia. Florentini
ter centum millia. Senenſes octoginta millia. Bononien-
ſes ſegaxinta millia. Genuenſes centum millia. Lucenſes
triginta millia, dux Ferrariæ cētum & uiginti millia, Mar
chio Mantuæ ſexaginta millia, Marchio Montisferrati
quadraginta millia. Comitatus Aſten. quinque millia,
Marchio Saluciarum decem millia. Pedemontium ſeptua
ginta millia, Barones regni Vrſini. Collonenſis, Cameri-
ni, Sinegaliæ, Piſauri, Forliuij, Imolæ, Faentiæ, Capi, Cor
regiæ, Mirandolæ, & alij plures in ſimul quinque centum
millia. & ſic hi reditus comparari non poſſunt redditibus
Turcæ. † Adde quòd eius exercitus cum longè minori im
penſa tranſducitur, quia uinum non bibunt, & dormiunt
induti ſuper tabulas. ſed omnes noſtri milites uolunt mu
lum cum coffanis & lecto coopertinato. Item Turcæ nun
quam mutant habitum quo ad formam, at noſtri milites
ſingulo anno diuiſias, & veſtes uariant. modò longas, mo-
do breues &c. Nam quilibet ſagittarius in habitu uult ui
deri miles, miles capitaneus, & quilibet capitaneus uult
uideri princeps. clarè Archiepiſcopus Florentinns in iij.
parte ſummæ, titulo iiij. §. viii. allegando. S. Bernardum.
Claud. in Monarchia Franciæ. parte ij. cap. xxj. & xxiiij.
Enchiridion militare char. lxxv. & poſtea tales ueſtes ini-
micos reddunt audentiores propter prædam, ut dicit Han
nibal quem refert Gell. lib. v. c. v. in libris. Item tempus
quod famuli in armando patronum exponere deberent,
conſumunt in componendo mallam & ſarcinulas quam
dimiſſo patrono in militia, ipſi cuſtodiūt retro baghagia,
quæ quandoque propter rumorem uertuntur in fugam,
quæ poſtea fugam præſtat toti exercitui, ut ſæpe uiſum
132 eſt. Claud. in Monarchia Franciæ. parte iij. cap. x. facit il-
lud, Nec rudis infeſtis miles radiabat in armis, Miſcebāt
uſta

vſta prælia nuda ſude.refert Baptiſt.Pius in annotatis poſteriorib.c.xxv.in fi.Et tamen Romani ſubegerunt totum orbem, ſecundum Auguſt. in x.parte operum ſuorum.in tract.de Antichriſto.ubi col.penul. dicit, quòd licet nunc plures deficiãs à Romano imperio,tamen antequam Antichriſtus ueniat,Galli adhuc omnia reducent ſub imperio Romano. ita etiam refert Mirabilis liber prophetiarum char.vij.At nunc quia ad pompas militum ſtipendia non ſufficiant, concutiunt & extorquent à ruſticis, quos (vt materialiter loquar)vitam cum iecore cacare compellunt. ſunt uerba Catonis Sachi in oratione habita in doctoratu unius equitis. nouerunt enim ad hoc infinitas artes,vt Ioã. Gerſon cancellarius Pariſienſis in iiij.parte. ſerm.incip.viuat rex. ad regem Franciæ nomine Vniuerſitatis.Pariſienſis col.xxviij.ſub quarta conſideratione. ordinauit enim Ludouicus rex xij. leges quaſdam militibus de anno.M.dxij.die xij.Maij.huiuſmodi continentiæ.quã ſtatim refero. Ex quarum forma qui ſub parua paga militant,habent uictualia pro tribus quæ ualent quatuor. & reliquum ſupportat communitas.neſcio quo iure hoc nõ uum vectigal milites ad ſubtili ingenio auferendum autũ à ruſticis utuntur hac fraude quæ eis toleratur. conueniũt menſores quos forrerios apppellamus vt Enchirid.char.j. per l.j.C.de metatis.lib.xij.à quibus petunt hoſpitiũ pro cintum equitibus licet habeant ſolum octoginta, de reliquo, capitanei regem fraudant & uendunt exemptionem ſeu complacẽtiam communitatibus, quas nec in plus poſſent onerare.At miles cũ primum uenit ad hoſpitiũ, ducit meretricem,canes,famulos,& decem equos, qui hinc uel inde commodo accepit ut terreat hoſpitem cum quo componit ad tantum pro menſe,&poſtea ibit hoſpitatum in alia uillam ſibi etiam per forrerium datam, ubi ſolus cum unico equo commorabitur prout nec plus tenere cogitur,& ea uia extorquebit triplicatũ ſtipendiũ. capitanei quidam prohibent uerbo,ſed nõ facto,quoniam & ipſi talibus militibus de eorum ſtipendio Falcidiam detrahunt, & non aduertunt quòd tenentur in conſcientia, & dicit Ang.in l.ij.§.ſi quis non homines.ff.vi bo. rapt. quòd rex.

Hungariæ tempore mortis de hoc fecit ſibi magnam con ſcientiam. facit Fregoſ.lib.j.c. an liceat. in Valeriana de diſcipl.milit.ubi facit unum capitulum de Aureliano imperatore, in quo tranſcribit epiſtolam illius imperatoris incip.ſi tribunus eſſe uis, fac miliũ manus ab alieno contineant.& ibi narrat qual iter debeant uiuere milites. facit Claud.in Monarchia Frãciæ. par. j.c.ij. circa medium & parte iij.c.xj.ubi acriter inuehit contra capitaneos,qui hæc ſufferunt, ut intertineant beniuolentiam militum, dicens. quòd imò reddunt eos contumaces & inobedientes,quo nihil pernicioſius in militia, ut patet ex uulgato iudicio Cicer.cui cùm explorator retuliſſet exercitũ Pompei numeroſiorẽ,ſed Cæſaris obedientiorem,Cicero ſtatim uictoriam Cæſari iudicauit,& prout ſecutum eſt,non immeritò ergo lex inobedientes milites capite punit,etiã quòd res bene ſuccedat. l. deſertorem. §. in bello.ff.de re milit.ubi gl.not.magnam uim obedientiæ.& refert Cremenſis ſing.cl.mandatum,quòd domini Veneti propterea decapitarunt unum eorum capitaneum, quia contra eorum mãdatum pugnauit & uicit. Idem fecit Tit. Manlius Torquatus, ſecundum Valer. lib.ij. de diſciplina milit. & lib.ix.c.iij.de ira,odio.Gel.li.vij.&.Marcellum Virgilium in oratione laudibus militiæ incip. quæ ſolent. col. xiij. idem dicit Valerius ubi ſuprà & Gellius lib.j.c. an liceat. & Epaminundas contra Stenſibrotum eius filium. & refert Fregoſius in Valeriana, eodem tit. & inter cætera in cap.de Septimo Seuero imperatore, dicit nullum in exercitu pernicioſius malum, quàm nimia licentia, & reuerentiæ neglectus.Eſt uerum quòd Cremenſis,ubi ſuprà limitat illum §.in bello, quando ſuperueniſſet noua cauſa quæ principem latebat.tu uide cautelam cum qua Epaminundas pœnam illius §.euaſit, in eius uita apud Plutar. char.pen.facit quod dicit Ang.in l.j.§.beſtias.ff.de poſtul.
141 ubi dicit † ꝙ omnis actus q fit ad publicã utilitatẽ, licet ſit aliàs reprobatus,tamen cõmendabilis eſt,& uide Pontanum de obedientia.circa med.lib.iiij.in rub.an ſemper formulis patendum ſit, dictant enim regiæ ordinationes ꝙ milites quãdo incedunt per praticam inſimul pergant,

ſequentes

ſequentes uexillum ſeu inſigne,non hoſpitentur in hoſpitijs publicis itinerantium ,ſed in locis per commiſſarios ſibi deputādis,uagantes ultra omnimodā ſolutionem expen.puniantur.Et dux ſeu capitaneus non puniens teneatur in propriam commiſſarij ſeu forrerij ab aliqua cōmunitate nihil exigant,uel capiant,ne milites hoſpitētur ſub graui pœna, & ne fraus fiat cum eis. In diſtributione hoſpitiorū interueniant patriotæ,ut æqualitas ſeruetur,contra faciens, per quemlibet iudicem guerarum,ſcilicet illum qui præuenerit, puniatur.† Quando autem milites 142
itinerare cōtinget,abſq; eo quód ſocietas ſub uexillo moueatur:hoſpitentur & ſoluant more priuatorum.Capitanei autem dum uadunt metropolim uſitatum ſuperiorem,deputati cōmunitatum pro tempore hoſpitium exhibebant eidem cum utenſilibus pro ſex ſeu octo equis: uictualia nequaquam : cùm erunt in loco ubi erit ſuperior ſoluant pro hoſpitio camera , & ſtalla ſecundū taxam & morem Curæ regiæ, & nemo ſit exemptus.Milites & duces dum recedunt ab hoſpitio exportent omnia ſua,ne ſit cauſa dimittendi ſeruum pro cuſtodia,& rixandi cum hoſpite de rerū ſubtractione,Et ne credat hoſpitium eſſe ſibi patrimonium quotiens capitanei,uel milites redeunt denuò à forrerio & deputatis,à communitate hoſpitium petant,deſignata guarniſone,illi de cōmunitate aſſiſtat forrerio in deputando hoſpitia militibus, & datum ſemel mutari nequeat. duobuſq; ſagittarjis ſiue archierijs ſufficiat unicum hoſpitium.Et hoſpitium aſſignabunt ad patrē cum ſupellectili', ut infra: uidelicet militi ſiue lanceæ locum unum honeſtum pro comedendo, una cameram cum uno lecto pro eo,& uno mataratio pro ſeruitore,mutentur linteamina in æſtate quater in menſe , in hyeme bis in menſe,toualiā ſeu mappam unā,ſeruietas duas mutent bis in hebdomada , reſtitutis domino anterioribus immundis uel ualore , Item uegetem una ſeu botallum à uino, calderonos duos,boccale,ſeu lagenam unam,platos duos,ſcutellas duas,unum ueru,unam ſitulam, ſtabulum unum pro equis, idem fiat pro duobus ſagittarijs . Nō capiant milites uictualia ad texeram,id eſt ſub credé-

tia,ſed ſoluant manualiter de præſenti. Qui cum parua paglia militant habeat uictualia pro tribus, quæ ualent quatuor ad ordinationem locum tenentis regijs, quæ capiāt ad unum magacinum ſeu fundicum à communitate deputatum, in quo ſi deerunt, petat ab hoſpite ſuo cū prætio ex tunc ſoluendo. Nequeat tunc miles quempiā cogere uinum uendere quouis pretio, niſi ſibi per deputatos à cōmunitate ſeu magacino aſſignatum fuiſſet, & cœpta vna uegete, quandiu ibi uinū ſuperfuerit, non uarietur ad aliam. eſſet enim faſtidioſum nimis unum adhimere ad tótiens extrahēdum unum bocale vini, Conuiuās ſocios ſiue banchetans conuiuij expenſam emat in foro ad inſtat priuati: cùm in loco ſed oppido guarniſonis deerunt uictualia non teneantur oppidani aliunde emere: ſed ipſi milites ſibi emant. teneantur tamen oppidani ſed communitates propria impenſa cōmunitatis ea cōducere dummodo poſſint eodem die ire & redire. Qui ad magnam pagam militant, uictualia emant in foro ad inſtar priuatorum. ciues domum in uilla habentes non teneantur quempiam in illa hoſpitari, ſufficit onus quòd ſufferunt in ciuitate. Patriota militi ſeruiens non eximitur propterea à iuriſdictione iudicis ſui ordinarij. Militi uel ſtipendiato patriotam ſeu oppidanum percutienti, amputentur manus, ſi econtra oppidanus militē percutiat, amputetur caput oppidano. Capitaneus militem percutientem captiuet & præpoſito, qui ſi non adſit, iudici ordinario tradat puniendum ut ſupra. Si contra armigeros inſurgat communitas uel ad campanam pulſauerit puniatur arbitrio locum tenentis uel mareſcali. Gubernator, capitaneus, uel caſtellanus ſeu commiſſarius, quicunq; ſtramina & uictualia ad inſtar priuati emant in foro, nec quicquā à uillis uel capfinis ſuæ iuriſdictionis capiant, uel uehi faciant ſine pretio. Omnes officiales guerrarum prædicta obſeruent, & obſeruari faciant, atq; publicari temporibus monſtrarum in quibus denuò iurent ea ſeruare & in guarniſonibus ſingulis ſex menſibus publicentur, prædictaq; per pedites obſeruentur, ſub pœna ſecundùm caſus exigentiam à capitaneo arbitranda, quam ſi inferre nō poteſt, notificet locūtenenti

tenenti uel mareſcalo, ſub pœna patiendi in propriam. quibus fauorē & auxiliū ac aſsiſtentiam ad capturam cul poſi præſtabit,ut iuſtitia executioni mandetur, iurabunt in ſingula monſtra capitanei peditum quòd non patien- tur abuſam,robariam,uel falſitatem:nec permittent ali- què præſentari in ea ad pecuniam capiendam,niſi per eos ſit in rotulo deſcriptus,& de numero ſocietatis, capita- neus poſtea cōtra faciens,de periurio & crimine læſe maie ſtatis plectatur. Addebat ille cōmmiſſarius, ꝙ in guarniſo ne non poſſet armiger tenere niſi tres equos,& duos fa- mulos,& ſaggittarius unum equum & famulū.in guerra teneant,quot uoluerint.at uides quomodo etiam tales or dinationes adhuc fraudentur,circunueniantur, imò & pa lām & impunè uiolentur.Et per prędicta ex quibus & tra- ditis in locis uulgaribus patet quot dāna bellū afferat.Po- teſt illud diſſuaderi epiſcopis qui illud monere intendunt contra Chriſtianus etiā laicos, etiam pro recuperatione rerum temporaliū eccleſiæ,ab eis detentarum.c. authori tatem.xv.q.vj. xxiij.q.iii.c. Maximianus. & latè diſputa- tur.xxiij.q.viii.per totum.Pan.in c.ſicut.de iureiur. Ioan. de An.in c.petitio. de homic. Stepha. Malereti in tracta. de elect.cha.lix.col.ij.& iij.Decius cōſ.cl j. col. xij. Berta. in tracta.de epiſcopo.j. par. lib. iiij.q. xiij. eſt chart. xxiij. col.ij.frater Tho.Illyri.de poteſtate Papæ char. cv.Nam prædicta ſuadent oppoſitum,ut in ſumma.xxiij.q.iij. Ro- ſellus in Monar. char.vj.col j. tex. in c. ſi morte. xxiij.q. viij.ubi inquit Greg.Si in morte Lōgobardorū me miſce re uoluiſſem,hodie Longobardorū gens nec regē nec du- cē haberet,ſed quia timeo,ī mortē cuiſlibet hominis me miſcere formido,ꝙ maximè procedit hodie propter bom bardas quibus utimur in bellis.c.j.de ſagit. uidet quaſi ꝙ natura defeciſſet in nobis miniſtrandis tot morborum ge neribus quibus quotidie morimur:niſi & nos tot inſtru- menta ad homines occidendos inueniſſemus ſecundum Heraclitū.& quid dixiſſet ſi uidiſſet bōbardas:dedit enim Chriſtus nobis exempla Io. xiij.Felv.in c.inter cætera. de offic.ord.quia licet nondum ueniſſet hora eius quando tulerunt Iudæi lapides, abſcondit ſe & exiuit de tēplo:&

Petro uolenti eum defendere, iuſſit reponere gladium. pulchre Io. And. in c. nouit. col. pen. de iud. ubi. Panor. col. iij. Iodocus de nobil. c. xiiij. Nec ob quod hoc dixi. quia Petrus faciebat ſine licentia ſecũdũ Cald. quẽ refert Ana. ubi ſupra. & Socin. in c. ad audientiã de homic. col. xxij. q. ix. quia replicatur quod paulò antè Chriſtus licentiã ei ui debatur dediſſe, dum dixit, Qui non habet gladiũ. uendat tunicam, & emat illum: & dum Chriſto dictum fuit, Ecce duo gladij, reſpondit, ſufficit. latè mirabilis liber prophetiarũ char. xij. c. iiij. Itẽ licentiã habebat à iure naturę quę permittit defenſionẽ pro perſona domini ſui. Matth. x. circa fin. Lucæ xiiij. Had. Papa noſter in Quodlibe. q. vij. eſt char. lxiiij. col. iij. & ratio ſecundum eum ibi char. lxvij. in prin. maiorẽ charitatẽ quis non habet. quam ponere animam pro amicis ſuis. Io. xv. & char. ſeq. litera h. dicit ꝙ ad hoc tenemur pro amore Dei nedũ mortẽ, imò & annihilationẽ deberemus pati. Ideo laudãtur Priſca & Aquila, qui ceruices pro Paulo ſuppoſuerunt. Had. ubi ſupra. q. xj. col. xviij. in fin. facit, quia eccleſia pro Petro carcerato non ad arma gladiorũ, ſed orationũ confugit. Act. xij. c. conuenior ante mediũ. xxiij. q. viij. facit, quia licet S. Thomas uoluerit mori pro defenſione rerũ eccleſię, nõ tamen propterea mouit arma. Io. de Villemati in repet. l. diuus. ff. de ſic. num. lv. facit, quia inſpiciendo quod fieri ſolet. l. ut liberis. §. fi. C. de coll. nunquã cõmittitur bellũ, quin antequã ad illud deueniatur, milites aduerſus amicos cõmittant infinita nephãda delicta, & plerunq; cõcuſſiones & homicidia, nã licet nõ cõmittatur pugna inter milites, & ſic nõ fiat ſtrages militũ, fit tũc tãto plus dãni cõtra ciuitates & populos, nã ſi pugna cõmittitur, populi faciũt ſtatim deditionẽ uictori, ſed dũ ſuperſedetur & expectatur pugna ad mœnia, protrahitur in longũ, fit deſtructio populorũ, & tamẽ debet prius omnia pati, quam dare occaſionẽ malo. prout bene ſcit à cõmuniter accidentibus, & ab eo quod fieri conſueuit ſolere ſemper euenire præſertim epiſcopis, nè ſi ſacerdos peccauerit, quis orabit pro eo? gl. in l.
143 ſi ex dolo. §. ſed an municipes. ff. de dolo. † quã propter epiſcopus Papiẽ. fecit ſe portari à diabolo uſq; Romã, ut

aunciaret

nūtiaret Papæ ne in craſtinū cōficeret chriſma.refert Hoſtiē.in sūma de prob.§.quis debet.col.ij. Ideo minus malū eſt tolerare:Felyn. in c.omnes leges.col.iiij.j.diſt.Et expectare q Deus uindicet cauſam ſuam,quibus attētis non dicetur per hoc tētari Deus.& illud, q homo moriaē pro populo fuit cōſiliū Caiphæ Iudæi nō cōueniens Chriſtiano:quia plus ualet una anima(ſecundū Theologos) quàm totus mūdus,& omnes cęli.Alberic.in proœ.C.col.fi. dixi aliquid ſuprà . uideat ergo epiſcopus quot animas perdit propter tale bellū:quia templo maior eſt hic.Matth.xij.j. ad Corin.iij.& an poſſit dicere:Domine,quos dediſti mihi,nō perdidi ex eis quenquam.Io.xvij.& , Plus debemus diligere animā proximi , quàm corpus proprium.j.Io.iij. dixi ſuprà quia non debent quærere quæ ſua ſunt,ſed quę Chriſti.ad Philip.ij.& j.ad Cor.x.Cotta.in tract.ſchiſmatis.c.iiij.nu.v.& tamē ſunt aliqui dūmodo aliquid augeāt ſuæ eccleſię nō darēt ſibi conſcientiā diruēdi paradiſum, quaſi eccleſiā præſtet eis ſcutū excuſationis ab omni ſcelere.quod eſt falſum.quid enim prodeſt illi , ſi uniuerſum mundū lucretur eccleſiæ,& animæ ſuæ detrimentū patiatur?nō equidē licet furari pro dādo amore Dei : nec decet eccleſiā locupletari,cū iactura laicorū. Hoſt.in ſumma de in integ.reſti.§.& qualiter.ad fi. † imò in clericis non ſolū 144
auaritia,ſed eius ſuſpicio eſt horrēda.c.auaritiæ . de elect. l.vj.nec ſunt faciēda mala ut eueniāt bona, & tēpore belli Deus nō colitur. cle.dudū.§. ſcimus de ſepul. Accedit q talia temporalia ſunt epiſcopis potius ad luxū , quàm ad neceſſitatē. ad Philip.iij.circa fin.latè Steph.Malereti. in tract.de electione.char.lxvij. & ſeq. ubi j.col. allegat Bernar.dicere,q deuotio peperit diuitias,ſed nunc filia ſuperauit matrem.gl.in prooem. Pragmaticæ. in §.quibus . in uerſ.poſſeſſionibus.& ibi Steph.chart.lxxvj.col.iij.reddit rationē cur hodie epiſcopi non ſunt ſancti.de qua Bald. in c.cū ſpeciali.col.iii.de app.ſicut olim.& dicit Steph. char. ſeq. † quia eccleſiā hodie eſt infecta ueneno ambitionis. 145
& iſtud eſt decus quod creuit.uide in Chronica Corij,ſub anno M. ccxlv.epiſto.Frederici. eſt char. lxxxiiij. facie ſeu pag.j.& propterea dicit Ripa in tract.de peſte. char.lxxiij.

num.

num.xxxvj.q hodie potius deberemus relinquere ad alia opera pia;quàm pro cõſtruendis capellis,officijs, uel miſſis celebrãdis,quia omnino uidemus poſteà proceſſu tẽpo ris talia officia dimitti, & redditus aſſignari alicui idiotæ qui expẽdit in uenationibus,& fortè in peiores uſus, & filij filiorũ tuorum uel nepotum poſſent agere,& ſi nõ ſint, negari non poteſt quin diuitiæ reſtringant aditũ uitæ æter næ.Matth.xix.circa med.prohibetq; Chriſtus nos eſſe ſo licitos de craſtino, ne dicamur modicæ fidei. Matt.vj. & Mat.x.Nolite poſſidere aurũ,nec argentũ. & omnino ſine eis æquè bene Deum colunt, ergo ſuperuacuo bellũ cum tanto diſcrimine gerendum, ut Cynea reſpondebat Pyrrho Epirotæ.Accedat ſcandalũ quod generatur exinde etiam apud pias mẽtes,ne tale bellum fiat auaritia uel ambitu:hinc aperiũtur ora obloquentibus,ut de Pio dicebat Rex Francorum,ut in eius epiſtolis ad eum regem, epiſt. xxvj.& ſeq.& clarius Card.Papiẽ.epiſt.ſanctiſſime. & dia logus Huten.contra Leonẽ.& Budæus de Aſſe contra Iulium.apoſtillæ Fely.contra Alexand.in cap. quæ in eccleſiarum.de conſtitu. Laurentius Valla de donatione Conſtantini.Vincent.Cignault de bello Italico.Dantes in Paradiſo,cantu xxvij.incip.al padre.charta ij.& in inferno, cantu xix.Et ille ſoluens decimas,dicens quod quando uo lunt imponere decimam,uel nolunt aggredi Turcam, uel Turca minatur Chriſtianis, etiam quod neutrum fiat, & utinam ſic fuiſſet in Turca moderno. Ad hæc enim attendant milites quidam, non ad peritiam & gloriam militarem quam deſtruit,ut inquit Gallicus,Argent,flaſcon, & con.quæ tantę ſunt potentiæ quòd faciunt eos confidere in ſuis antiquis & capitalibus inimicis, qui eos tandem produnt, unde effecti diuites uel militiam deſerunt,quia licet ſub ſtipendio ſtent tempore pacis, ubi manus conſerere oportuerit, fingent ſe infirmos, ut de domino Brunaldo Bononienſe dicit Ang.in l.j.§. non autem. ff. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſ. fuerit. pulchrè Morus in repetit.Vtopiæ.charta x.uel ſe extercorabit in caligis, ut refert Nicolaus Boerij. in tract. de ſeditioſis. charta xvj.
146 † quia diuites ſunt timidiores,ut dixi, & poſtea re confe-
cta

cta & uicta uenient ad capitaneum, & dicent, Gratulor Oechaliam titulis accederé noſtris.gl.in capit.fin. in uerbo,titulos.de offic.archipresbyteri.&tantum gloriabitur ac ſi ipſe ſolus omnes hoſtes fudiſſet, imò nec Deo gloriã daret. licet ab Ioue principium Muſæ, Iouis ſunt omnia plena.gl.ij.in cap.ſedes de reſcript. &, ex ope cœleſti fit ſi qui habetur honeſti. &, Venit a ſuperis agas bene, uel mediteris.Quicquid habes meriti præbentis omnia donat.Nil Deus in nobis præter ſua dona coronat. gl. in ca. ſi ex bono.in uerbo,apoſtolicam.in princip.col.iij.de pœ. diſt.iiij.ue. & ſecundo quoniam diuites timidiores ſunt, quia non faciunt molles ad fera bella manus.glo. fin. in l. iij.C.de excep.Et bella gerant alij,Protheſilaus amet. & grauantur in bello armorum ſarcina, qui tempore pacis mollibus ueſtiuntur, facit Aegidius de regim. princ. iij. parte.lib.iij.c. v. & Ecnhir.militare char.lxxv.& ſeq. & lamentatio Hannibalis,Capua Capua, dedi milites reddidiſti fœminas.ut Plutarchus in illius uita, col. viij. dicens, quòd Campanæ delitiæ Romano militi uincendum tradiderunt,quem Romana uirtus ſuperare non potuit. ſecundum Valerium lib.ix. de luxur. cap. xj. facit Iodocus in tract.de nobilitate,cap. xx. Cancel. Pariſienſis in dicto ſerm. col xxvij. in ij. conſideratione. circa finem. Claud. in Monarchia Franciæ.parte iij.capit.x.Et ſic contra Turcas non eſt ſperandum de victoria ex peritia militari qua pauci ſuperant multos. ut Aegidius de regim. princip.lib.iij.parte j.ca.xij. frater Ang. Anachorit. in epiſto. ad Florentinos, de qua ſuprà adducens plura loca ſacræ ſcripturæ ad hoc prout & Cancell.Pariſié.ubi ſuprà proximè in iij.conſideratione. & ij. Machab.ult. non ſecundum armorum potentiam,ſed prout ſibi placet, dat Deus uictoria dignis.Hadr. Papa noſter in Quodlibetis. q. viij. litera E.ij.eſt char,lxxviij.col.j.facit glo. in clem.ſi dominum. quam paulò ſuprà retuli. hinc Salluſtius in Catilinario,char.iij.quem refert Papa Pius epiſt.j.char. ij. memorare † poſſem quibus in locis maximas hoſtiũ copias 147 parua manu populus Romanus fuderit. Nam Turci mens fuerat debellare Rhodon,ſuperare ſuperbam Italiam, ſed

non

non fata dedere modũ,& tandem ob peccata noſtra Turco moderno Chriſtus in initio Ianuarij anni præſentis M dxxiij.permiſit ſuperare Rhodum, & milites coacti cũ rebus ſuis urbẽ & inſulam deſerere. & ſic aliud fecit quã illud quod refert Bertach.in repertorio. in uerſic. excommunicatus abſoluitur. uerſ.iij.Spero tamen in clementia Dei: quia etſi Chriſtianæ religioni durum aduerſarium, bonum etiam conſtituit defenſorem, Hadrianum ſcilicet Florentinum de Traiecto, quem ex diſſenſione Cardinalium minimè de hoc cogitantem, extra Italiam exiſtentẽ & oriundum,præter omnium opinionem in Pontificẽ nobis creauit.ſolebant enim dicere, Romano aut Italiano le uolemo Bal.C.ſi quis ali.teſt.prohib.in conſil. ſchiſmatis.Ange.in l.inter ſtipulantem.§.ſi Sthicum.ff. de uerbor. oblig.Et tamen euenit ut ex illa diſſenſione, de qua Act. xv.circa fin.Nam ſi dicamus quòd eccleſia indiget uiris literatis,nõ aſinis ferratis,Quodlibeti & alia eius opera facilè demonſtrat eum ſolùm meliores literas ſcire, quàm plures eius anteceſſores. Bene igitur ſperandum eſt tantum uirum Chriſtianæ religioni in tanto diſcrimine fluctuanti poſſe occurrere niſi peccata noſtra & inuidia obſit Curialium.aliqui enim eorũ quibus præſepium altius eleuauit,& nõ ita ſe facilem præbet ad diſpenſandum circa pluralitatẽ beneficiorum, non inuenientes aliud quod obijciatur,obloquũtur eũ non tenere Curiã Romanã in illa reputatione qua decet, ſtulti ſunt & cæci: quia laus popularis eſt fugiẽda.Card.in c.ordinationes.nu.xxj. & j. q.j. & qui de augẽdis redditibus quotidie loquuntur ſunt potius inſtitores,quã eccleſiaſtici.Hoſt. in ſumma de maiorit.& obed.col.pen.Item ipſe in Quodlibetis. q.xj.col. j.allegauit ꝙ nõ eſt diſcipulus ſuprà magiſtrum. Matth.x. nec apoſtolus maior dom. Io.xii. nam ſi quis mihi miniſtrat,me ſequatur Io.xij.quia nõ debet gloſ.contra dicere textui,nec ſeruũs tollere legẽ domini.gl.in l.ad hæc. C.de uſur.Imò ſi filij Abrahæ eſtis,opera Abrahæ facite. Ioan. viij.Carolus Borbonius in proceſſu fidei,char.fi.Et ſi quis diligit me,ſermonẽ meum ſeruat.Io.xiiij.& qui audit, & non facit,eſt ſimilis ſtulto.Matth.vij.exẽplum.n. dedi uobis,

bis,ut queadmodũ ego feci,ita & uos faciatis.Io.xiij. Ripa in tracta. de peſte. char. xvj.col.ij.hoc eſt prius facere, quã docere.Matth.xxiij.& gl.in c.omnis.xxiiij.q.j. Barba. li.j.conſi.j.col.ix.aliàs qui ſoluit unũ de mãdatis iſtis minimis,nõ intrabit in regnum cœlorũ.Matth.v. Quid ergo docui Chriſtus, qui ẽ uia qua ad uitã incedimus, in toto Euãgelio,& operibus cõprobauit,niſi humilitatẽ & paupertatẽ,non autẽ reputationem & gloriã.j.ad Timoth.vj. imò licet in forma Dei eſſet, non eſt arbitratus ſe æqualẽ Deo.ad Philip.ij. & eius Apoſtoli, quorũ etiã exẽpla debemus imitari.j.ad Cor.xj. Qui ergo ſecus faciunt, diligunt gloriã hominũ magis quàm Dei. Io.xij.& qui ſecus docent, docent doctrinas & mandata hominũ. Matth.xv. quæ omnia ſunt interdicta Apoſtolis,ut ibi,nam qui mol libus ueſtiuntur,in domibus regum ſunt.Matth.x.qui dominãtur eorũ,& poteſtatẽ habẽt ſuper eos,benefici uocantur.uos autẽ non ſic.Lucæ xxij. Card. Caietanus de diuina inſtitutione Põtificatus.ca.xi.char.ij.Etenim ſucceſſor Petri piſcatoris,non Auguſti imperatoris. gl.in c. quoniã. in uerbo, inuidia.xxiiij.q.j. At dicẽt illud Demeæ Atheniẽſis philoſophi.Videte ne dũ cœlũ cuſtoditis, terrã amittatis.Sed Chriſtus Lucę xij.dicit,facite uobis theſaurũ nõ deficientẽ in cœlo. & ad Coloſſenſes iij.quæ ſurſum ſunt ſapite,non quæ ſuper terrã.facit epiſtola ante Bibliã quæ incipit,qui terrenis.Non obſt. ꝙ hodie creuit decor eccleſię,& ideo oportet illũ cõſeruare & augere quia illa humilitas,& paupertas obſeruabatur, quãdo reges erãt paſtores.de cõſec.diſt.j.c.uaſa.Bertach.in tract.de epiſcopo.lib. iij.part.j.in fi.col.iij.hodie autem ſecus, quia eccleſia tali modo ſciuit ordinare res & cerẽmonias ſuas ꝙ ſemp mul tiplicat in redditibus & honore.& quilibet Pontifex ſem per aliquem modũ de nouo adinuenire ſtudet ad illos augendũ. Et ideo licet antiquitus nati de ſanguine principũ deſignarẽtur acceptare epiſcopatus, nunc autẽ & alia minora beneficia non ſolum acceptãt,ſed & uenãtur.uide tamen Hubertum in ſacrilegio.char.fi.& oportet quòd ſint ut antiquitus cum ſacerdos & rex idem erant. Card. in c. Moyſes.viij.q.j.nu.iiij.facit Deuter.relatũ in c. per uenerabilem.

rabilem.qui fil.ſint le.§.rationibus. ideo oportet eos eſſe ditiores.Io.de Selua in tract.de beneficio.j.parte.q.v.viij. requiſito.Barb.lib.j.cōſ.lviij.præclare.col.ix. & xxxij.ubi etiam allegat Senecā. quia reſpondetur ꝙ illa una & ea-
148 dem ſemper eſt doctrina Euāgelica. † Conradus in tract. de ſchiſmate.c.j.not.xxij.quæ durabit in æternum, quia ſemel uerum, ſemper præſumitur uerum. Bald.in c.j.col. antep.ut lit.non conteſt.c.cōtingit.col.ij.de reſtit. ſpol.nā Petre rogaui pro te ne deficiat fides tua.Lucæ xxij. & quo tidie uobiſcum ſum uſq; ad cōſummationem ſeculi. cle. ſi dominū.§ alia.de reliq. & uen. ſanct. cui addere non licet,neq; detrahere. Deut.iiij. in princ. refert Io Andr.in c.prudentiā.col.ij.de offic.deleg.ubi Barb.col.iiij. Et etiā ſi angelus de cœlo euāgelizauerit uobis præterquā quod uobis euangelizamus, anathema ſit. ad Galat.j.& Deus ſemel loquitur,& ſecundo idipſum nō repetit.Iob. xxxiii. nec quid minimum ex eius dictis ſolui debet: Matth.v. & Io.x.ante fi. præterea quomodo augetur eccleſiæ decor. prohdolor. nonne iā poſſumus exemplo Blondi ab inclinatione imperij Romani hiſtoriā cōtexere,ab inclinatione Eccleſiæ Chriſtianæ ſaltē exordiendo à clade Conſtantinopolitana?ſub uelo autem decoris Eccleſiæ uti ſuperbia & uoluptate,nō faciet uicarius Chriſti,qui propterea uocat ſe Seruum ſeruorū Dei. ſequendo illud: Qui maior
149 eſt in uobis,fiat ſicut minor. Luc.xxij. † Et iſta eſt reputatio curiæ quando Papa facit quod alijs iubet, ne dicatur de his quos Chriſtus arguit.Matth.xxiij.quoniam mortaliter uiuendo.& ſanctè, qui imperium gubernant, capita ſubmittunt libenter & religioſè pedibus ſuæ ſanctitatis. c.nouit.uerſ.non igitur.de iud.ut Conſtantius Syluestro, Atila Leoni I.ut Platina in eius uita. & Plutarchus in vita Atilæ.col.pe.Idē Atila Geminiano epiſc. Modoetienſi. Landinus in cōmento Dantes,in tracta.Inferni, cātu xii. circa fin.& Theodoſius Ambroſio c. cum apud Theſſalonicam.xj.q.iij. Federicus Alex.iij. dicenti, Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis. Landinus in commento Purgatorij,cantu xviij.licet Federicus diceret,Non tibi,ſed Petro.Panor.in c.& ſi Chriſtus.colum.v. de iureiur. Hoſt.in ſumma.

ſumma de elect. §. quis eligitur ad fin. iſta eſt uera & bona reputatio, non illa quam uellent illi curiales glorioſi, quæ nec unum religioſum bonæ uitæ ad cardinalatus, epiſcopatus ſeu aliam dignitatem poſſunt uidere promotũ. ſed clamant, fratres uolumus uos. quicquid dicat Hoſt. in ſumma de ſtatu monac. §. utrum populi. uerſi. ſciendum. Non igitur mirum ſi paucos Pontifices temporibus noſtris ſanctos audiamus in cœlis, licet ſanctiſſimi uocentur in terris: male autẽ & ſuperbe, ambitiosè uel auarè procedere non reputationem, ſed ſcandalum regibus & principibus generat. † Quam enim reuerentiam credis habere reges Pontifici barbato, ueſte militari induto, domi hiſtrionibus, cinœdis, & compotoribus: foris modò canibus & uenatoribus ſepto, clangoribus tubarum & bombardarum tonitruis cum militibus in caſtris contra Chriſtianos militanti? Et qui ad pecuniam cogendum infinitũ Cardinalium cœtum quo ſchiſma formidemus, noua officia, quibus ſubtili ingenio non à Barbaris, ſed à Chriſtianis aurum auferant, immemores cenſurarum cœnæ domini contra noua uectigalia, quibus, licet ſoluti ſint, neſcio ſi illo, Quæcunq; uultis ut faciant uobis homines, hæc eadẽ facite illis. Lucæ vj. Hadrianus Papa noſter in Quodlibetis. char. xvj. col. ij. Quia nulla poteſtas contra Euangeliũ. Barbat. in cap. licet ex ſuſcepto. not. xxj. de foro compet. moraliter Pet. Iacob. in practica, de ſtatu curiarum. & titulo anteced. & ſeq. dum Anglos cõtra Gallos, Hiſpanos contra Venetos, Heluetios contra Teutonicos, & alios Chriſtianos potentatus ad mutua bella concitant. ſtulti fuiſſent Petrus & Paulus ſi cœlos hoc tramite gloriæ ſcãdere potuiſſent, morti ſe offerre cruentæ. Nimirũ ſi exinde ſecundum Ioann. Mandeuillam Græci reſcribãt: ſuperbiam tuam tolerare non poſſumus, auaritiam tuam ſatiare non intendimus &c. & quidam Alemani hæreſim Lutheri ſequuntur: & Vualdenſes non queunt ab erroribus extirpari: Galli non admittant iura Sexti in concernentibus iuriſdictionem laicalem. Felyn. in c. j. col. vij. de cõſtit. clarius Capel. Tholoſ. q. ccxlvij. & Pragmaticã ſuſtineant. timentes ne Papa exinde diues ridet, guerra guerra. 150.

Card.Papienſis char.viij.epiſt.incip.ſanctiſſimus. & Papa Pius epiſt.xxxiij.incip.literæ.Et Dantes in inferno,cantu xix.poſt medium.Et guarda ben la mal tolta moneta che ſe ti fece contra Carlo ardito. Et in libello Apoſtolorum nationis Gallicanæ.chart.iiij.& ſeq. hinc inſurgunt conciliabula,vt Decius conſil. clj. diuino implorato & ſerm. ſeq. Et Dantes inuehat relinqui Bibliam,& ſequi Decretales,ut per eum in Paradiſo,cantu ix.circa fi.& Huten.in Trias Romana.Et Card.Pap.chart.ccxxviij. epiſto. incip. dies.quòd cācellaria eſt ſecunda:licet innuat quod eſt prima cura Papæ.Et Vlricus Huten.componit Trias Romana.Alter irridet illud,maledicta Decretalis quæ facit cōtra clerum.Hoſtienſ.in ſumma de renuntiat. §. qualitate uoluntariè.Et Paſquillus quotidie noua carmina cridat. Et alij dicunt quòd Papa non obſeruat uotum & iuramētum prȩſtitum in conclaui.Card.Papien.chart.cxiij. epiſtol.incip.quid. char.ccxj. & chart. ccxxij. cogi. clxxxviij. quas & cxiij.nō ideo contra facientēm Deus punit.char. ccxcv. uidete. Ad quod an teneatur Panormitanus in cap. ſicut noſtris ij.not.de iuramento.Barbat. in cap. j.de iuramen.calum.col.ij. Alexand.lib.vj. conſ.ccxxiij. redemptoris.Cotta in ſecunda parte Memoral.in uerſic. Papa ligatur.Decius in cap.j.col iiij.de probat.Boſchinus in rubric. de conſtitut. col. xix. Magiſter Hieronymus uicecomes in tractatu de obligatione papali. q. j. & per totum. neſcio ſi dici poteſt quòd ad ea quæ ſunt ad ambitum & fauorem Cardinalium,non teneatur:ſecus de his quæ tendunt in fauorem totius reip.Chriſtianæ. Et ad refrenandum affectiones Papæ,quas caro & ſanguis reuelarent ſibi. Alij dicunt quòd Curia Romana non uult ouem ſine lana. Et quos non rodit, odit. Albericus in Dictionario. in uerb.Roma.Et ubi Papa, ibi Roma.cap. meminimus. ubi Decius colum.i.de appell.Socyn.in l.qui Romæ.in primis uerbis.ff.de uerbo. obligat.Sed dicunt quòd ſi ita nō fieret, curia deſtrueretur: ſed quid inde dummodo Paradiſus impleretur? Ex quo omnino Pontifices pauco tempore uiuunt,quàm diu um quòd in extrema ſenectute,qua delicta iuuentutis redimere deberet, cogantur ſæpe quaſi dete-

ſi deteriora committere,ut complaceāt curialibus? Quin imò plerunque illis,qui non ſolùm cupiunt eius mortem, ſed etiam quòd eſſet in inferno. Quid enim profuit Bonifacio?Et de quo Dantes in inferno cap. xxvij. incip. gia era ſua reputation & gloria,quamuis tot præclara facinora pro Eccleſia perpetrauerit, & intrauerit ut uulpes,regnauerit ut leo,poſtquàm mortuus eſt ut canis? imò poſt eius mortem contra eius memoriam proceſſum fuit de hæreſi. ſecundum Albericum in rubr.de hæret.colum.j. & colum.penult.ubi in fine ponit cautelam, quòd in extremis qui proteſtetur ſe mori uerè catholicum &c. At Celeſtino quinto qui ei pontificatum renuntiauit,ut Sylla Dictaturæ, Diocletianus imperio: ideo uitam eorum exiſtimabamus inſaniam. Baldus in cap. j. de natu. feudi, Blondus decad.ij.lib.ix chart.ij. profuit humilitas: quia ſanctus numeratus in cœlis, ubi uita fruitur beatorum. Hoc unum uolo dixiſſe,zelo quo beatitudinē ſanctiſſimi Papæ noſtri adoro,ob immenſam doctrinā quam in illius Quodlibetis adinueni,ut caueat eius ſanctitas: quia ſicut Roma eſt emporium omnium uirtutum fertiliſſimum:ita etiam ſentina plurimorū uitiorum,adeò ut dicatur ꝙ Romæ omnia cùm liceant,non licet benefacere,unde quamuis à Domino factū eſt iſtud,mirabile in oculis noſtris ſ.eius Pontificatus.Et ſic ſi Deus pro nobis, qui contra nos?ad Rom.viij. ueruntamen oculis tuis conſiderabis:
† quia tot habet inimicos ſcientia, quot ignorantes. Specul.in tit.de aduocato.§.nunc de exordijs.num.27.Et inimici hominis, domeſtici eius.Ego autem poſtquam aliud nequeo, dico tamen illud,Deus conſeruet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in manu inimicorum eius. Sed quoniam illa loquebatur, nauem ſoluebat Vlyſſes. Ouidius in ij.de Remedio, quem refert Bald.de pace Conſtan. circa fin. † Et facere eſt pluſquam 152
dicere.cap.dilecti.ubi Decius ij.not.de appel.ideò contra partialitates. Rurſus ſunt aliqui ita fatui qui has factiones ſequuntur ob inordinatam affectionem quam gerunt erga principem expulſum,adeò quòd quandoque faciunt & ſuſpectos criminis læſæ maieſtatis, & exponunt ſe pe-

riculo perditionis bonorum & perſonæ l.iij.C.ad leg.Iuliam maieſt. Et ſi aufugiat ad principem expulſum, qui ex quo nõ poſſit gaudere redditibus, plus egeret ſubſidio ſubditorum quàm grauamine ſeu impenſa: ſed nihil recompẽſabit, & meritò, quia de tali fatua opinione nullum commodum conſequitur: licet ille partialis incommodum. Itẽ plus poſſet prodeſſe ſtando domi in opportuna receptione antiquioris principis expulſi, quàm ſtando in exilio. Et ſic patet manifeſta fatuitas. Cũ ſint ſemper in illo Eſaiæ xxviij. & refert frater Michael Dominicus de Guelfis & Gebellinis. charta.ix. & frater Thomas Illyricus, ubi ſuprà char.cxiij. quia manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi facit, quòd promittunt Cardinales ſeruitoribus ſuis, ut refert Zabar.in clemen. j. §. fin. de reliq. & uene. ſanct. Non fuit expecta tempus, faciantq; libenter, Hic imperfecta faciunt mala damna frequenter. pro quo Cardi. Pap. epiſtola incip. quæ eſt char. cxc. incip. excuſationem. Et quod promittit Papa de futuro cardinalatu. ut refert Felyn. in cap. ad audientiam. colum. ij. de præſcriptio. large enim principes promittunt. Eraſm. ij. parte. Prouerb. dlxxxiij. Charetis pollicitationes. Et tamen, ut inquit Seneca in lib. de breuitate uitæ, Maxima porrò uitæ iactura dilatio eſt, illa primum quenquam extrahit diem, illa eripit præſentia, dum ulteriora promittit, maximum impedimentum uiuendi, eſt expectatio quæ pendet ex craſtino, & fames, & memorabilem in naſum conijciũt. Polyd. Prouer. clix. Eraſ. ij. parte. Prouerb. cccvij. Spem pretio emunt. facit Petrarcha epiſt. lxxx. obſecro. Conſolaturque cum Officio & miſſis Romanæ Eccleſiæ de Aduentu. ubi Inuitatoria Reſponſoria & alia ad eorum propoſitum. & ſuper dicto Bald. in l. ſtipulatio iſta. §. inter cæterea. ff. de uerbo. oblig. tantum diximus. quòd Papæ ueniet Peruſiũ, quòd pur uenit. Et Gallicus dicit, On crie tant. Noel qu'i uient. Imò plus de raro euenit, ut quando dominium recuperarunt, poſſunt recõpenſare omnes qui paſſi ſunt pro eis, quia ſi hoc deberẽt facere, nihil remaneret apud eos ſed ſic pertranſeunt eo meliori modo quo fieri poteſt, præ

ſtando leues fauores,qui quandoque ducūt illum cui præ ſtantur in eis nimis confidentem ad malum exitum, quia tandem oportet delicta punire,licet ſæpius tolerata. Imò aliquando euenit ut aliquis qui paſſus fuit exilia, & confiſcationem bonorum,amore principis etiā ſi habeat cauſam iuſtam illam perdet propter corruptelam iudicis,ſeu officialis.nam ſciens aduerſarius fauores iſti adeſſe, ſi pecunia non,poteſt,lenocinio etiam,quod horreſco referēs, propriæ filiæ uel coniugis,aut alicuius ſuæ affinis fauores ſibi aucupabitur. Et quæ eorum ſit pœna,uide Afflictum in conſtitutione incip. matres. uel quandoq; princeps ut inimicum uincat obſequio,ut ſtatim dicam, eum plus extollet ſeruitore ſuo, adeò quòd quandoque boni ſeruitores indignati dicant,ſi quiſpiam à principe noſtro uellet quicquam obtinere oportet quod in eum aliquam cōmittat proditionem,quia dicit Salomon,quem refert Hoſt.in ſumma de pœnit.& remiſ.§.cui confitendum.col.xxj. uer. cui marchio. † ꝙ breue regnum non parcit ſubditis,quia 153
in lata gente gloria principis,& in diminutione populi cōtritio principis:pro quo facit Nicol.Boerij in tract.de ſeditioſis.char.xxxj.Sed pone quòd iniuſtè uincas ob fauores,Nemo diu gaudet qui iudice uincit iniquo.gl.in l.hæredem.ff.de calum.Vnde utilius eſt cauſam ſtatus principibus relinquere, & ſemper uti fidelitate erga illum qui poſſidet,& quantò plus mutatur, tanto grauiori impenſa quis fatigatur,& raro quòd noui principes aliquid afferāt de ſuo, niſi aliquas collectas præſtantias uel ſubſidia & hoſpitia militum, unde euenit illud Tyberij,qui uiderat abigentes muſcas ſemiſaturas à corpore ægri, & credentes prodeſſe,illi nocebant,quia ſuperuenientes famelicæ mordaciores erant & acriores.refert Vincentius in conſilio,de alienatione Iuſtitiæ.char. vij. in fine. Facit Aſellus Neapolitanus, qui calcitrando deponit ſellam antiquam cum uno latere premētem,& poſtea cogitur nouam ſubire quæ premit à duobus. † Etenim nouus rex, noua lex. 154
Aeneas Syl.epiſt.ccj.pupugerunt.col.iij.Imò quādoq, uerificatur illud ruſticorū in æſtu pluuias optantiū provbertate uini,quæ ueniunt,ſed cū grandine q̄ uindemiā expor

tant,exinde clamãtium ꝙ pluuia optata nunquã fuit bona.Præterea nunquã uidi principẽ qui inter ſibi chariſſimos nõ haberet de una factione & alia, ergo ſtultũ eſt ob factionem principẽ diligere,ultra ꝙ ſit graue peccatum. Si.n.princeps cũ exercitu non poteſt ſe cõtinere in ſtatu, uolunt ipſi cum ſua factione quæ eſt ſola paſſio animi eũ recuperare: parum.n.prodeſt uelle,niſi adſit poſſe.ca.cum ſuper abbatia.ubi Decius iiij.not.de offi.deleg.cum ſimilibus,ut dixi inter feudalia Bruni.conſ.xij.col. ij. licet aliquando ſufficiat uoluntas.Bal. in prooem. rex pacificus. in fi.Quãdo.n.aufugit princeps cum exercitu,relicta patria, qui debet tanquã bonus paſtor ponere uitam pro ouibus ſuis.Io.x.Corſ.de poteſtate regia.q.lxxxv.col.j,puta, quia ut fecit Chriſtus quãdo exijt de templo. Ripa in tract. de Peſte.char.xvj.col.xxj.abſcõdere oporteat,expectãdo meliorẽ fortunam,ſit neceſſe cedere tẽpori:tunc licet populis pro euitando ſaccomanũ iurare fidelitatẽ tyranno impunè.Imo cõſ.xxxiiij.uiſis & ponderatis.Corſ.in tract. de poteſtate regia.q.c.Calcan.conſ.lxxx. in cauſa quæ uertitur.Socy.in iij.uol.cõſ.xxxix.in q.quæ uertitur.col.iiij.Et ad Lacedæmonios inquiebant Cornicij: Non. n. qui deſtituti ad alios ſe conferunt,fide fragi ſunt.refert Thucydides lib.j.facit Afflictus conſtitutione,dubitationẽ iuriſperitorũ.col.fi.& in cõſtitutione,monarchiã.viij.no.plus dicit Galiaura in l.j.§.qui præſens,circa.fi.ff.de uerb.obl.ꝙ imminẽti neceſſitate, ſuperiore negligente eos gubernare,poſſet impunè ſe alteri domino ſubmittere,qui eos defendat ſine conſenſu prioris domini.quod facit pro ciuitatibus Tuſciæ, relictis ab Imper.ſecundum eũ:& qui timet exercituum ueniẽtem,habent iuſtum metum.Bal.in c. bonæ.col.v.de reſcrip.iuramentum etenim fidelitatis priori domino præſtitum intelligitur eo remanẽte in ſtatu. text. cum gl.in c.uenerabilem.de elect.l.cum ſeruus.ff. de condict.ob cauſam.cum ſim.ut Nicellus.Concor.gl.lij.fallen. xxj.col.iij.Curiales ſemper excipio:quia per tela,per hoſtes,& per uarios caſus,& per omnia diſcrimina rerũ principẽ & dominũ ſuũ ſequi debẽt & diligere,ac reuereri toto corde,& ſi ſit Italus qui nolit ſequi dominũ fugientẽ ul

tra mõtes,nõ eſt in totũ dãnãdus:quia nimis durum eſt ſic amœnam relinquere patriã, & dulce ſolum:hinc dicimus ꝙ Temporibus mores ſapiẽs ſine crimine mutat. Et ſi iſti priuati cupientes cauſam ſtatus tractare,aduerterent,† ꝙ 155 principum negotia ſine ſubditorum odio tractare impoſſibile uidetur.ſecundum Summam Salernitani char.xj.ſed quod plus eſt , ad uerba quæ dicitur protuliſſe expertiſſimus vir do.Cichus Simoneta Calaber,forte nõ eſſent ita ſtolidi. A iebat enim,ut fertur, tractantes ſtatus cauſas tandem unum de quatuor ut plurimum perdere: uel honorẽ, uel animã,uel uitam,uel facultates.At rarò ꝙ ſucceſſor in dominio diligat illum qui diligebatur ab anteceſſore. ſecundum Aeneam Syluium in tract.de felicitate & miſeria Curialium.Card.Pap.char. cliiij.epiſt.incip.quando cõuenit quod ſtatim dixi:Nouus rex, noua lex. & colligitur ex Gaguino in uita Ludouici xj.ante fi.ubi illi quis ita commendauit Ludouicus Carolo eius filio , ſtatim eo mortuo fuerunt ita malè tractati:& communiter uidemus ſucceſſorẽ in domino.fouere factionem cõtrariã illius quam fouebat anteceſſor:& ſunt qui dicant de induſtria hoc principes facere,uel ut delibiores foueãt,& ſic ſubditi melius interteneantur,alij quod ex inuidia anteceſſoris. facit ad prædicta Amadeus in tractatu de Amicitia , in ſuo dialogo.char.38.& ſeq.Card.Pap.char.xxxij.neſcio.& char.73. & 246.bene Petrarcha epiſt.vj. lib.vj.incip. diu. Guillelmus Mara.epiſtol.xxix. incip.quid ſcribam. & quinque ſequen.& epiſtol.xxxiij.incip. tametſi. & xl. incip. quantas. latè Lucianus de aulicorum ærumnis. Vlric. Huten. in dialogo , aula.Policraticus de nugis Curialium.& in lingua Gallica Le doctrinal de Court. & Labuſé en Court. & in lingua Italica una frotula quæ incipit , Io ho preſo fantaſia.& dicit ſimia Salernitani poſt medium, quod Curiales Cardinalium & prælatorum admittuntur in paradiſo abſque examine , etiam inter martyres, & de eorum inuidia Codrus etiam aliquid in ſerm. j.char. xxvj. & graues iniurias à uiliſſimis hominibus patiũtur. gl. in regula Cancellariæ xv.circa mediũ.Io.Montaigne in tract.de regio conſiſtorio.char.xxxiij.dicens, quod plerunq; moriun

tur in paleis,niſi de gratia ſpeciali decedant in hoſpitali. Plura hinc inde potes colligere in Ouidio de Triſtibus. lib.iij.ſub.rub.ad amicũ,ut magnorũ uirorũ cõſuetudinẽ fugiat.Celeſtina. Actu.ix.incip.porta.poſt medium.Claude omnia unico,uerſu medicorum:Eſuriant, ſitiant,uigilent,laborent nui reumata curant.ſed non petas alta ſi pati neſcieris: quoniam fauor Curiæ infinitos extollit. & ſi tu ad alta per ſcalam Curiæ ſcandere uolueris, præmitte quod Hadr Papa noſter in Quodlib. q.ix. litera n. & eſt char.lxxxviij.col.j.dicit ꝙ curia dominorũ eſt probatoria meritorum.Quęre dominum ſupremum,ne more ruſticorũ ſui quem impinguerit adipẽ eripiat: quia plures ſunt qui non permittunt eorum curiales cum pecunia recedere Bal.in l.j.ante fi.C.de hæred.uel.act.uena.Coætaneum tuũ,uel qui his, quibus tu, moribus & ſtudijs delectetur. nã hoc fit ut ob propriam delectationẽ ſeruitiũ leuius feras,& dominus opera tua frequentius utatur: quem ubi inueneris, dilige ex toto corde tuo,ex tota anima tua, ex totis uiribus tuis.de Deo & proximo tuum eſt ,quid agas. uide legendã S.Chriſtophori. Et omnem prouinciam ab alijs neglectã, uel ob difficultatem & periculam attentari non auſam,aſſume.nam ut dicebat Xerxes,quem refert commentum Cicer.in j.Offic.eſt char. xxxvi. Magna negotia cum magnis periculis fiunt, & re ſemel uel bis bene geſta,prout uigilantibus iura ſubueniunt.l.pupillus.in fi.ff.de his quæ in frau.cred.& quia uirtuti fortuna comes, ut ſtatim dicam, in tam ſummum euades quòd magnum erit periculum,ſi cecideris, & grauis ruina.c.pueri.j.q.j. dixi in iiij.ampliatione deducente imparem: & tolluntur in altum,ut lapſu grauiore ruant.gloſſ.in c. quid ergo.de pœnit. diſt.iiii.Humber.in ſacrilegio,chart.fi.quia,Omnia ſunt hominum tenui pendentia filio: & ſubito caſu, quæ ualuere ruunt.gloſſ.in l. ſi debitori. in uer. domum. ff.de iudic.& facilis deſcenſus auerni:Sed reuocare gradũ, ſuperaſq; euadere ad auras,Hoc opus hic labor eſt.gl. pe. in l.ij. C. de liber. & eo.lib. Cauſam partialitatis dicunt quidam eſſe ſuperbiam,propter ambitionem dominandi. ut Marcus Virgilius in oratione de laudibus militiæ. char.ij.

char.ij.incip.quæ ſolent.Sed ſuperbia eſt uitium capit aliſ ſimū Deo & mūdo infeſtum.† Et dignitas nihil aliud eſt, 156
niſi excellentior gradus qui inuidiam generat, & ſcandalum ſeminat inter fratres.Bald.in c. cum olim. de cōſuet. ut de ambitione ſuperbiæ filia,Biblia aurea. c.vj. Fortun. in l.Gallus.§.idem credendum col.j.ff.de lib.& poſthu.Io. Montaigne de regio conſiſt.char.xiij.Luc.de Penna in l.j. co.ij.C.pub.læti.lib.xij.gl.in cle.j.de regular.quæ allegat illud: Ambitus impatiēs & ſummo dulcius unum Stare loco ſociiſq; comes diſcordia regnis. Et propterea talis ſuperbus & ambitioſus habet deum reſiſtentē.Iob.ix.Iac.c. iiij.Betonta fer.v.poſt cineres.Io. Montolonius in Promptuario Iur.in uer.humilitas.& in fi.& uide modo qualis victoria ſperāda cum tali aduerſario. Item ſi ipſi puniunt inimicos ſuos, iam Deo locus non eſt eis, ut eos puniat, quia dupliciter puniri non conuenit. c.at ſi clerici. §. j. de iud.nec de eodem delicto eſt ſæpius quærendum.l. pen. ff. naut.caup.ſtab.unde credunt nocere inimico de eo ſe ulciſcendo,& ei proſunt: quia Deus qui non iraſcitur ſicut homo,forte amplius non puniet eos,& uidemus quotidie uindicantes uindicta facta plus dolore, quàm illi in quos patrata eſt. Item nemo uindicatiuus fecit unquam magnum paleare: ut inquiebat ille ſapientiſſimus Marchio Montisferrati.† fides noſtra eſt tota fundata in humilita- 157
te,quæ humilitas ad diuitias & cœlum quærendum optimè confert. Petrarcha epiſt.xcvii.noli.Albertan.lib. ulti. de ſuperbia. Et ſine humilitate non eſt magnanimitas. Aegidius de regim.princ.lib.j.par.ij.c.xxv. Lucas de Penna in l.humilioribus.C.de ponder.lib.x. Item parandi ſibi amicitias & beneuolentiam nulla facilior uia, quàm humilitatis.ſolet enim uulgò dici,ꝙ agnus humilis lactat hubera propriæ matris, & aliena. Etenim ſuperbiſimetipſis ſuperbia eſt odioſa,& horror.ſecundum Innoc.quem refert Lud.de Veritate contrit. char. lxxj.prout tyrannus tyranno,ut de Phalari.ut dicam infra.& de illo quem refert Aegidius de regim.princ lib.iij.parte ij.c.iij.
¶ † Aliam cauſam dicunt quidam eſſe uindictam quæ 158
procedit ex puſillanimitate ut dixi in quinto fundamento de

tò de incontinentia.Volunt ergo iſti occupare quæ ſunt Dei,ſcilicet gloriam & uindictam. Ioan. Montolonius in Promptuario Iuris in uerb.Deus col.iij.ſuper uerbo, ul tionum.frater Michael Dominicus in tractatu de Guelfis & Gebellinis, char.j.uer.iiij.Io.de Lig.in tract. de bello. tract.iij.c.ix.col.j.honoratus.Bon.Hor.in Larbre des batailles.c.xxxiiij.ubi lingua Gallica traduxit totum illum tractatum ſemper tacito authore.facit Matth.v.non reſiſtere malo & illud Apoſtoli,Vincendo in bono malum,alias cauſas quaſdā ponit Nic.Boerij in tract.de ſeditioſis. char.iij.& iiij.ut inordinata proprij cōmodi procuratio, uexat in collectis, non punire delicta &c. Sed ad uindictam,& ſi uis te uindicare cōtra bona.Italus nunquam eſt audax,nec ſpernit mortem,niſi quādo pauper.Eraſmus in j.parte prouerb.dcccexliij.timidus Plutus. & Seruius ad Virgilium.j.Aeneid.circa princ.ſuper illo,ſtudijſq; aſperrima belli.Et tanquam deſperatus inimicus tuus deteriora committet.Bal.in.l.j.C.de enu.& ex deſperatione fiunt ſecuriores.Petrarcha in prooemio epiſtolarum. ante fi. & epiſt.xij.ingenti & in triumpho Mortis.c.j.circa fi.Et per deſperationē facta ſecura.Et ſi non uis credere, expoſtula à Gallis in Lombardia de anno M d xxij.& quādo eſt pauper, quis honor tibi erit? dicimus quòd degenris animi eſt minoribus inſultare.Petrarcha epiſt.xcij.incip. ſine illum quia nec habet uictoria laudem.ut in j.Aeneidos. & illud, Egregiam uero laudem &c. & contra uindictam Guilielmus Rouille in tract.de deſcriptione iuſtitiæ. lib. iij.c.iij.uer.iij bonus.& c.vj.circa.fin. Et dicit Longolius in ſua defenſione habita Romæ.incip.quòd.char.xl.quòd Romani plures etiam conuictus abſoluerunt, quia uiderint quòd nimis magnis aduerſariorum uiribus obruerentur.ubi recitat exempla, imò Parcere proſtratis ſcit nobilis ira leonis.Bald.in c.ij.col.iij.de poſtul. prælat.Si de uita inimici uis te uindicare,unum occidis, & paris tibi ſeptem, ut caput Hydræ, nam filij fratres, uel agnati quotidie de nece tua cogitant.Alberta.lib.ij. de examinando conſilium in ſpe.incip.nunc accedamus. & de officio iudi. circa uindictam.& lib.ulti.de guerra uitanda. & in rubr.

ſeq.

ſeq.Nic.Boerij in tract.de ſeditioſis. char.xvij. Alexandr. lib.vij.conſi.ij.num.8. Et eſt deteſtandum ſcelus homicidiũ.late Afflictus conſtitu.ſi damna clandeſtina . col.v.dicens.inter cætera,quòd omnis nobilis eſt affinitate homicidæ abſtinere debet, & eſt periculoſum etiam propter titulum de receptatoribus.ff.& ne dicatur quis opem præſtitiſſe ſaltẽ poſt delictũ.Ang.in Maleficiis,in uerbo , Andræam auxiliatorẽ. Et qui gladio ferit,gladio peribit. latẽ Iodocus in tract.de nobilit.c.xiiij.frater Mich.Dominicus de Guelfis & Gebellinis.char.ix.uerſ. ſecundus labor, quod quãuis Deus inueniſſet ſeruũ ſuum Dauid ſecundũ cor ſuum.c.ii.j.q.vij.tamen noluit ꝙ ſibi templum ædificaret, quia uir ſanguinis eſſet. Io.Montaigne in tracta.de bigam.q.iij.col.vij. Io. Montolonius in Promptuario iuris.char.cxxxij. col.ij. Ferrarius cautela xliiij. canonicis, col.ij.etenim uox ſanguinis continuè ad cœlum clamitat. Et licet quis tibi nocuerit,nota illud Catonis: Lędere qui potuit, aliquando prodeſſe ualebit. Et dicit Thucydides lib.vj.ſub oratione Alcibiadis: quandoquidem qui hoſtis eſſet uehementer nocuit,eundem,ſi amicus ſit, ſatis profuturũ.& colligitur ex Scipionis exemplo, qui filiam inimico experto deſponſauit. refert Gellius lib.xij. cap. viij. plures Longolius in ſua defenſione habita Romæ, incip. quòd. chart.xx.qui hoſpes. Romani poſtea acerrimi defenſores & quotidiana exempla nobis demonſtrant capitanei armorum. facit latè Plutarchus in tract. quomodo ex inimicis quis capiat vtilitatẽ. incip.uideo. & dicit frater Lud.de Verit.contritionis,chart.cxxij.de ſeptem operibus miſericordiæ corporalibus: † ſit enim ut nonnunquam inimico crebris uicto beneficijs, odiorum rigore emollito, calorẽ in mente charitatis excipiat, ac de inimico amicus fiat.Et Papa Pius epiſt. ad ducem Mutinæ, Allegat Apoſtolũ dicere,ꝙ uincere debemus in bono malũ. Alberta.lib.ij.de cõſi.dandis.in rubr.de examinatione cõſilij in ſpecie.maximè cùm dicat Auguſt.ad dilectionem inimicorum uos admoneo, quia ad ſananda uulnera peccatorũ nullum remedium utilius cognoſco. Et quamuis aliqui dicant quòd iam ceſſaſſent,niſi principes eas fouerent 159

rent propter cõmodum pœnarũ quod ex delictis quæ exin de ſequuntur, capit fiſcus, uel ut Campanus lib.vij.epiſt.j. incip.ruimus replicata in exẽplis. Card. Pap.ccxxxvij. ubi epiſtola ſeq.Petrarcha lib.vlt.epiſt.iij.leue eſt. Old. conſi. lxij.& circa.col.j.uerſ.iij.uidetur fauendo ſemper debiliori factioni:ut de Philippo dicit Iuſtinus in prin.lib.viij.& Papa Pius in epiſtolis.facit Valla, de donatione Conſtãtini. ult.char.uel ex alio, quin facilius hoc modo dominentur, iuxta illud Philoſophi: Vis regnare, diuide. Archiepiſ. Floren.in ſua Chronica, parte ij.titu. xix.c.vj.§.j. Claud. in Monarchia Frãciæ.parte iij. c iij. & parte v.c.x. & quia quilibet geſtit animo rempub.inſtituere, ut in ea ipſe maximo pretio ſit futurus. Iſocrates in oratione de bello fugiendo col. iij. & ita faciebat frater Hierony. Sauonarola Florẽtinæ, ut dicit eius proceſſus impreſſus. Sed præmitto hoc dicentibus antequam procedam ulterius, quòd nõ eſt dicendum malum de principibus. l.j. C. ſi quis imper. maled. Gellius lib.iij.c.iij.uerũ ad fi. Eccleſiaſt.x.in fi. Marſilius Ficinus epiſt.neq; tutum incuſare principes. chart. cxiij. Eraſm.prouerb.cj.char.xxv. Multæ regum aures atque oculi. Et Helena Ouidiana, An neſcis longas regibus eſſe manus? igitur reſpondetur poſt Iſocratem in panegyrico incip.illos.char.xj.& quæ dicam infrà quòd in dubio minor pœna eſt eligenda. & ſic ceſſat illud de commodo pœnarũ. Ad illud, Vis regnare, diuide, reſpondetur, quòd philoſophus illud nunquam dixit, niſi deteſtando, dum loquitur de tyranno, & ponit hoc pro uno ſigno ad cognoſcendum tyrannum, ut infrà dicã. Præterea euenit unico momento aliqua ſeditio uel rebellio in qua oportebit in tribus menſibus principem plus effundere auri, quàm potuit fiſcus ſuus de talibus pœnis in decennio rodere, nec debet princeps talibus pœnis mentẽ applicare, ſed de acquirendo aliquod dominiũ, quia aquila non capit muſcas, ut dixi. Et ſic patet quòd hoc eſt potius damnoſum principi. facit, quia dicit Chriſtus, cuius potiſſima eſt authoritas, Omne regnum in ſe diuiſum, deſolabitur. Lucæ xj.c. ſi ea.xxv.q.ij.Barb.in c.quod ad trãſlat.de off. deleg. char. antepen. Et lib.iij.conſi.j.col.pen.& lib.j. conſil.xx. illud.

col.v.

col.v.Socin.d.conſil.lxvij.uiſis inueſtituris. col. xj. repetito.conſil.clxv.Curt.Sen.cõſil.lxvj.ſapien.col.xv.lxvii j. dominus Io.col.vj.Oldra.conſi.lij.quæſtio eſt talis, an tutela.Iaſ.in l.ſtipulationes nõ diuidũtur.col.xx. de uerb.oblig. Item ſecundum Bal.in l.j.in prin.C.de cadu.tollen. † par- 160
tialitas in ciuitate eſt tãquã uermis in caſeo.& dicit Barb. in c.licet.col.xv.de proba.quòd eſt porta patens ad introducẽdum inimicos:etenim diſcordia omnia deſtruit, etiã ſemetipſam.Nizelus in epiſt.ante concordias.Bar.Conradus in tract.ſchiſmatis.cap.iij. col.ij. hinc dicebat Federicus Barbarubea Imperator, † quòd Italia eſt ſicut anguil- 161
la quæ nõ poteſt teneri per caput, neq; per caudam, neq; per medium. refert Blondus ſtatim allegandus, & tamen eſt facilis ad capiendum.

¶ Secundò.quia ultra quòd non prohibendo grauiter peccarent, ſecundum fratrem Tho. in dicto tract. de poteſtate Pontificis, char.xiiij.& ſeq.eſt aliud, quòd dicerentur tyranni ſic faciendo.Bart.in tract.de tyranno.col.viij.uerſi vj.ꝙ tyrãnus.Somnium Viridarij li.j.c.cxxxiiij. col. pen. uer.ſextus actus.frater Hieron. de Ferraria in tract. de regim.ciuitatis Florentiæ tract.ij.ca.ij.facit Mart. de Laud. in tract.de confœderatis.uerſic.xiij.incip.princeps. Barba. in rub.de teſta.col.xviij.uerſ.ult.cum in ciuitate. Platina in tract.de optimo ciue,lib.j.char. iij. & libr.ij.charta iij. Aegidius de regim.princi.lib.iij. parte ij.c.x. Nicol. Boerij de ſeditioſis char. xx. & ſic poſſet impune ſibi fieri reſiſtentia. Conradus in tract.de ſchiſmate.cap.iiij.nu. xiij. Et rarò quòd principes qui tali arte utuntur ultimò non fiant exoſi utrique parti,& citò uel dominium uel uitam perdant,& quandoq; utrunq;,ut uidimus, quia Deus ob tale peccatum hoc permittit. † dicitur etiam quis ſub ty- 162
rannide uiuere, quando ſubditi non poſſunt libera uoce defendere bonum publicum.Bal.in l. decernimus. col. ij. C.de ſacroſan.eccl.& qui partẽ ciuium cõſulunt, partẽ negligunt,rẽ pernicioſiſſimã faciunt.c.vj.in officiorum. Alber.de Iuſtin.cod.cõfir.col.j.l.j.cũm gl.ff.de legib.l.actione.§.Labeo.ff.pro ſocio. Afflictus cõſtitutione, grandis.j. not.S.Tho.quẽ refert Fortun.in l.legitima. ff. de pact. col. xxviij.

xxviij.in fi.quia non eſt communis pater qui communem filiorum curam non habet, & Dido in j. Aeneidos, Tros Tyriuſq; tibi nullo diſcrimine agat. & Chriſtus dixit Petro, Paſce oues meas.non diſtinguens inter has & alias. Inno.in cap.ſolitæ. de ma.& obed. Cyprianus de Beneto in tract.de poteſtate eccleſ.Roma.char.vj.

163 ¶ † Tertiò, aliquando eueniet ꝙ aliquis ſubditus transfuga principis clementia cõfiſus domum rediret, ſed plus timens factionem aduerſam, non audebit, unde exulãs quotidie inimicos & bellum principi procurabit.

164 ¶ † Quartò, quia ſi eſſent partiales iuſtitiã per quam regna conſiſtunt.§.oportet.uerſ.deinde.in authen. de mand. princ. Aegidius de regim.princ.li.j.parte.ij. c.xj. Claud.in Monarchia Frãciæ.par.ij.c.xv rectè miniſtrare nequirent: quia ipſi uel eorũ officiales qui ſolent ſequi ueſtigia principum.Barb.allegando Platonem in proœm.clemen. quoniam nulla.col.iiij.Claud.ſuper Lucã,char.cciiij.in fi.Decius conſi.clj.uidelicet in ſer.ſeq col.j.ut dicã infrà chart. proxi. & infrà quomodo debeat iudex iudicare in x. limitatione, amore ſuorũ & odio aduerſantium ducti impediuntur ex affectione ueritatem cognoſcere: quia facilius credet rationibus ſolum perſuaſis facientibus pro amico, quàm concludentibus pro inimico. Credunt enim libenter homines id quod uellent. Cæſar in commentarijs lib.iij.poſt medium.& Iaſ.in l.qui Romæ. col.ix. de uerb. oblig.qui allegat Senecã,& iudices audiunt libenter quos diligunt.Barb.in Ioannina.col.cxvj.Eraſ.ij. par. Prouerb. cccciij.qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt. Salomonius in repet.l.Gallus.§.quis ſi is.char.v.ff.de liber. & poſthu. dicit ꝙ eſt inclinatio naturalis, ꝙ facilius deſiderata credimus: patet in nouitatibus tempore belli quibus unus tantum credit quòd una pars pro una, alia pro altera quod inducuntur ad ſpõſiones ſeu ſcomiſſas, puta quòd imò Papa uincet, quæ an ualeant, Paul. Alex.& Iaſ.in l.à Titio. ff. de uerbo.oblig. Decius conſi.cxiiij.& cxv.in fi.col.iij.Paris de Ludo.col.viij.uerſi. an quando aliquis uult ſapere. Roch.in c.examinata.char.x. de iudic.Et dicit ſuprà Bonauentura, quem refert Buſtus in Defenſorio montis,

char.

char.xxvj.col.iiii.eſt in fi.iij.partis ſolubilitatis, quòd aliquãdo homo bene aliquid ſcit:ſed tamen affectio adeò dominatur in eo, ut ad exiſtimandũ oppoſitũ illũ protrahat. † Stãte ergo amore uel odio rectũ non poteſt fieri iudiciũ, 165 ut infrà dicã. Item quandoq; aliquis factioſus delinquens cum ſuis coniuratis erit adeò potens quòd princeps non poterit eum punire, niſi trãſmittat exercitum, propter cuius impenſam deſiſtunt facere iuſtitiã, uel tranſeũt ſub diſſimulatione. Et ſic fruſtratorium remanet iudicium cuius executio tendit in uanum. Bald. in c. eccleſia. col. j. ut lite pendente. Et propterea dicit Philoſophus, quẽ refert Bal. in §. conuenticulas. de pace iur. fir quòd communis cuſtodia regni eſt non permittere ullum creſcere præter commenſurationem. facit Barto. allegando etiã Philoſophum in l. j. col. pe. C. de dig. lib. xij. & quòd uult Aegi. de regim. princ. lib iij. parte j. cap. xvij. Et Vdalr. in l. ij. §. j. ff. de orig. iur. col. xxij. ubi dicit quòd prima reipublicæ peſtis eſt fouere eos qui dominari cupiunt. facit Claudius in Monarchia Franciæ. parte j. c. xvj. & parte ij. c. xvij. unde euenit ex quo non faciunt id propter quod à Deo miſſi ſunt. c. regium. c. rex debet. xxiij. q. v. Deus faciat illos amittere dominium. c. ſi de rebus. xxiij. q. j. Pan. in c. piſanis. j. not. de reſti. ſpol. frater Michael Dominicus in dicto tractatu, de Guelfis & Gebel. char. xviij. uerſi. quo ad certam quoniam ut dicit Dantes in Purgatorio, cantu vj. incip. quando. chart. ult. Et unde Marcel. diuenta ogni uilan che portay grando uene, quia capiunt famam ex crudelitate. Bald. in c. i. quod met. cau. ſed crudelis crudeliorem inueniet. Nic. Boerij in tractatu de ſeditioſis. char. v. & de hoc habent ſemper ſynderesim ſtimulantem. Hoſ. in ſumma de pœnit. & remiſ. §. quę inducunt. col. ij. & quandoq; citius mori. c. epiſcopi. xj. q. iij. Roch. in cap. ſi. de conſuet. col. iij. ij. not. ubi dicit, † quòd diabolus habet poteſtatem in peccatore 166 quaſi in ſuo pecore. Si enim principibus non præſtatur obedientia, ſunt tãquam priuati & ut poteſtas Sinegalię, qui præcipiebat poſtea faciebat. ſecundum Cacialupum in l. diem functo. col. v. ff. de offic. aſſeſ.

¶ † Quintò ſi factiones principibus placerent, uerisimiliter 167

ter non condidiſſent leges punientes factioſos: quia licet ſecundum Bar.in dicto trac.de Guelfis & Gebellinis, iſtæ partialitates inceperint tempore Federici Barbaroſſà. & ſequitur Panor.in c.Piſanis, col.v. de reſtit. ſpol. Blondus in anno M cc xl. & Supplemẽtum Chronicarum de anno M cc xxxiij. Archiep.Floren.in iij.parte ſuæ hiſtoriæ. tit. xix.c.vj.§.j.quicquid dicat Landinus in commento Dantis,in canti j. Inferni,cantu vj.chart.penult. & Merula in ſua Chronica.chart.lxxj.qui expreſſe tenet contra Barto. prout Alberic.in Dictionario.in uerſ.Guelfi.Et Benuenutus de Blandrate in tract.de origine Guelphorum, refert Ottonem ipſum Frigiſenſem dicere, quod habuit ortum in Alemania inter duas familias, unam Henricorum de Guilbelenga,altera Guelphorum de Adulſio. & ceſſarunt in perſona Federici imperatoris, qui traxit originem ab utraque familia: hoc ideo electus eſt imperator. Et ſic in Germania ceſſarunt hæ fictiones,tamen idem Imperator habens eos odio,condidit.§.conuenticulas, de pace tenenda. Sunt enim pacis amatores. Barbat.in d. cap. quod ad trãſlationem.col.xxiiij. de officio leg. Imò iſtæ factiones eidem imperatori magna bella pararunt. Itẽ & Gelaſio ij. Pontifici maxima uulnera, ut Blondus ſub anno M c xix. & Boniſ.x.carcerem, ut ibi de anno M ccc. & Bonifacius Papa viij.ſecundũ Platinam,fecit pro poſſe ut has factiones extirparet. hoc non perfecit,quia morte præuentus; nam ſi uixiſſet,credo q Deus ei hanc gratiam præſtitiſſet, quia ſaltem in hoc tẽdebat ad bonũ finem, propter enim has factiones euenit forte illud quod dicit Alex.in l. hæredi tarum.ff.ad l.Falcid.col.ij.quod nulla reſpublica præſumitur durare vltra xxx.annos, Chronica Merulæ chart. xxvij. facit Codrus ſerm.j.char.xxvij.Veneti autem. propterea melius eſt regi vno Rege. Liuius. j.chart. ſecundi libri. Aeneas Syluius epiſt.lxxviij. Dionyſio, Symphorianus de bello Medicinæ, chart.ij. Illuſtration de Gaulle, dum loquitur de Venetis, cap.iij. Claudius in Monarchia Franciæ. lib.j.cap.ix. & x,dum tamen Reges habeant ſua conſilia,quibus regantur,ſecundum eum.& ſic tollitur illud in tract.de poteſtate eccleſiaſtica, per fratrem Alex.

de

de ſancto Elipido, tract.ij. cap. penult. uide etiam in Monarchia Petri de monte. & Iaſ. in oratione reſponſoria Ianuenſibus pro duce Mediolani. eſt text. in cap. in apibus. vij. quæſt. j. Barto. de regim. ciuitatis. ult. q. principali. Oldra. conſil. cciiij. Barb. in cap. prudentiam. col. jx. de offic. deleg. Fely. in cap. eccleſiarum. col. penult. de conſtitutionibus. Riminal. in l. j. col. vj. ff. de offic. eius. Socy. libro iij. conſil. lxxvij. col. iiij. Corſet. in tract. de poteſtate regia. quæſt. lxxiiij. Buſtus in Defenſorio montis. charta lxj. col. iiij. & ſequen. Pich. in repetit. l. in quartam. col. liiij. frater Thomas Illyricus de poteſtate. Papæ. char. xxxvij. Mirabilis liber prophetiæ charta xij. cap. iiij.
¶ † Aliam cauſam iſtarum partialitatum quidam aſſignāt 168
eſſe, ſcilicet propter fauores & ſequelam: ſed non aduertunt ad illud Plauti in Amphitr. Sat habet fautorum, qui recta facit. Et Iaſ. ſuper ſuam portam, ut uidi. & habetur in oratione Sapiæ in eius funere, Virtuti Fortuna comes. Philelphus in ſatyris. Virtutibus ultro reſpondet Fortuna fauens. Liuius decade j. lib. iiij. dum loquitur de A. Sempronio ubi dicit quòd fortuna, ut ſæpe aliàs uirtutem eſt ſequuta. & Cicero de Senectute. poſt medium, loquendo de Cyro dicit, Virtuti tuæ fortuna coniuncta eſt. & Bar. in repet. l. Barbarius. ff. de offic. præt. col. ij. quod uirtus & bona fortuna raro ſeorſum conſiſtunt: allegat Ariſtot. & Virg. hinc Gallicus, A uertu fortune. & Achilles de Allionibus iuriſconſultus, ſenator maioris conſilij ducis Sabaudiæ, in domo ſua depingi fecit Mineruam & fortunam amplexati deambulantes. & fortuna exaltat & deprimit. Angel. in l. duo naufragium. §. fi. in fin. ff. de incen. rui. naufra. licet ſit inexorabilis. & muta. ſecundum Iaſ. in l. ſi duobus colum. j. C. commu. de leg. & ſine ratione. Bald. in cap. clerici. de uita & honeſt. cler. hinc ille rogans auxilium ab amico contra ius, dicebat ꝙ in iure non egebat auxilio. alius reſpondit, Et alter dæmon, qui ſciens peccatum & pœnam inferorum, alios illuc accedere inſtigat, ego dæmonis amicitiam recuſo, & meritò, quia pro amico nō eſt faciendū niſi uſq; ad aras M. Renault in Mirouer des princes. char. xxvij. Gel. lib. j. c. iij. Chilo. pulchrè Roſariū Buſt.

ij.part.ſerm.xxxj.litera m.ubi allegat Valerium li. vj. loquētem de Rutilio,qui dicēti ſibi,Quid igitur mihi opus eſt amicitia tua,ſi quod rogo non faci?Reſpondit,Et quid mihi tua, ſi propter te aliquid inhoneſtè facturus ſum? Matth.x.Qui amat patrem uel filium pluſquā me,non eſt
169 me dignus,ergo quāto minus amicum. † Eſt uerum quod plurimi conqueruntnr fortunam uirtutibus aduerſari. ut Marſilius epiſtolarū li.viij.char.clj.& cliiij.epiſt.incip.ſuperioribus.& lib.x.chart.clxxxvj. epiſt. incip. inimici hominis,domeſtici eius.& epiſt.proximè ſequenti.ſed fortè, erant inſtabiles, nam ſi perſeuerent in uirtutibus.Et ſi ſemel,bis,uel ter,ſeu pluries fortuna aduerſetur,tādem mutabitur,& uirtutibus adherebit,& quò tardius, eò altius uirtuoſum extollet.Et ſic ſoluet ſortem cum uſuris. uide Claud.in Monarcha Franciæ.lib.ij.cap.xvij. iſta enim magis intellectu percipi poſſunt,quàm uerbis exprimi.l. quo enim.§.j.ff.rem ratam hab.Plus dicendum uidetur , quòd ímò ipſiſmet caporalibus harum factionum ſit talis partialitas exoſa,prout de tyrannide in ſeipſo ſcribit Phalaris epiſt.xxiij.inci.cum. & epiſtola xlij.ignoſco. & epiſto. ſeq.Et Iſocrates in tract.de Tyrannide.Matth.Boſius epiſtol.iiij. tuis literis. nam licet quis debeat eſſe ſubditus principibus etiam diſcolis,tanquam à Deo miſſis , tamen ſecus quando tyranni. Paris de Syndicatu charta. iij. cap.
170 † an liceat occidere tyrannum.facit Numeri c. chart. xxv. ubi de Eleazaro.Bald.& Claud. in l. ex hoc iure. ff. de iuſtit.& iur.Luc.de Penna.in l.j.col.v.C. pub. lætit.lib. xij. quis animus eſt ergo tyranno , quæ ue requies ? non ſunt audaciores,d tiores,nec fortuniores Cæſare , qui tamen fuit trucidatus,& tot ſucceſſores.Nam omnia dicta exinde naſcentia illis abſcribuntur.Bar. in l. quoniam multa. C.ad l.iul.de vj.Ang.in l.j.ff.de probat.Alex.lib.j. conſil. ciij.Item prima col.ij.& continuis anxietatibus & expenſis fatigantur,& mille uiris infamibus & ſceleſtiſſimis fauere coguntur.Et eos quādoq; extra dominium principis propter fiſcum grauiſſima impēſa nutrice,& eos qui ſi domi ſtarent artē ſuam exercerent,& nunc nihil ualent operari,& poſtea cùm nequeat à malo.abſtinere. Nam Lucanus,

nus,Sanguis ſemel ore receptus Pollutas nunquam patitur manſueſcere fauces:& peccata tempore patent. Propterea ſæpius uiſum eſt eos clamare,dum furcis ſuſpendebantur,Ego morior propter talem corporalem,quem nominabant.cogita in quanto pudore & diſcrimine eum ponunt.& ſi ſemel rogauerit unum ex his ſequacibus, quos uulgò in Italia Catulos caporalium nuncupant, cogetur quotidie ei uices reddere, & ſi non de perſona, ſaltem de burſa,& tamen durius eſt de pecunia quàm perſona ſerui re.gl.ſi.in l.hæ operæ.ff.de oper.liber.Imò de dominis faciunt ſe horum ſequacium ſeu catulorum uilium ſocios, & quaſi fratres,& quia nimia familiaritas generat contẽptum.l.obſeruandum.ff. de offi.præſi.c.& ſi Iudæos.de Iudæis.ubi Panor. dicit hoc procedere in iſtis ruſticis. Boniſ.in tract.de nobilitate.parte iij.no.xij.poſſumus dicere ꝙ tandem ſuaditos,ne ſcelera etiã pro eis perpetrata propalent,adeò ꝙ nunquam quieſcunt tot exilia obeunt, tot vulnera,tot mortis pericula.necvbi locus tutus ab inſidijs inimicorum,& quando perfeciſſe arbitrantur, tunc incipiunt.pulchrè frater Hieron.de Ferraria in lib. de regim. ciuitatis Florentiæ.chart.penult.Albertanus lib.ij.in rubric.de conſilio inimicorum uitando.& in rubri. de cuſtodia perſonæ.nam pro uno die quilibet pauper ſat erit ad uexandum,& fortè occidendum etiam unum potentẽ caporalem,quo res cunq; trahat & uindicet,poſtea ſi poteſt, quoniam peracto ſcelere aufugient,& nullum hominum genus audentius,& callidius Italo paupere,ut ſuprà.& aliquando repeṙiet ſocium,† quoniam communis timor iungit ſeparatiſſimos. Bald. libro. j. conſil. cxxx. Decretum, 171
& aliquando parua ſæpe manu innumerabiles hoſtes fuderunt, ut ſtatim dixi. Et propterea timetur dubius euentus belli, Oldrad. conſil. lxij. & circa ult. chart. facit Marſil. Ficinus lib. vj. charta cxviij. epiſtola incip. omnino.dicens,quòd ubi mare ſæuit maximè in fortuna ut plurimum dominatur, & facillimè fallit, & poſtea homines ducunt damnum tuum.& charus uindictam.Eraſ. j. parte Prouerb.dcxlvj.Nonne uidimus Collam de Mõranis grãmaticũ ob baculatas,quas(vt dicitur)ſibi dari fecerat Ga-

leacius dux Mediolanī,ipſi duci toti orbi tremendo cautè mortem cogitauit, procurauit, & executioni mandari fecit,& ipſe ſemper à longe ſtetit. Corius in Chronica de anno M.cccclxxv.chart.ccccxxiij.circa fin.latè habetur in depoſitione Hierony. Alciati,quæ incipit,Colla de Montanis.Et ſi caporalis faciat violentiam alicui ob hos ſequaces,cogitet quòd contra ſuos poſteros hoc fabricat. Nam cùm ex diuitibus pauperes,& contrà quotidie procedant, vt ex rota richeza fa ſuperbia, ſuperbia fa pouerta,pouerta fa humilita, humilita fa richeza, richeza fa ſuperbia. pro quo gl.in l.nō vt ex plurib.in fi.ff.de reg.iur.Et ſic ſemper circumuolendo nunquam eſt finis.facit Lucas de pena in l.j.C.publ.læt. lib.xij. col.ij.ponens etiam hos uerſus.
172 † Nobilitas faſtum,faſtus litē parit & arma: Lis odiū, carpunt hæc tria mortis iter. non erunt fortè poſteri ita potentes,contra quos ſimiles uiolentiæ etiam patrabuntur.pulchrè tex.in auth.ut omnes obed.iud.prouinciæ. in prin.& iudices talibus reſiſtere debent.Albert.in proœm. C.incip.quoniam.col.fi.& eorum precibus iudices quandoque ferunt ſententias iniuſtas:& tunc bene uellem ſcire ſi aduertunt ad reſtitutionem ad quam tenentur damnum paſſo ,ultra pœnam.l.qui dolo.ff.de præuaric.Quinimo his quibus prodeſſe putant nocēt:nam talis ſententia per ſupremas Curias reuocatur. Claud. in Monar. Franciæ.parte.j.ca.x. propter quandoque nullitatem actorum uel iniuſtitiam : quia nemo diu gaudet qui iudice uincit iniquo.glo.in l.in hæredem.ff.de calum.Et ſi fuiſſent ſeruata ſeruanda,fortaſſis obtinuiſſet in meritis: & uidimus ſæpe præſtari fauores ad colligendum fructus qui ferè cōſumuntur per ſocios,uel perduntur, quia ut plurimū immaturi.Et poſtea oportuit reſarcire in duplum cum ualore quāti plurimi. Omitto quòd nūnc eos qui ob eorum potentiam uolentes lucrari faciunt cum aliquo litigante pactum de quota litis, quia debent puniri in tertia bonorum ſuorum.lex ſenatus.ubi glo.ff.ad l.Iul.de ui priua. Et quòd hæc partialitas non ſolum ſit odioſa caporalibus : ſed inſtigatoribus & humilioribus patet, quia per fas & nephas ſeruiunt caporalibus.Fely.in cap.in literis.col. ij.

de teſtib.ipſi ſunt qui uulnera & cædes ſuſcipiunt, qui laqueo ſuſpenduntur,ſecuri percutiũtur ut caporalibus ſint exemplo: ipſi torquentur,trucidantur,&caporales ex cauſa tolerantur. Albertanus de cõſilijs dandis,lib.ij. de quo tuplici uoluntate Dei.Eſt enim lex, araneæ tela, quam ſi quid debile intrat,retinetur:graue autem pertranſit,tela reſciſſa.ut Solon apud Laertium.Mancinellus in ſermonibus lib.iij.tit.viij.Codrus ſermo. i.chart.xxvij.Eraſm.iij. parte Prouerb.cccclxxij.dat ueniam coruis. &c. Ang.in I. ij.ad fi.ff.de priuat.delic.Bon. de nobilitate iij. parte. nume.xlviij.Claud.ſuper Lucam.eſt chart. clxviij. eſt ultima ij.tract.facit quòd al cane magro ſe apichano le moſche. l.& an eandem.§.actiones. ff.de except. rei iudic. ubi Angel. Lucas de Penna in l. miſſi opinatores. ante fin C. de exact.trib.lib.x.in l.j.C.de ſtud.lib. lib. xj. col. vj. licet & meritò hoc damnet Fortun.in l.j. col.xj. ff. de iuſti. & iur. ſed interdum. ita fiendum dicit Luc.de Penna in d.l. miſſi opinatores. Cyprianus Benetus in tract. de authoritate Rom.Eccleſiæ.chart.ix.& ſeq.& gaudent quandoque caporales de morte talium malefactorum, ne ſcelera quæ eis mandauerunt, propalentur,& ut ſe faſtidio & impenſa liberent:licet fingant dolere,& amicos rogent pro eorum liberatione. Sciunt.n.quod qui committit peccatum ſeruus eſt peccati.Io.c.viij.gl.in l.fi.C.de ſentẽ.paſ. Imò quandoq; ſeruiunt uni corporali,qui poſtea eum deſtruet.ut Facinus canis dicens equo ſuo ronzino, deſtruto el Guelfo, mangia el Gebelino.Et Alex.vj.deſtructis Vrſinis,i nauſit Colonenſes. nanq; arma tenenti,omnia dat &c. ſecũdum Lucanum in j.& Nulla fides pietáſque uiris qui caſtra ſequuntur.ut Anch.conſil.xxxvij.incip.præmiſſa.Item eſt periculoſa armorum contractatio iſta, ut dicit ſapiens Mediolan.Can.de porco,ſparauer de chaza,& homo da ſpada non ſe troua raza.& inſpice. Cæſarem Pompeium & cæteros etiam ſummos bellorũ duces qualiter occiſi fuerint:ſed omittendo eos qui non fuerũt de populo electo, inſpice quot Chriſtianos,& quod deterius eſt quid de anima eorũ.Melius ergò illis eſſet ſi rẽpub.regere nequeunt, poſtquam etiam turpe eſt lucrum quod quis eam guber-

nando facit.c.militare.xxiij.q.j.Ideò fugiendum.Io. Lup. in rub.de don.inter uir.& uxor.char.xxxiij.col.iiij.Et non ſolum peccatur conuertendo pecuniam publicam in proprios uſus: ſed etiam in male eam miniſtrando. Fely. in c. olim.col.pen.de accuſ.& cum quanto periculo & difficultate fit talis adminiſtratio, niſi adſit diuinũ auxiliũ. Mar-
173 cil. epiſtolarum libro vj. char.cxxij.† & omne officium per partialitatem obtentum peccat exercens. ut frater Michael Dominicus in d.tract. char. xiiij. Melius eſt ergo artes ſuas exercere,uel agros colerere,uel mercari, quam quotidie arma inutiliter & contra proprios quandoque affinas tractare.l.ſi cohartalis. C. de cohar.lib.xij.quoniã ut plurimum caporales poſtea in amicitiam reconcilian-tur,& ipſi utrique remanent exoſi.quia entia uolũt bene diſponi.v.Ethic.j.Metheor.Imol.in cap.nouit.col.iij. de iudic.Bal.de pace Caſtan.circa fi. Et in repet.l. Aemilius. col pen.ff.de minorib.Roſel.Monarchia char.lxxij.in fin. iij.col.præſertim ſi negotium omnes tangens ad hoc impellat,quia communis timor iungit ſeparatiſſimos. Nic. Boerij in tract.de ſeditioſis.char.xix.poſt Bal. lib.j. conſi. cxxx.Et neſcio uidere quomodo poſſint confeſſores iſtos partiales abſoluere ſtante periculo recidiuationis quod colligitur:quia nõ admittunt diuiſias, ideò non dicuntur pœnitere:& quomodo eſt reconciliatus fratri ſuo,Matth. v.late frater Thomas ubi ſuprà in viij. fundamento, & in char.cxiij.Item propter ſcandalum in ſimili. Angelica & Sylueſtrina in uerb.concubinarius.§.ij.quia clarè liquet, ꝙ facilius quis relabitur ad partialitatem,quàm ad concubinatum,ergo aſſoluer non ſi puo chi non ſi pente.ut ſuprà dixi.plus dici poteſt,quòd ſi aliquis uixit in partialitate,& moriatur cũ penna,uel imagine ſuper birreto, uel cum ueſtibus ſeu caligis indicantibus partialitatẽ, niſi appareant ſigna pœnitentiæ,quia in manifeſto peccato moritur inteſtabilis.Et ſic coruit eius teſtamentum. Bart. in l.j.col.vj. q.C. de ſacroſan. Barb. in cap. ingredientibus. col. antepen. de teſta. & lib.j.conſil.fi. incip.multos. Burgos in c.j.col.v.de empt.& uendi. Archiep.Flor. in ij.par. Summæ.tit.x.c.j.§.non ob Bal.in d.l.j.& Panorm. in rub. de te-

de teſtam.col.fi.& Peruſ. in rub.eod.li.vj.col.xvj.uerb.vltimo quæritur an excommunicatis, quia ipſi loquuntur quantum ad pias cauſas.Et in quibus maius dubium uertitur: quia non debeat capi eleemoſyna à peccatoribus, Et prædicta opi.indubitanter procedit,ſi teneamus opin. fratris Michaelis Dominici,† quòd partialis grauius pec- 174
cet,quàm hæreticus:quia omnes indifferenter tenent hæreticum eſſe inteſtabilem,& ſi inteſtabilis, quantominus poterit ſepeliri in terra ſacra. Bertach. in tract. de epiſco. lib.iiij.par.lij.q.xiij.frater Tho. Illyricus ubi ſuprà in vij. fundamento.Et frater Michael. Dominicus. in d.tract.de Guelfis & Gebellinis.char.xj.uerſic. quartus labor. c. placuit.xxiij.q.v.Hadr.Papa noſter in Quodlibetis. iij. char. xxxviij.col.j. Et quia iſtud de teſtamento & de ſepultura pati poteſt muta contraria,benè cogita,quia nõ firmo, licet in dubio tutior uia ſit eligenda, & ſic cauendum ab his partialitatibus, nec ſe ponere in conflictu opinionum Doct.ne ulterius circa rem notiſſimã inſiſtã, ſcilicet in teſtatione huius maledictiouis. Ponã aliqua remedia, quæ ſi adhiberentur, ſi nõ tolli, ſaltem forte ſedari poſſet iſte partialitates:quia hoc opus hic labor eſt:nã uidetur quaſi impoſſibile ſecundum Surgetum in Enchiridio militari chart.xxxix.& partialitas eſt paſſio animi. ſecundum Bal. in l.j.C.ad l.Iul. Viſcel.quæ ſoli Deo cordium ſcrutatori nota eſt cap.erubeſcant.xxxij.diſt.Ideò non facilè poteſt adhiberi medela.glo.in cap.ut circa.de elect. lib.vj. in gl. iij.quia ſemper dicunt inter ſe illud, Odero ſi potero: ſi non,inuitus amabo.gl.in c.turbarum.xxxvij.diſt.Sed poſſent obſeruari cauſæ quæ cauſant pacem.ut Panorm. in c. Piſanis.j.not.de reſtit. ſpol. Afflictus conſtitutione, pacis cultum.col.ij.Guil.Rouille in trac.de deſcriptione iuſtitiæ & iniuſtitiæ.lib.j.c.xv.Luc.da Penna in l.j.C.de publ. lætit.lib.xij.col.vij.& ſeq.Et auferri quæ cauſant bellum. Io.de Lign.in tract.de bello tract.ij.cap. v. Laurent. Valla de donatione Conſtantini.charta antepenult.

¶ † Primò enim quòd Papa qui eſt pacificus, ut in proœ. 175
rex pacificus.ad quem ſpectat iuriſdictio iſtorum propter peccatum.c.nouit.de iudicis.Item propter pacem,ut De-

tius ibi viij. not.bene facit text. in c. placuit. xc. diſt. de quo Felyn. in rubr. de treug.& pac. in c. quæ in Eccleſiarũ. col.xiij.de conſt.Iaſ.in l. quidã æſtimauerunt. col.iij. ff. ſi cer. pet. facit Petrus Suber. in tract. de uinea Domini.v. par.c.v.Barb.lib.j.conſi.xlj.illud.col.j.Formulariũ prouin ciale.char.liij.Faceret legem per quam declararet prædictas partialitates eſſe peccatũ mortale;& hoc ad auferendũ ambiguitatẽ ſeu errorem ſimplicium, qui putãt licere eſſe partialem quãdo non habent animum nocẽdi alicui. l.fi.C.de indic. uid. tol. Et forte ſunt ut ſerpens tempore hyemis.Seneca epiſt.xlij,& ſæpe maior eſt infirmitas corporis,dum latet.Hadr. Papa noſter. q.x.char. penul. col. iij.Panor.in.c.j.de ſagittat. Plus enim timetur quod ſpecialiter iniungitur,quàm quod generaliter impetratur.c. ſi aduerſus de heret.lib.vj.Ea enim quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur,cẽſentur neglecta. l.itẽ apud Labeonem. §. hoc dictum.ff.de iniur.Bald.in c. cum M. col. antepen.de app.Card.in cle.j.col.x.uerſi.nos itaq; de reliq.& uener.ſanct. Scrutinium char. lxxxviij. Nic. Boerij. de poteſtate legati. charta viij.in princ.j.q. A quo peccato non poſſent partiales. abſolui, niſi cum formali pœnitentia unius ieiunij,qui forte ob ægritudinem, uel ſenectutem ieiunare non poſſent, quòd errogarent Eccleſiæ tantum quantum ipſi familia ſua tota exponerent tribus diebus in uictu.Gerentes autem ſe palàm perſeuerando pro caporalibus harum factionum, incurrerent ipſo iure pœnam hereſis: & declararentur carere teſtamenti factione & eccleſiaſtica ſepultura, ut in ſimili in c. quenquam. de uſur. lib. vj.poſſit contra eos procedi per quoſcunque iudices tam ordinarios,quam delegatos ſe inquiſitores,& tam laicos quàm Eccleſiaſticos.

¶ Secundò ꝙ mandarentur caſſari omnia ſtatuta loquentia de Guelfis & Gebellinis, & deleri de uolumine ſtatutorum,abſolueretq; quaſcunq; perſonas quæ iuraſſent ea ſeruare, declararetq; irritũ & inane quicquid poſteã fieret uirtute talium ſtatutorũ.Nec hoc ægre ferre debẽt ciuitates,ut patet ex prædictis.Imò & ſi aliquid acquiſiuiſſet exinde:nã ut inquit Pap.Pius epiſtol. xl. cõtra Dieterum.

rum.† difficile enim eſt ꝙ poteſtas malis artib. acquiſita 176
bonis morib. adminiſtretur. Et licet oẽs nationes imò & ciuitates peccẽt in aliquo peculiari: ut colligitur ex Pontano in dialogo. Antonius. c. ſalutem uobis multam. poſt med. toto tempore. char. cv. & Philelphus lib. v. epiſt. j. incip. Video te eſſe. Et de Ferraria Butrius conſilio. xlvj. De morte, ſed pro ea Bolog. in Theodoſiana. in uerb. hoc ſaluo. eſt chart. xliij. & de Genua Papa Pius epiſt. xlij. ad Archiep. Genuenſem. Dantes in inferno. cantu. xxxiiij. in fin. & de omnibus linguis, quas dederit in ſpeculo uulgari de pœnitentia. char. cxx. quarum quæ ſit melior, Albertan. in Dictionario. in uerſic. lingua. & Docles de Phyſionamia. lib. j. c. vij. tandem cætere omnes defectus nihil eſſe uidentur reſpectu huius maledictæ partialitatis.

¶ Tertiò quia nomen Gebellini & Guelfi eſt generalius nomen factionis in Italia prohibere ſub pœna peccati mortalis ne amplius nominarentur. à quo peccato quis abſolui non poſſet niſi cum pœnitẽtia formali de totiens genibus nudis flexis deoſculandi terram quotiens talia nomina protuliſſet. Exemplo illius iurantis, de quo Barb. in c. j. de iur. cal. col. iij. Et idem in aliis nominibus factioſis generalioribus ſecundum diuerſitatem prouinciarũ, liceret tamen illis de aliqua parentelá etiã quòd haberet nomen factionis ſe de ea nominare, dummodo de ea uere eſſent, alias non. caueant etiam agnationes ab huiuſmodi paſſionibus, quoniam ſunt ad inſtar negatiuæ, quæ quicquid inuenit, deſtruit, & ſi inuenit ſemetipſam, & ſemetipſam deſtruit. facit affirmatiuam. Barb. in c. in noſtra col. ij. de reſcrip. Luc. de Penna. in l. ij. C. de præd. tamiacis. lib. xj. Et multi in principio guerræ, nondum nati ſunt qui ante finem illius multo labore, multis ærumnis, aut ſeneſcunt, aut miſerabiliter finiuut. Alberta. lib. ij. rubr. de conſilijs dandis. col. vj. Et Salluſt. circa. med. Iugurthini, quód omne bellum ſumi facile eſt, cæterum accerimũ deſinere non in eiuſdem poteſtate initium eius & finem eſſe incipere ciuiuis etiam ignano licet, deponi autẽ cum uictores uelint. & Iſocrates in oratione de bello fugiendo incip. omnes in opere. col. xvij. dicit quòd non ſolùm

hæc

hæc pauperiores non reddidit,& plurima pericula ſufferre cogit,ſed & uicinis omnibus odioſus præſtitit.

177 ¶ † Quarto ꝙ exhortarenť principes ad expellendũ factioſos & partiales ab eorum curijs ne alios inficiant. Barb.in proœ.cle.in §.ſalutē.col.ij.nu.8.Alber. de Amicitia malorũ hominũ uitanda. & aduertere qñ cōcedunt inſignia ſeu arma ea taliter uariare coloribus,ꝙ niſi cum difficultate poſſint cognoſci,an ſint de una factione, uel alia, uel unicuiq; cōcedere duo arma unã contrariã alteri,prout in tapetis antiqs uiſum eſt,in quibus ab uno latere erãt arma unius familiæ dedicta modo Gebellino, ab alio latere modo Guelfo.quod erit facile ſolum in mutatione colorũ.& quia iſti partiales etiã inueniant eã in imaginibus ſanctorũ,prohibere ſub pœna excõmunicationis ne qs in poſterũ audeat baptizare arma,uel inſignie pro Guelfis, vel Gebellinis,ſeu pro aliqua factione ſeu partialitate,& ſi plenè circa hoc prouideri nõ poſſet,nõ eſſet multũ curã dũ,quia quotidie ēt uidemus addi & detrahi in armis & inſignibus.Guillel.Monferra.in tract.de ſucceſ. reg. char. ix.col.ij.plures utuntur armis de una factione, & ipſi ſequuntur factionē aduerſam, imò in una ciuitate ſequuntur unã factionē,& in alia ſequũtur contrariam,imo quis ſecutus fuerit decennio unam factionem, poſtea abiurabit illam etiã per inſtrumentũ,& aſſumet aliam, ut dicit Felyn.in proœ.Gregoriano,col. antepe.Bald.in tract. ſtatutorum,in uerbo,Gebellinus, imò in eadem agnatione unus ſequitur Gebellinos,alter Guelfos, & hoc contingit etiam inter fratres,imò & inter patrem & filium.

¶ Quinto quòd daretur magna indulgentia ſemel in anno abſtinētibus à ueſtibus diuiſatis ſeu uirgatis in ipſis, & perſonis ſeruitorum,& ſartoribus abſtinentibus à confectione taliũ ueſtium.Quibus ſi pur uti uellent, tenerentur ſi plures ſeruitores habent induere unum de una parte,aliũ de econuerſa.Et ſi unum duntaxat haberet quòd uteretur ueſte cōtraria,caligis,uel ecōtra, uel ſi una uice ueſtiat eum diuiſatum ab uno latere, alia ſequenti uice qua ei uel alteri ueſtes faciet,ueſtiat econtra uel utatur diuiſis & uirgatis ita minutis ab utroq; latere ꝙ inducant

uериſi-

uerisimilem difficultatem, cuius factionis ſeu partialitatis ſint, prout uidemus in ueſtibus modernis Heluetiorum. uel ꝙ principes omnes ſtatuerent ꝙ omnes ſui ſubditi v-tentes ueſtibus diuerſorum colorũ ſeu diuiſatis uel uirgatis eis utantur omnibus uirgatis, uno modo ſeu latere ab uno, ita quod non poſſent iudicari niſi oẽs de una parte. Et uidi aliquos prudentes Italiæ principes qui ſolebant cum curia ſua deferre ueſtes de una parte: & cum redibãt ab aliqua patrias & ipſi, & Curia erant induti de alia parte, & nihil melius poſſunt facere quàm eſſe & oſtendere ſe neutrales. nam ad formam regis ſequitur omnis orbis. & Claudianus, Componitur orbis Regis ad exemplum, refert Vdalr. in l. ij. ff. de origine iuris col. xxiij. Idem Claudianus inquit, Mobile mutari ſemper cum principe uulgus. refert Matthæus Boſius epiſt. xxxj. incip. quod ardebam & qualis eſt princeps, talis eſt populus. Aegid. de regim. princ. lib. j. c. xj. frater Benedict. Mõzetus in ſuo ſomnio ad Papam Iulium. ij. in fin. dicens, quòd principũ uita cenſura eſt, quia qualis princeps, tales reliqui ciues eſſe ſolẽt, qui ad illius exẽplũ cõponuntur, quod princeps facit dicitur facere populus. frater Syluester cõtra Lutherum, char. cxxxviij. eſt lib. ij. c. vij. Guillelmus Rouille deſcriptione iuſtitiæ & iniuſtitiæ. lib. ij. c. xvij. col. fi. Claudius in Monarchia Franciæ. part. ij. c. xij. in fi. Gilbertus in quæſt. poſt. ij. Oecon. philoſophi. char. xij. ubi allegat Iſidorum. Barb. in c. ſi clericus laicum. num. 21, de foro compet.

¶ Sextò quia facta l. reperta fraus. c. auaritiæ. de elec. lib. vj. §. quoniam nulla. in proœm. clemen. eſſet utile ut officio diuino quod ſit die Veneris ſancta ultra orationẽ quæ ibi dicitur pro pace habenda, adderetur oratio ſpecialis ad rogand. pro ſedatione harum partialitatum. Quodque qualibet Dominica Palmarum omnes prædicatores tenerentur prædicare unum ſermonem in deteſtationem huius partialitatis, & potius illa die quam altera, quia conuenit paci propter palmas, Item quia ſolet prædicari poſt prãdium, & multitudo populi maior intereſt. Itẽ quia etiã iniqui tunc incipiunt de anima cogitare. Igitur ex his & alijs inueſtigandis poſſet fortaſſis ſi non tolli ſaltem paulatim

ſtatim ſedari partialitas, prout & habuit principium. ſecundum Bart. & Doct. antedictos, quia nihil ſub ſole perpetuum. pulchrè Bald. qui moraliter loquitur aſſignans rationem naturalem in l. ſi uiua matre. C. de bon. mater. Etenim omnia orta accidunt, & aucta ſeneſcunt. ut Saluſt. in princ. Iugurthini. & quando faciunt religioſi fratres eorū congregationes ſeu capitula, quia propter confeſſionem cognoſcunt ægritudinem, poſſent inuicem conferre, & cogitare de remedio quod Deus optimus illis de facili inſpiraret ſi recta fide & in ſynceritate ambularent, & populis etiam coram principibus prædicare: & ſi religioſi illi diſſuadent bella Heluetij quæ ipſi cōmittere ſolent pro ſua republic. quanto plus iſta inteſtina, ut in epiſtola beati Rhenani ante orationem Marcelli Virgilij, de laudibus Militiæ, quæ incipit, orationem. & etiam ſua intereſt, quia in confeſſionibus abſoluunt impœnitentes, ut ſuprà dixi: & ſic ambo in foueam cadunt. & ſic poſſent ſedari hæ partialitates. Claud. in Monarchia Franciæ. parte j. c. iij. nam quicquid ligatur, ſolubile eſt. §. diſponat. circa fin. in authen. de nup. & quicquid naſcitur, mortale eſt. Bal. in l. j. C. de his qui ante apertas tabulas. Et prout illas ceſſaſſe in Alamania aſſerit Beneuenutus de ſancto Georgio in d. tract. de origine Guelforum. hæc uolui ſcripſiſſe contra partialitates zelo pacis & charitatis, qua ſola cognoſcimur filij & hæredes Chriſti. & libet commemorare uerba Iſocratis in fine orationis, de bello fugiendo. Iuniores autem ac dum magis quàm ego ingenio. & ætate uigētes partim cohortor, partim iubeo in hoc genere plura tum dicere, tum ſcribere: ſi quidem hac uia maximas ciuitates, & quæ alios ſub iugum mittere conſueuerunt ad uirtutum pariter ad iuſtitiam perducent, uſque adeò ut Græcia rebus omnibus florente, & rei literariæ ſtatus in melius proueh atur. & in fine orationis Panegyricæ dicit: At qui de eloquentia contendunt, ſatius eſſet iudiciale huiuſmodi genus aggredi, & alias nugas omittere, cum hoc oratione certare & mente reuoluere, quomodo mihi ſup his in rebus diſſerēdo ſuperiores ſint. Illuminet Deus corda hominū, ut aliquis ſaltē uulgariter ad inſtructionē ru-

dium cōtra has malignitates partialitatum aliquod opuſculū edat leui impēſa habiturum, & leui labore lecturū. Habes ergo ex prædictis enucleatam, hanc quæſtionem, Nunquid ſit utile nubere. Et ne relinquam te in ſuſpenſo prout Medicus, de quo per Præpo. in c. de muliere. ad fin. de ſponſal. qui dicebat recipe neſcio quid, & liberabitur neſcio quādo. & gl. in l. ij. ff. ad l. Aquil. qui dicit ſoluat, Apollo. à quo Petrus fuit plenè inſtructus. ſecundum Cy. in l. certi iuris. col. iij. C. loca. Erat enim apud Gētiles Deus ſapientiæ. ſecundum Ang. in l. fideiuſſor. §. ſi ff. de fideiuſ. uel dicam inquirat alius. gl. in §. naturalis. ſi defend. fui. controuer. in uerbo, ſi quis. in fin. & gl. ſeq. uel ne remaneat in circulo diſputationis ſine ſolutione. gl. in l. Claudius. ff. qui pot. in pig. hab. quam refert Aluar. in §. itē ſacramenta. col. iij. de pac. iu. fir. uel dicam ſub iudice lis eſt. gl. in l. ſi creditor. C. de pig. act. malo ſubire periculum determinationis, ut docet Card. in proœm. lect. cle. col. ij. ne dicat facilius mouere dubia quā ſoluere. Aret. conſ. xiiij. uiſo. col. viij. Aegidius de regim. principa. lib. ij. parte. ij. c. ix. Guillielmus Rouille de deſcriptione iuſtitiæ. lib. ij. c. ix. allegando Paul. de Caſt. qui hoc ponit in l. fi. C. de ſum. Trin. & facilius eſt deſtruere, quàm conſtruere. frater Hieron. de Luca in tract. de cambijs, char. pen. licet ignoranti uinculum, ſoluere ſit impoſſibile. ſecūdum Philoſophum. iij. Metaph. quem refert liber mirabilis prophetiæ. char. ix. c. iiij. præſertim cum ſit materia quæ magis intellectu percipi, quā uerbis exprimi poteſt. l. quo enim. §. j. ff. rem. rat. hab. ideo ne tetrum deſinat in piſcem. mulier formoſa ſupernè. Præpoſ. in c. ut debitus. col. xv. de app. Concludo eſſe utile nubere, nec eſſe deſiſtendum propter caſus prædictos: quia de futuris contingentibus non eſt determinata ueritas. l. cum quid. §. ſuum. ff. de acqui. hæred. ubi Bart. Aret. in l. centurio. col. xx. ff. de uulg. & pup. philoſophus in ij. Perihermenias. & formidoloſus eſt qui timet ea quæ nulla ſunt ſuſpicione digna. l. fin. C. de iure delibe. poſt princ. ubi Ang. in lect. & malus euentus non debet eſſe in conſideratione. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de uerb. ob. Et ex quo cōtrahitur ad bonū finem etiam ſi male ſuc-

le ſuccedat, ex quo bene facit, culpari nō debet.l. ſed an ultio.§.j.ff.de neg.geſt. & Seneca vij. declamatione li. iiij. ſæpe honorata uirtus eſt, ubi etiam fefellit exitus.Io.Mirādola in fi.ij.proœ.& in magnis eſt ſatis uoluiſſe, & magnarum rerum magnus conatus perfectus. & in apologia char.ij.allegat poetā, ſi deficiant uires audacia certe laus erit, & in magnis uoluiſſe ſat eſt.& Plinius: Magnarum enim rerum etiam ſucceſſus abfuerit, honeſtus ſemper fuit ipſe conatus, præſertim quia facit quòd alij faciunt pro maiori parte.Paul.de Caſt.in l.ſi creditor. per illum text. C.de pig.act. Et ſatius eſt ſubire ſemel, quàm cauere ſemper.Polydo.prouerb. cxliiij. Et in ſimili dicit Seneca. Peior eſt bello timor ipſe belli. Ant.conſi. lxxxvij. præmiſſa.hinc apud Ouidium Ariadna Theſeo, Morsque minus pęnæ quàm mora mortis habet.Et poſtquàm nubēdū eſt, à malo debitore quod potes extorque. Præpoſ.in cap.ueniens.col.fin. qui cler. uel uou. & uide quæ ſuprà dixi reſpondendo ad incontinentiam mulierum in vij. ratione quòd ſit maritis aſcribenda. igitur dicas cum Virgilio in vj.Nunc animis opus eſt Aenea, nunc pectore firmo Cocyti ſtagna alta uides Stygiamq; paludem. refert Præpoſ. in c.ſolicitudinem.col.ij.uer.xii. & ult. & quæſtio. de appel. præſertim quando tempus & locus non patitur amplius deliberandi conſilium.l.j.ff.de exercit. Nec cede iuri tibi oblato c.quàm periculoſum.vij.q.i.ſi non uis crede re tanquàm diſputanti de materia quam non ſum expertus.Spec.in tit.de diſp.§.porrò.ad fin. pulchrè Card. Pap. char.cxlix.epiſt.incip.uxorem nunquam duxi. & ibidem alia incip.Quid tamen mi.dum ſe excuſat quòd non uult tractare matrimonium etiam pro affine. & dicit Ariſto.j. Ethic.quòd unuſquiſque eorum quæ cognoſcit, bonus eſt iudex.& econtrà. refert Socin.conſi.clxiii.uiſa bulla. col. pen.licet poſſint dare aliquod iudicium ex ſcriptis aliorum. latè Claud.in proœ.Monarc.Franciæ chart.iii.dicit tamen Hoſti.in tit.qui cler. uel uou. in ſumma. in §.quis clericus poſſit. quòd Phanutio contradicenti prohibitioni nuptiarum ſacerdotibus, plus creditur, quia copulā nuptiarum nunquam eſſet expertus. cape librum fortunæ Lau-

Laurentii Spiriti, & uade cum taxillis ad regẽ Carolum, ubi inuenies, an ſit tibi utile uxorem ducere. cui tantum crede quantum docet Enchiridion militaris diſciplinæ. char.xxvi.& quinque ſeq.Franciſcus Pauinus in tract. de uiſitatione.ii.q.ii.partis.Somnium Viridarii lib.ii.c.ccc-xxxiii.& pluribus capitulis præcedentibus.& ſeq.Felyn.in c.capitulum.col.pen.& fi.de reſcrip. Roſellus in Monarchia,cha.cxiii.Speculum uulgare de uera pœnitentia. ubi latè dicunt,an ſit credendum ſortibus,& Iaſ.in l.huiuſmo di.§.fi.ff.de leg.j.d.Troilus Maluitius in tract. de ſortibus. Ioannes Neuizanus ciuis Aſt.I.utriuſque doctor & regius conſiliarius. *Librum Fortunæ.*

LIBRI QVARTI, FINIS.

SYLVAE NVPTIALIS LIBER QVINTVS.

ARGVMENTA.

1 IVDEX quam opinionem ſequi debeat in iudicando.

2 Doctori dicenti dictum ſuum eſſe opinionem communem, creditur.

3 Iudicans contra communem opinionem reputatur ignarus.

4 *Iudex debet eſſe non iuris nouator, ſed religioſiſſimus obſeruator.*

5 *Opinio quando dicatur communis.*

6 *Aduocatus iuuenis confuſor ſæpiſſimè eſt litium.*

7 *Senectus inhabilis eſt ad ſtudium.*

8 *Opinio doctoris lege roborata præponenda eſt opinioni ſine lege.*

9 *Opinio antiquorum ſæpiſſimè emendatur à modernis.*

10 *Deus ſæpiſſimè reuelauit minoribus quod abſcondit maioribus.*

11 *Maritus adhibens iuuenem medicum pro curanda uxore an ſit excuſatus.*

12 *Doctores iuuenes quare ſint in multis ſenioribus præferendi.*

13 *Papinianus cuius ingenium ab imperatore extollitur mortuus eſt iuuenis.*

14 *Minor an poſſit doctorari.*

15 *Speculatori adhuc iuueni commiſſa fuit cauſa arduiſſima.*

16 *Liber Speculatoris ab omnibus commendatur doctoribus.*

17 *Senes lucent experientia, iuuenes aſtutia & ingenij ſagacitate.*

18 *Memoria dici poteſt inordinata & fatua.*

19 *Senes in quo differãt à iuuenibus in materia conſultationis.*

20 *Opinio communis ut particularis præponatur; debet eſſe lege fulcita.*

21 *Regis ratio multùm ad eius intellectum operatur.*

22 *Ratio eſt naturæ munitio.*

23 *Ratio naturalis quid legibus & veritati afferat.*
24 *Doctorum authoritas vim legis habere dicitur.*
25 *Papæ magiſtraliter loquens poteſt communem opinionem confundere non obſtantibus quoruncunque etiam doctiſſimorum opinionibus.*
26 *Stante doctoris varietate cui illius opinionum ſtabitur. vſque ad nu.34.& 35.*
27 *Alexander dicitur lucerna ardens, cathedra turis ciuilis, & aureus doctor.*
28 *Miranda canunt ſed non credenda poetæ.*
29 *Doctori ſibi in conſulendo contrario an ſit credendum.*
30 *Notitia totius vix haberi poteſt niſi diſtinctis & cognitis eius partibus.*
31 *Conditiones in lege non ſubintelliguntur ſed exprimũtur.*
32 *Doctori diſtinguenti ſtandum eſt tanquam magis veritati propinquo.*
33 *Indiſtincte volens caſum aliquem decidere neceſſe eſt vt in confuſionem labatur.*
34 *Leges non intelligens non debet eas allegare.*
35 *Regula quòd ſtante doctorum varietate ſequatur communis opinio recipit plures ampliationes.*
36 *Doctor legum legere incipiens recipit ſibi nomen clariſſimi. ſi xx.ann.legit vocatur illuſtris, dux, vel comes.*
37 *Conſiliarij principum ſunt illuſtres.*
38 *Magiſtri perſona debet erga ſuos auditores eſſe honeſta.*
39 *Verba obſcura in legendo ſunt euitanda.*
40 *Doctor ſine ſcientia eſt ut comes ſine comitatu.*
41 *Argumentum de bonitate ſcholaris ad bonitatem doctoratus admiſſibile eſt.*
42 *Magiſter nobilitatur per ſcholares, pater per filios, præſes per ſubditos.*
43 *Docere plus quàm doceri fatui eſt.*
44 *Aſſiduitas in literis multum prodeſt, & ea deficiente non præſumitur quis eis eminens.*
45 *Tradita in ſcholis diſcutienda ſunt in cameris & practicanda in curijs.*
46 *Doctor malus vix faciet bonum ſcholarem.*
47 *Aer temperatus multum confert ingenio.*

48 *Electus ad diſtribuendum bona pauperibus an in caſu neceſſitatis poſſit pro ſe retinere.*

49 *Neceſſitas non poteſt legis doctorem augere.*

50 *Mercator vix poteſt Deo placere, cum abſque mendacijs vix poſſit negotiatio talis exerceri.*

51 *Scientia non acquiritur niſi cum labore & diligentia.*

52 *Venter pinguis pinguem ſenſum facit.*

53 *Ignarus præſumitur qui pauco tempore ſtuduit.*

54 *Doctoratus gradum indignè ſuſcipiens peccat.*

55 *Scholaris debet ſeptem habere conditiones.*

56 *Scientia in omni ætate eſt acquiſibilis, nec eſt ætas ad hoc ſera.*

57 *Priuilegijs ſcholarium gaudere volens qualis eſſe debeat.*

58 *Sapientiam multitudo eſt orbis rigor & ſanitas.*

59 *Ciuitas Venetia illuſtris dicitur & paradiſus delitiarum.*

60 *Nulla fides pietasq; viris qui caſtra ſequuntur.*

61 *Communis opinio eſt inſequenda non obſtante veritate contrariæ opinionis.*

62 *Ampliatur regula quòd communis opinio ſequatur etiam ſi aliquando contra eam fuiſſet iudicatum.*

63 *Communis opinio excuſat iudicem ab omni incommodo.*

64 *Regula quòd communis opinio ſequenda ſit multas limitationes recipit.*

65 *Conſuetudo habet vim decreti iuſtitiæ.*

66 *Opinio vnius doctoris ſancti, ſacræ ſcripturæ authoritatibus munita, præferenda eſt communi.*

67 *Communis opinio conuinci poteſt per caſum legis vel rationem concludentem.*

68 *Communis opinio rigoroſa confunditur per aliam mitiorem & æquiorem.*

69 *Opinio Imperatorum non poteſt dici communis.*

70 *Iudex poteſt ex cauſa recedere à communi opinione & etiam à lege.*

71 *Sententia contra communem opinionem lata non ſemper dicitur iniuſta.*

71 *Regula quod communis opinio eſt ſequenda limitatur ubi eſſet in terminis quæſtionis quæ agitatur.*

73 *Communi opinioni non ſtatur quando cauſa contra quam ſtat*

ſtat eſſet valde fauorabilis & priuilegiata.

74 *Communis opinio non poteſt dici partialis aut diuiſa.*

75 *Lex ciuilis dicitur cum diuina concordare.*

76 *Iuſtitia dicitur omnium virtutum præclariſſima.*

77 *Iuſtitia in multo præualet medicinæ.*

78 *Medicinæ ars non eſt legali æquiparanda.*

79 *Iuriſperiti poſſunt dici Philoſophi.*

80 *Lex ciuilis ad nil aliud tendit quàm ad minorum præceptorum obſeruantiam.*

81 *Verum non poteſt ex falſis concludi.*

82 *Prudentum & ſapientum dicta non carent ratione, & legis vim habere dicuntur.*

83 *Scientia logicalis nõ eſt ad iuſtitiæ obſeruationẽ neceſſaria.*

84 *Scientia dialectices non eſt legiſtæ neceſſaria*

85 *Methapyſici an ſint legiſtis præferendi vel æquiparandi.*

86 *Iuriſperitus maioris eſt authoritatis quàm metaphyſicus.*

87 *Iuriſperitus præferendus eſt medico.*

88 *Caſus à iure non expreſſus aut deciſus iudicis relinquitur diſpoſitioni.*

89 *Bonus vir quis dicatur.*

90 *Iudex debet habere ſalem ſcientiæ & conſcientiæ, aliàs mens eius diabolica eſſet & inſipida.*

91 *Requiſita in iudice ſex ſunt.*

92 *Iudex debet æquitatem & veritatem obſeruare, & ſe iudicio diuino conformare.*

93 *Iudex debet auaritiam cauere: eſt enim mater omnium vitiorum.*

94 *Auarus non præſumitur fidelis.*

95 *Pecuniam dans pro obtinendo beneficio præſumitur animũ habere malefaciendi.*

96 *Iudex an & quando poſſit licitè ſalarium recipere pro ſua iudicatura.*

Iudex eccleſiaſticus an abſque ſimonia poſſit exigere ſalarium pro ſuo iudicio à partibus litigantibus.

97 *Iudex ordinarius debet eſſe contentus ſtipendio principis.*

98 *Munera excæcant oculos ſapientum & mutant verba iuſtorum.*

99 *Iudici an & quando & à quibus liceat pro iudicatura eſculenta*

lenta & proculenta capere.

100 *Principibus licet à communi pro pace & repub.tuendæ gabellas,& alia pedagia recipere.*

101 *Sententia lata per iudicem pecunia corruptum eſt ipſo iure nulla.*

102 *Iudex male iudicans quod damnum incurrat.*

103 *Iudicium corruptum damnabilius eſt vſura.*

104 *Iuſtitia quare ſimilitudine ſtateræ depingatur.*

105 *Conſulere habentes de rebus dubijs quid debeant animaduertere.*

106 *Sententia lata breui tempore præſumitur defectuoſa.*

107 *Deliberatio in iudicijs quid operetur.*

108 *Celeritas quandoque præualet virtuti in rebus bellicis.*

109 *Iudex debet eſſe virtute potens.*

110 *Res iudicata habetur pro veritate & tribuit ius non habenti.*

111 *Iuriſperitus debet ante concluſionem integrum poſſeſſorem de primo ad vltimum conſiderare.*

112 *Veritas dicitur in omnibus principatum habere.*

113 *Veritas mater eſt iuſtitiæ.*

114 *Veritatis vis maxima.*

115 *Veritas omnia vincit,nec ab aliquo lædi poteſt.*

116 *Iudex potius debet ſcandalum permittere quàm veritatem omittere.*

117 *Iram diuinam in ſe prouocat qui veritatem opprimi perſpiciens eam pro viribus non tuetur.*

118 *Iudex debet in omnibus ſuis iudicijs diligenter veritatem inquirere.*

119 *Teſtes in iudicijs producti cauere debent ne partibus ſed veritati faueant.*

120 *Iudex præſumens teſtem eſſe ſuſpectum debet eum cautè ex ſuis dictis inuoluere.*

121 *Iudex an ſemper debeat iudicare ſecundum allegata & probata,an vt ſibi conſtat,propriam inſequi conſcientiam.*

122 *Probatio & fides teſtium tota eſt in iudicis arbitrio.*

123 *Teſti ſingulari,ſi nobilis ſit,poteſt fides adhiberi.*

124 *Depoſitioni veriſimili debet iudex adhærere.*

ET vt melius poſſit colligi quæ opinio ex prę cedentibus tenenda ſit,uideamus quam opinionem debeat Iudex ſequi in iudicādo. Qui tractet hanc quæſtionem. Hanc quæſtionem latè poſuit domi. Mat-thæus de Matheſilanis in ſuo tracta. de ele ctio.uerioris opinionis,cuius doctrinam uidetur ſequi Angelica & Pet.de Rauenna in ſuo alphabeto.in uer.opinio. latè tradunt Stephanus de Federicis in tract.de interpretatione ll.ult.char.ubi ponit vij. regulas. & Paris de Syndicatu in uerſ.iudicare.tradūt etiam Panor. & Canoniſtæ in c.j.ult.char.de conſti.ubi Barb.Fely.& Decius ponentes regulam & fallentias pulchrè Salomonius in repet.§. reſponſa.inſti.de iur.natur.gen.& ciuili.nam quam quiſque nouerit artem in ea ſe exerceat. Euripides, quem refert Auguſt.Dathus in lib.j.epiſt.incip.accepi tuam.Quibus addam plura hincinde collecta.

¶ Sit ergo † regula.ꝙ in iudicando Iudex debet ſequi com mune opin.Doct.c.nouimus.de uerb.ſign.ibi & quorumdam ſit opinio à pluribus approbata.l.j.ff.de off.c.ibi, & ſane crebrior apud ueteres opin.eſt bonus tex.inſtitut. de hæred.inſtit.in princ.ibi,plurimum ſententias &c.Bartò. in l.ij.C. de pœn.iudic.qui mal.iud.Barba.latè in clem. ne Romani.de elect.Iaſ.in authē. nouiſſima.vj. col. C. de inoffic.teſtam.in l.ſi ijs qui pro emptore.col.lxviij.ff.de uſucap.in l.ſciendum.§. fin.col.penult. ff. qui ſatiſda. cogan. ubi dicit,non eſſe recedendum à communi opin. propter nouas phātaſias, & quòd iudicans contra communem præſumitur per imperitiam.hinc dicit Iaſ.in l.j.§.ſublata. columna iij.ff.ad Trebellia. quòd quando Doct. dicunt † quòd eſt communis opin.illud eſt bonum uerbum in pra ctica.& crediturDoctori ſic atteſtanti.Ferdinandus in repet.§.diui.num.xciij.& nume.ccccxlij.† quòd contra eam iudicans eſt nimis ignorans. facit Tremolus. in addit. ad practicam Bonacurſi j.chart.xxvij.colum.ij. Alexand. lib. vi.conſil.xxx.uiſo proceſſu not.ii.in l.ii. colum. iij & iiij. ff. de iureiuran.ubi dicit. quòd debemus ſequi communes opin.& non adhærere ſingularibus opin.& in tract.de iur. emphy.colum.xx.vbi bona apoſtilla,& in iudicando non

Margin numbers: 1 (beside "Sit ergo"), 2 (beside "quòd eſt communis"), 3 (beside "quod contra eam").

eſt recedendũ à communi per argumenta ſcolaſtica. Felẏ. in cap. ex officij col. vij. uerſi. iiij. de præſcript. Ioan. Franciſ. Mirandola lib. de fide & ordine credendi theoremate xviij. Fabianus de monte S. Sabinæ. in tract. de emp. & uen. char. xv. col. iiij. Et in v. quæſt. col. vij. refert Bal. in l. nemo. C. de ſen. & inter loc. om. iudi. quòd magnorũ uirorum exempla ſequenda ſunt, dixi in iiij. & v. ratione, ꝙ ſit utile nubere. & idem Bald. lib. j. conſi. clxij. punctus quæſtionis. col. i. dicit, quod non audet damnare quod totus mundus approbat, quia iudicium populi uniuerſi non contempſeris: ut inquit Sapiens. & Ioan. Fab. in procem. inſtitu. col. ij. facit Platina de optimo ciue, lib. ij. char. vij. frater Bernardinus de Buſti in Defenſorio montis, char. xliij. col. & dicit Bal. lib. ij. ultimæ impreſſionis conſ. cxij. ꝙ rarò bene loquitur qui contra omnes loquitur. plura al legat Curtius conſi. xlix. quod incipit memoriæ. col. xxx. ubi dicit quod relinquens communem opi. bene fundatã præſumitur per imperitiam iudicare. pro quo Igneus in diſputa. an rex Franciæ recognoſcat imperatorem col. ij. & M. Var. dicens, quòd contra omnes ſapere, deſipere eſt. ſequitur Ferratius alia adducens. cautel. xxxj. incip. manifeſtum. latius idem Curtius conſil. lvj. quod incip. ſuper eod. col. iiij. Decius conſ. cxxxj. ad fi. Et in prædictis locis iſti moderniores infinitas Priſcorum authoritates allegant. Et dicit gl. in reg. Cancel. xxxij. chart. fi. quòd Martin. gl. ſemper erat ſolus in opin. ſuis

¶ Et ita fiendum exemplo Iuriſconſulti, quẽ refert Monferrat. in tract. de ſucceſ. regum. char. xj. in fi. Et dicitur cõmunis opin. de iure nõ aperto ab omnibus probata ſententia. ſecundum Salomonium in repet. §. reſponſa. inſtit. de iur. natur. char. x. & char. fi. ubi paulò infrà ſubijcit, 4 † ꝙ iudex debet eſſe nõ iuris nouator ſed religioſiſſimus obſeruator, & quod in ſcholis naſcũ, creſcunt, ſeneſcunt, intereunt communes opin. ex ſcholis in iudicia exeunt, atque probantur. Et ſic contingit quandoque quòd una erit communis uno tempore, & contraria alio tempore Iaſ. in l. ſtipulatum. col. x. ff. de uerb. oblig. non tamen propterea debebant deſtrui geſta illo tempore uirtute ta-

lis

lis communis opin. ſecundum Imol. quem refert Salom. ubi ſuprà.& dicitur cõmunis opin.illa quæ plurium Doctorũ illuſtriũ teſtimonio cõprobata eſt.Iaſ.in l.ij.co.j. C. de inſtit.& ſubſtit.Feratius d.cautel.xxxj. Ant. de Prato in tract.de ſecun.nup.char. viij. col.iij.& Had. Papa noſter in quodlibe.q.j.eſt char.vij.col.·.dicens.opin.antiquorum propter authoritatem æquiparari ſaltem multitudini modernorum.& dicit Alex.lib.vij.conſi.ccij. uiſo thematei ante fi.† quòd dicitur cõmunis,quãdo Doct. maioris ponderis & authoritatis ſunt pro ea. Et faciunt iura ſuperius allegata:nec in hoc placet mihi illa differentia quã aliqui faciunt inter Doctores antiquos & modernos, prout Paris de Puteo in tract.de Syndicatu. in uerb. iudicare.c.an ſi iudex qui dedit.col.ij. Practicus Papi. in foro capitulorũ ad æternã rei memoriã in fi.ubi dicit, Moder. ita ſunt ponpoſi ut nihil reputent ſcire,niſi legẽ faciãt per ſe.Præpoſ.in c.de quibus.xxj.diſt.facit tex.in c.hoc ipſum. circa med.xxxiij.q.ij.quia eam non attẽdit. Calcan. conſi. xxxvij.tota col.pen. & contra ponentes nouas opin. inuehit.Io.Fab.in §.j.inſtit.de act.bonus tex.in c. relatũ. xxxvij.diſtin.Et pro ſenibus Iaſ.in l.cum quid.ij.lect.co.fi.ff.ſi cer.pet.& Cepol.in tract.de imper.mil.delig.char. j. & ij. ubi enumerat l. priuilegia ſenectutis.& Dec. conſi. lij.j. col.dicit præferri maiores.Scrutinium char.x. & pluribus ſeq.Liſoperita cha. xxxix.concluſ. ix. & concluſ.v.g.in cle. dudũ.de ſepul.in uerb.probatis.Io de Ana.in rub. de delic.puer.Socin.lib.iij.conſ.xcviij. alias conſului quòd non eſſet multum curãdum de modernis,qui ſe in uarias ſentẽtias & legendo & conſulendo diuidunt.Pet.de Leſnaudierre in tractatu de Doct.iij.par.q.vlt. & iiij. par.q.xxix.ubi in fin tacitu authore refert illud dictũ practici Papi. facit Salomonius in §. reſponſa.char.x.q. ii. Barb. in c.j.col.j. de iur.calum.Mapheus Veg.de educatione liberorum. circa med.lib.iiij.Card.Pap.in epiſtolis.& dicit Ang. in l.ſenium.C.qui teſt.fa.poſ.plus ualet umbra ſenis, quàm ſenſus iuuenis. Fely. in c.ſi qui teſt.col. pen. de teſt. Io. Montolon. in Promptua. Iur. in uerb. antiquus. & dicit Ang.in l.j.§.queritiam ff.de poſtul.† quòd aduocatu. iuue 6

nis eſt cõfuſor litium.laté Bolog.in repet.authen. habita. C. ne fil. pro pat. col.xxvj. &Catellia.ij. parte Memoral. in uer.nuptiarum cauſa.ad fi.refert Bart. dicere quod an tiqui Doctores magna ueneratione fuerunt præſtantiores modernis,pondere,numero & menſura,pro quo Præ poſ.in c.literas.col.ij.de frig. & mal. & dicit Bald. in c.ij. col.iij.de poſtul.prælat.quòd nemo eligit iuuenes duces. facit Had.Papa noſter in quodlibetis.ij. eſt chart.xx. col. iij.ꝙ deliberationibus incipimus à iunioribus, ne formidarent recedere à ſententia antiquorũ. Codrus ſermo.xj. incip.neſcio ubi.eſt char.xxiiij.& in modico tempore non poteſt quis multa addiſcere.gl.in uerb. inſtructis.in.cap. cum ex literis.de in integ.reſtit.Et experientia eſt rerum magiſtra,ut dixi in v. ratione partis affirmatiuæ: ideò in electionibus iuuenes incipiunt loqui,& reſeruant diffinitionem antiquioribus.Gaſpar Portugalen.in l.imperium col.iij.uerſ.vj.limita.ff.de iuriſd.om. iud. & iuuenes ſæpe errant in practica,ut Iaſ.in l.poſt doté. col.antepen.ff.ſol. matr.eſt nu.202.Alex.in l.quod meo.col.vj. ff. de acquir. poſſ.prout refert.Bald.in tract.de præſcrip.in repet.l.Celſus; col.xxix. circa fi.at ſenes ſunt adeò practici & inſtructi in regulis iuris & doctrinis,quod eo ipſo quod audiunt caſum etiam extraneum,accomodant ſe regulis.Et ſi in caſu illo æquitas repugnet,ſequitur æquitatem fundamentum iuris.l.j.ff.de iuſtit. & iur. & quæ facit fallentiam ad regulas ubi dixi,& ſic de raro errat etiam ſine reuolutione chartarũ, † intellige de Sene qui bene ſtuduit in iuuentute,nã ſi expectent ꝙ ſint ſenes, labor eſt eis nimis grauis,hinc Pich.præceptor meus ſæpe allegabat illud Catonis,Fac tibi ſuccurrant iuuenis quæ feceris ipſe. Ideò dic ꝙ ſenes & iuuenes ſunt laudandi. Luc. de penna in l.j.C.de cõſuli.lib.xij.Roſariũ Buſti.j.parte.ſer.xxix.litera g.& ſerm.xxxj.litera t.ubi dicit, quòd inter antiquos & Modern.illi magis adhærere debemus, qui magis habet rationem & ueritatem. facit Guilelmus Rouille de deſcrip.iuſtitiæ lib.iij. c.ij. & lib. iij. facit quòd ſcholaris iuuenis bene doctus præfertur antiquiori indocto.Bon. in tract.de nobilit.iij.par.num.lxiij.& lxv. Moder. in l. cum

Citra iuuenes.

quid

quid.ff.ſi cert.pet.Cepol.de imper.mil.delig. col. pen. dicit tamē Lauren.de Rodolfis in tract.de uſur. par. iij. col. xiii,quòd in collegio qui prior eſt in tempore,prior eſt in ſede,non habita diſtinctione,an primus ſit ſecundo deterior,quod uidemus præcedere eum qui non eſſet dignus ſoluere uincula caciamenti ſequentium,& ibi aſſignat rationem,quia iſta non poſſunt faciliter cognoſci, & ut tollantur ſcandala & inuidiæ ſi ad imparia iudicarentur. Et dicit. Alberic in l.ſed licet. ff.deffi. præ. † quod plus ſeruari debet opinio parui Doc. lege roborata, quā magni ſine lege. & dicit Hoſtiē.in ſumma de teſt. cog .§. in quibus.circa med.quod ipſe recedit ab opin.antiquorū, quia plerunque mentiuntur ſenes & iuuenes ſunt laudandi. Luc.de Penna l.j.C.de conſulib.lib.xii.Et iſta differentiā poſſet procedere quādo antiquiores uidiſſent omnia fundamenta quæ faciunt poſteriores,attento quòd dicta antiquorum diutius fuerunt ruminata, & ſteterunt ad ſupplicium tanquā aurum in fornace,& etiā quia ſenior bos grauius figit pedem.ut inquit Hier.quem refert Iaſ.in l.ſi ſeruum.§.ſequitur, ulti.non.ff.de uerbor. obliga.Eraſ.Adag.char.xiiii.num.46.iii.par.Prouerb.xli.facta iuuenum, conſilia mediocrium.uota ſenum.Et propterea ad ſeniores recurrunt iuniores aduocati ignari,tanquam ad expertos negociorum.gl.in l.i.in. § . aduocatos. in uerb.aduocatos.ff. de uar. extraor. cog. Sed quando Doct. Moder.tenerent contra antiquos,moti ex aliqua lege uel ratione, ad quam ueriſimiliter non aduerterunt antiqui, tunc putarem non procedere hanc differentiam:iniquum eſt enim dicere quempiā uoluiſſe tenere cōtra eum cuius fundamenta non uidit·dixi ſuprà.in quæſtione,an uidua perdat propter adulteriū, Sequitur ergo tunc quod dicit Philoſophus,quem refert frater Iſidorus de regim. princ. lib.iii.c.viii.ꝙ omnis doctrina omnisq; diſciplina à iunioribus in dies perficitur.Idē uult Pet.de Vbaldis in proœ. ſui tractatus de quarta canonica,dicens quod antiqui dederunt nobis principia quæ ſucceſſiuis naturæ & ingeniorum beneficiis ſuſcipiunt incremētum.Et Cicero in prin. Tuſculanarum, dum agit de Latinis, quod habuerunt à Græcis

8

Quando ſenex uidet fundamenta iuuenis.

Græcis.& in j.char.Topicorum ad Trabatium,quòd nulla res à principio in republica uidetur ſufficienter promulgata.Specul.in proœ.ſui operis .col.iiij.uerſic cæterũ. pro quo Columel.de agricultura, quòd nulla eſt ars quæ ſingulari conſumata ſit ingennio.Afflictus in procemio cõſtitutionum regni.col.ij. Et faciunt plura quæ tradit Carolus Borbonienſis in proceſſu fidei.par. ij.artic.v.uſque in finem illius ſecundæ partis. Eſt ergo neceſſe fateri ex quo iuniores uiderunt ſcripta antiquorũ,ſunt perſpicatiores.gl.in l.Gallus in princ.in uerb.filius.ff.de lib. & poſthum.facit quia in dicto debemus tenere opi.præceptoris, ut infrà dicam. & tamen communiter præceptores ſunt Moder.facit Philoſophus ij.Rhetoric.quod tam iuuenes quam ſenes habent quoſdã mores laudabiles,quoſdam vituperabiles, ut refert Afflictus in conſtitutionib. regni. char.cxix.col.j.uerſ.x.requiritur.facit Aug. de Arrimino
9 in additis ad Ang.in Maleficijs.gl.comparent dicti inquiſiti & confitentur totum.col.j.ubi dicit,† quòd plura habemus etiam ſingulariſſima quæ ignorabat antiqui.Ideò nunc ſcientia eſt longè excellentior.Et uidemus quòd una opin.uno tempore fuit cõmunis,& nunc contraria eſt cõmunis.Iaſ.in l.uenditores.ff.de uerb.oblig.facit, quia antiqui non potuerunt ita ueritatem inueſtigare ſicut Moderni.patet in Credo condito ab antiquis, qui tenebant Spiritũ ſanctum ſolum procedere à patre.& Moder.à patre,& à filio,ut in ult.char. Decreti. in c. de ſpiritu. in gl. penult.& de ueritate cõceptionis beatæ Virginis, in qua antiqui magis commnniter urgebantur tenere contra id quod nunc communiter tenemus. & tamen dicit Bald.in c.j.col.iij. ut lite non conteſt. quod ſemel uerum ſemper uerum.Non tamen facio conſequentiã, Talis eſt ultimis ductor,& uidit omnes Doct.antiquos.ergo melius ſenſit. Ang.in l.j.in princi.ff.de appellat.ad prædicta facit Rota in nouis deciſ.cccclix.incip.circa tertium.col.fi.dũ loquitur de collectario,dicens quòd fuit ultimus & practicus Curiæ.faciunt quæ dixi in fi.mei inuentarij librorum utriuſque iur. in ij.q. an oporteat habere plures libros, dũ loquor de interpretatione.Et dicit Curt.in rep.l. admonendi

uendi. col.lxv. uerſi.xxxiiij. quòd quotidie in nobis generantur nouæ intellectiones & meditationes,& quòd antiqui non uidebant originaliter: ideò quandoque errabant unus poſt alium: alter dicebat quod erant ſicut grues, ut una ſequatur aliã abſq; ulteriori inueſtigatione, nec maiori irrogatur iniuria ſi minor ueritatem inueſtigauerit, quia Deus multa abſcondit ſapientibus quæ paruulis reuelauit. Alber.in proœ.C.incip.quoniam.col.iij.dicam ſtatim.Barb.lib.j.conſ.vj.col.pen.& cõſ.xxvij.ſcripſit doctiſſimus col.xx.Et cõſ.xxviij.ſcripſit belliſſime.col.iiij.Ariſt. par.v.proble.xlv.& in rub.C. qui admit. col.vii.in fi. Bal. in c.ſignificauit.col.fi.de reſcrip.dum loquitur de Catolicone qui erat tunc ultimus. Scrutiniũ char. lxxviij.Buſtus in Defenſorio montis.char.xxij.col.j.Fely.in c. propoſuiſti.col.fi.de probat. Rota in nouis. deciſ. cccclix. circa iij. col.fin. † Sæpe enim Deus reuelat minori quod celat maiori.Hoſtien.in proœ.ſummæ.col.ij.Io. Blanchi. in proœ. ſummæ feudalis.Alber.in proœ.incip.quoniã.col.iij. pulchrè Barb.de Card.in fi.ij.q.in c.propoſuiſti.col. xiiij. de probat.Pic.in rep.§.Titia. col.lxiiii. allegans illud Ouid. Sæpe necat morſu ſpecioſum uipera taurũ,A cane nõ magno ſæpe tenetur aper.facit bona glo. in auth. de mona.in §.ordinat.ſuper uerſi.tẽpus.quam ſequitur Socin.in l.cum quid.col.iii.ff.ſi cert.pet.facit Camper. in tract. dotis. v. par.q.iij.dicens,† ꝙ maritus excuſatur ſi ad curã uxoris adhibuit medicũ iuuenẽ benè diſciplinatũ, ſicut ſi adhibuiſſet ſenẽ,pro & cõtra iuuenes poſt Philoſophũ in trac. de reg.princ.j.par.iiii.cap.ij.& c.iij.idem de ſenibus facit Had.Papa noſter quodlib.iiij.char.pe.c.pe.ꝑpter quod dicit Apoſt.Et quandoq; corrigunt ſenes.Barb.in rep. rub. qui admit.col.viij.& ſeq.Iaſ.in l.ſi ſeruum.§.ſequitur. ult. not.ff.de uerb.obl.Bolog.in diſput.de præcedentia Doct. & mil.col.ix.in fi.ubi dicit, ꝙ iuuenes reperiuntur ſæpe excellentiores antiquioribus.Pich.in repet.§. Titia, col. lxiiij.ubi inter cætera allegat Ouidiũ dicere, A cane non magno ſæpe tenetur aper.Et iuniores ingenioſiores omnino fatetur.Bulg.in proœ.ſuæ diſputat.incip. Sẽpronius. late Roſariũ Buſti.ij.par.ſer.xxix.litera b,qui incipit,ſecũdum

10 (margin, beside "col.fin. † Sæpe enim Deus")

11 (margin, beside "par.q.iij.dicens") *Medicus iuuenis.*

dũ, Et ſapiētia non numeratur annis. hinc Ouid. j. de arte, Parcite natales tumidi numerare deorum. Cæſarib. virtus contigit ante diem. & j. ad Corint. xiiij. ſi alteri ſedēti reuelatum fuerit, prior taceat, licet aliã, dicamus quòd præſente maiore taceat inferior. Bald. in l. qui indignus. ff. de ſenat. quia plures ſunt iuuenes qui habēt ſapientiã ſenũ. ut Bal. in epiſt. ad ducē Sab. in princ. ſui tractatus, de præſcript. facit Dodus in ſua apologia cōtra fratrem Samuelem. char. xlj. dum dicit, quòd olim materiæ non erant ita dilucidatæ ſicut nunc. & dicit Specul. in tit. de aduocat. §.

12 utriuſq;. col. ij. † ꝙ antiqui ſunt aliquando deſides & pigri, Ripa in tract. de peſte. chart. lxxv. num. lxiij. Et iuuenes gloria cupidi utuntur nimia diligentia. facit tex. in l. præcipiunt ædiles. ff. de ædil. edic. & etiam quandoque confidentes in ſcientia & experientia ſua, non curant quærere allegationes pro eorum dictis, ut de lectura Bald. ſuper Decretalib. dicit Alexander in l. quod meo. col. iij. ff. de acquir. poſſ. facit Petrarcha epiſt. ix. ſeniculum. Eraſ. j. parte prouer. dxvj. Sæpe eſt olitor valde opportuna locutus. Et refert Lãcel. polit. in repe. l. re. coniuncti. char. vj. col. iiij. quoſdam moder. qui didicerunt unum textum à diſcipulo ſuo. & dicit Beſnius in l. capitis rei. ff. de fideiuſſor. quòd ille text. in quæſtione de facto fuit allegatus per quendam ſcholarem iuuené. Et antiqui aduocati illum ignorabant propterea ſubijcit quòd licet dicatur Medeg zouen, noua ſepultura. Preuedo nouello beſtia cornuda. tñ dicit poſt aduocaro zouen. quæſtio uenzuda. Cacialup. tractatu de modo ſtudendi, col. iij. monet iuuenem de hoc gloriari non debere: quia in hoc latiſſimo prato Iuris Ciuilis bos herbam, canis leporem, Ciconiaq; lacertã inuenire poteſt, nec etiam propter pauca addita oportet gloriari. Felyn. in cap. cauſam quæ. col. iij. de reſcrip. præſertim cum ea quæ ſcimus ſit minima pars eorum quæ ignoramus.

13 Barb. in cap. nouit. col. ii. de iudic. Et † Papinianus cuius ingenium tantum extollitur ab imperatore, ut in l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſ. & alibi ſæpe ut Iaſ. in l. poſt dotem. in primis uerbis. ff. ſol. matr. tamen mortuus eſt iuuenis, ſcilicet ætatis annorum. xxxvij. ut refert. Socyn. in

Papinianus.

repeti.

repet.l.cùm auus. col.j.ff.de conditio.& demonſt. & Nerua filius in xvij. anno publicè de iure reſpondit.l. j.§. pueritiam.ff.de poſtuland.Doct. in l.quidam conſulebant. ff. de re iudic. bona apoſtilla ad Benedictum de Plumbino in l.apud filium.ff.de man.uind.& Ceruotus filius Accurſij ante xxv.annum fuit doctoratus. ut Bologn.in repetit. authen. habita . C.ne filius pro patre . col.xxiiij.ubi latè . *Nerua.* *Ceruotus*

14 † An minor xxv. annis poſſit doctorari . Iaſ. in rubr.C.de procuratorib.Fely.in cap.cum uigeſimum. col. fi.de offic. deleg.ubi de pluribus ætatibus de quibus Ioan.Montolonius in Promptuario Iuris, in uerb.ætas.Iac. de Beluiſo in tit.de pace iur.fir.col.ij.Petrus de Leſnaudiere in tract. de Doctorib.lib.j.q.xv.& ſeq.ubi etiam dicit quòd Bald. in xvij.anno repetijt.l.centum Capuæ.Ana.in rubr.de delict.puerorum. Felyn.latè in rub.de mag.col.j.Et idem videmus quotidie in pluribus alijs, & *Minor poteſt doctorari.*

15 † Speculatori nõdum excedẽti trigintaquatuor annos fuit commiſſa una cauſa cœpta ante eius natiuitatem,in qua nondum erat lis conteſtata.Speculator ipſe habuit experientiã totius practicæ utriuſque Iuris,& bene nouit ſcripta antiquorum. ſecundum Bal.lib.iij.conſi.cccxxxj.incip.quæritur.col.i.Iaſ. in l.properan.C.de iud.c.ii.col.Paul.de Caſt.in l. ante ſententiæ.C.quo.app.non recip.dicit, quòd miratur ꝙ Specul.in iuuẽtute ſua compoſuerit illud opus, quod eſt quid miraculoſum,& eſt pater practicæ Romanæ.in l.hac conſultiſſima.co.i.C.qui teſta.fa.poſſeſſ.& magnæ authoritatis. Rom.conſi.cxxvii.poſito. & licet more ſuo recitet opin.& nihil firmet ſecundum Cyn.in l.i.col.pe. C.de ſumma Trinit. tamen illud ſuum opus perutile reputatur. ſecundum Gandinum in titu. quomodo cognoſcatur in maleficiis per inquiſitionem.col.iiii.uerſi.ueruntamen. & audiui quoſdam præceptores meos dicere quòd audiuerunt Alexand.de Imola dicere quòd dempta lect. Barto.

16 † nullus liber eſt quo non mallet carere, quàm Specul. qui ſemper adducit bona loca,ubi etiam commentatores extendunt materias, & quòd ille liber ſolus ſufficeret ad regimen orbis.quod neſcio quia ad hoc non ſufficeret tota Biblia.ſecundum Hoſtien.quem infra referam. Et dicit

Barb.

Barb.in rub.de litis conteſt.num.xvj.ꝙ ipſe ſemper defert Specul.quia ſuccos legum & canonum guſtauit melius quàm alius. Et Bart.in xxv.anno cōpoſuit illam ſubtiliſ- Bart. ſimam repetit.l.ſi is qui pro emptore.ff.de uſucap. Iaſ.in l.quidam cum filium.col.xij.ff.de uerb.oblig.& repet.l. ſi conſtante.ff.ſolut.mat.Ioan.Lup.in c.per ueſtras. de don. inter uir.& uxor.char.liiii. eſt ante concluſionem. Alia plura exempla dici poſſent,ut refert Cacialup.in l. ſi qua illuſtris.C.ad Orfic.col.xvij.dum loquitur de tract legiti mationū.d.Ant.de Roſel.Andr.Aalciatus in Paradoxis Iu ris ciuilis,in proœ.lib.vj.Et Daniel adhuc puer ſenes iudicauit.Luc.de Penna in proœ.trium lib.C.col.iij.& rub. de lega.lib.x.col.iiii.uerſic.viij.& Salomonius iuuenis fecit iudicium,de quo in c.afferre.de præſumpt. ut Regum lib.iij.c.iij.facit Card.Pap.char.cv.epiſto.clxviij.quid me pro & contra.Oldr.conſil.lij.quæſtio eſt talis, an tutela. Et dicit Mapheus Vegius de educatione liberorum.lib.iii. quòd Valerius Pudentius Romæ certamine ſacro Iouis, claritate ingenij,coronatus eſt inter poetas Latinos omnibus ſententijs iudicum,licet decimumtertium annū nō exceſſiſſet.Et inquit Liuius & Petrarcha lib.vj.epiſto.xxii. magnā circa medium.quòd Scipioni non excedēti xxiiii. annum fuit commiſſum imperium contra Carthaginēm. quem & alius refert Claud.in Monarc.Franciæ. parte iij. c.vij.& de Scipionis laude Gellius lib. iiij.c. xviij. Scipio. Et diebus noſtris Guaſco de Fuxo. non excedens annum decimumnonum quot præclara geſſit in Italia pro Ludouico xij.Francorum rege?Et tandem Rauennæ uictor ho

17 ſtibus xx milibus occiſis interiit. † ideo licet ſeniores ſint magis experti, & experientia ſit rerum magiſtra, ut dixi in v.fundamento pro parte affirmatiua,in eis tamē non ui gent uires ingenij, prout in iuuenibus, ſecundum Catonem,& acumen ingenij multum operatur: ut in apoſtilla ad Bar.in l.magiſtros.C.de profeſ.& med.li.x.Fel. in rub. de magiſt.col.j.& intelligentem quando neceſse eſt phantaſmata ſpeculari: quia intelligere noſtrum aut eſt phantaſma, aut non eſt ſine phantaſmate. Philoſophus iij. de anima, quem refert Barb. in Ioanuina. columna clxiiij.

item

item quotidie uidemus & experimur quòd in ſenibus & diminuitur ſenſus.Io.Montolo.in Promptua. Iur.in uerb. ſenes.ubi etiã ſeneſcit memoria in illis. Et tamẽ Iuriſcon ſulto eſt apprimè neceſſaria. Senſit Opiz.in repet.§. diui. col.xv.quia eſt mater intelligentiæ. ſecundum Aug.Barb. in c.cauſam quæ.col.j.de iudi.in c.iij.loco. ubi etiã ſuam memoriã extollit,& artificioſam dãnat.col.xxvij. eſt num. lxvij.de probat.latius in c.cum adeò.col.ij.ubi poſtilla de reſcrip.intantum tamen eſt delicata, ut eam primo ſenectus incurrat.ut Alberic.in Dictionario,in uer.memoria. ubi tradit artẽ ad eam conſeruandam & augendã hoc idẽ uult Seneca in proœ. declamationum, refert Portius & Iaſ.in §.in fraudem.col.ij.inſti.qui & ex quib. cauſ. mand. non licet.Practicus Papi.in proœ.practicæ ſuæ. facit glo. in l.iij.§.duæ cauſæ.ff.ad Carb.not.iiij.q.ij.c.ſi teſtes. facit tex.xij.q.ij.c.longinquitatem. refert Barb.lib.iij. conſil.lxxiij.incip.ab Ioue principium.col.iij.& lib.iiij.conſi. xl.clementiſſimum. col.iij.& lxxxvij.ſapienter.colum.iij. † Et habens memoriam inordinatam præſumitur fatuus. 18
Alex.in l.cùm ſeruus.§.conſtat.col.j.ff.de leg.j. eſt uerum quòd memoria & ſpeculatio ſe inuicem non compatiuntur:ideo rarò in uno concurrunt.Saly.qui dicit ſe hoc audiuiſſe à Philoſophis in l. hac conſultiſſima. col.j.C.qui teſt.fa.poſ.minus in ſenibus,licet experientia maior. hinc Eraſ.in Moria.char.vj. † quòd nihil differunt ſenes à pue- 19
ris,niſi quòd rugoſiores & plures enumerent annales quã pueri.& in j.parte prouerb.xliiii.Bis pueri ſenes Albertanus de ſenectute. Et tempore Ludouici ducis Sabaudiæ penes Carignanum in Caſtro Raynerio do. Michaeli de Romagnano exceden.nonageſimum annum nouiter nati ſunt quaſi omnes dentes.plus dicit Bart.in l.j.C.qui ætate.li.x.quòd poſtquam quis exceſſit uigeſimumquintum, non prẹſumitur bene diſcedere.dicã infra loquẽdo de opi. prẹceptorũ,dum ſubijcio de ſcholaribus.Eſt uerum ꝙ Cicero ante medium libri de Senectute, dicit, ꝙ in eis manent ingenia,modò permaneãt ſtudium & induſtria. facit Valerius Maximus lib.viij.cap. vij. de ſtudio & induſtria, ubi de Catone & alijs.& cap.xiiij de ſenectute.

ς † Am-

20 ¶ † Amplia etiam ſi non haberemus legem de eo quod determinat communis opin. Corſet.ſingu. ccvj.incip. ubi Doctores. nam licet ſoleamus dicere, quòd erubeſcimus cùm ſine lege loquimur. §. conſideremus. in authent. de trien.& ſemiſ.Bal.in rub.C.ſi quis al.teſta.prohi. in conſi. ſchiſmatis.col.j.Iaſ.per illum text.in l.illam. col.ij. C. de colla.in l.præſes. col.j. C.de tranſact. Et licet ſit utile inquirere de ratione legis,quia eſt anima legis.l.cùm pater. §.dulciſſimis. de leg.ij. cum ſim. ut dixi in meis clauſulis

Etiam ſi non eſſet lex.

21 generalibus in uerſic.Et hæredes. †quia multùm confert ratio legis ad eius intellectum & inductionem,in qua conſiſtit tota uirtus.ſecundum Rom.ſing.dclj.inci.tu ſcis bene. quia ſcire eſt rē per cauſas cognoſcere.l. ſcire leges. ff.de ll.Iaſ.qui allegat Ariſtot. in l. & pepercerit. §.j. col. j.in l. ſuis: columna.v.ff.de liber. & poſthum. Ioan. Rugerij. in rubr.de cauſa poſſ. & propriè. charta. ij. tamen nōn eſt de neceſſitate quando habemus legem talem rationem inquirere. l.non omnium.ff.de ll.Lancel.in l.Gallus.§.ſi eius.iiij.not.ubi Iaſ.in ij.lect.colum.iiij.ff. de libe. & poſth.Gammarus in tract.de extenſione.col.iiij. & ſeq. Et econtrà etiam dicimus, quòd ubi habemus rationem naturalem quærere legem,eſt infirmitas intellectus.l. ſcire oportet.§.ſufficit.ff. de excuſat.tuto. Iaſ. in dic.l. illam. C.de collat.col.ij.in l.quotiens. C.de rei uendic. col.vj. in ſi qua mulier.in princip.iij.col. C.de ſacroſanct.Claud.in ff.ſolu.matrim. in princip. ubi referunt Bald. allegantem Auerroim in l.teſtium.col.pen.C.de teſtib.in l. actor. col. j.C.de probat.in l.exequutorem. in fi. col. antepen.C. de execut.rei. iudic.in rub.ff de rer.diuiſ.col.penul.& lib.iij. conſil.ccxx.in quæſtione not.de milani. col. pen. Ang. cōſ. ccxciij.quoniam. col.ij.Riminal.in l.uenia.C.de ius uoc. col.ij.c.ii.requiris. ubi Decius.iij.not.de appel. Gammarus,ubi ſuprà dicens,quòd ſi deficit ratio,debemus præſumere legiſlatorem motum ratione naturali, qua quilibet ſapiens motus fuiſſet. & Iaſ.in authen. ex cauſa. col.pen. C.de lib.præter.dicit, quòd unuſquiſque debet deſiderare conſcientiam ſuam ſecundum rationem naturalem. Et ſi uis omnia tibi ſubijcere,ſubijce te rationi. Felyn. in c.tua

Virtus inductione.

nos.col.iij.de iureiur. Ange.conſi. cx.ſanctiſſima. col. iiij. & eſt Clipeus legis gl.regularum. Cancel. Iulij. eſt chart. cxj.& ſequitur natura. † ergo ratio eſt naturę munitio. Albertanus lib.de amore rerum incorporalium,& dicit Bal. l.iij conſ.xxxviij.d.Thomas ad fi. ꝙ uix reperitur aliquid contra rationem naturalem & diſcretionem quod non remordeat conſcientiam. hinc Virgil. in vj. Appellat curas ultrices.unde dicit tex.in c.quid autē.in fine viij.q. j. Ego neminem nomino conſcientia ſua unumquenque conueniat.facit Bal.in rubr.extrà de iudi. colu. iij. Lancel.politus. in tract.de off.aduocati.in rubr.de prudentia. † ꝙ ratio naturalis quaſi formam legibus noſtris affert. & dicit 23
Bald.in c.licet de tranſlat. epiſcoporum, ꝙ ratio naturalis continet neceſſitatem ueritatis,& quæ contrà eam pugnant odioſa ſunt. & Hadrianus Papa noſter quodlib. ij. Qui agit contra remorſum conſcientiæ peccat, ita intelligens illud ad Rom. xiiij. Quia ratio naturalis participat ſe cum omni homine.Bal.in c.ij.col.iiij.de iudic.nec circũ ſcribitur loco, quia ipſa à principio nata eſt cum genere humano.Bal.in l.nemo.C.de ſent.& interloc.om.iud.ſubiungens quòd conſuetudines feudales non ſeruantur propter earũ authoritatē,ſed quia ſunt rationabiles & bonæ: & ſine ratione homo eſt una beſtia.Bal. lib. iij. conſil.clx. Cæcilia.col.ij.& eſt urgens diſputatio uel euidens demõſtratio, & propterea debet eſſe certior dicto, & ratio eſt quidam motus animi uiſum mentis acuens, uera a falſis diſtinguens.æquitas uerò eſt rectitudo iudicij naturalem ſequens rationem.Bar.lib.iiij.conſil 50.clementiſſimum. col.ij. & ratio naturalis ſola per ſe eſt lex. Card.in c.denique.iiij.diſt.cap.conſuetudo.j.diſtinct.Iſern. in prologo feudali.q.j.colum.fin.& q.ij.& q.iij. col. latius Hyppol.in rub.C.de prob. col. xxxvij. Et ſi legem uel rationem non habeamus, ſufficit allegare ſcripturam authenticam. ut Iaſon in dict.l.illam & in l.diuortio.col.v.ff.ſol.matri. Socyn.conſi.nondum impreſſo.incip.ſe Iacobus. colu. xviij. & quæ ſint ſcripturæ authenticæ,tradit.Iaſ.in l.j.co.vj.ſi. ſi cer.pet.Fely.in c.ex par.el j.colum.pen.& fi. de reſcript. cap.qualiter & quando.el ij.de accuſ.Panor.in repet.cap.

lenta & proculenta capere.

100 *Principibus licet à communi pro pace & repub.tuendæ gabellas,& alia pedagia recipere.*

101 *Sententia lata per iudicem pecunia corruptum eſt ipſo iure nulla.*

102 *Index male iudicans quod damnum incurrat.*

103 *Iudicium corruptum damnabilius eſt vſura.*

104 *Iuſtitia quare ſimilitudine ſtateræ depingatur.*

105 *Conſulere habentes de rebus dubijs quid debeant animaduertere.*

106 *Sententia lata breui tempore præſumitur defectuoſa.*

107 *Deliberatio in iudicijs quid operetur.*

108 *Celeritas quandoque præualet virtuti in rebus bellicis.*

109 *Iudex debet eſſe virtute potens.*

110 *Res iudicata habetur pro veritate & tribuit ius non habenti.*

111 *Iuriſperitus debet ante concluſionem integrum poſſeſſorem de primo ad vltimum conſiderare.*

112 *Veritas dicitur in omnibus principatum habere.*

113 *Veritas mater eſt iuſtitiæ.*

114 *Veritatis vis maxima.*

115 *Veritas omnia vincit,nec ab aliquo lædi poteſt.*

116 *Iudex potius debet ſcandalum permittere quàm veritatem omittere.*

117 *Iram diuinam in ſe prouocat qui veritatem opprimi perſpiciens eam pro viribus non tuetur.*

118 *Iudex debet in omnibus ſuis iudicijs diligenter veritatem inquirere.*

119 *Teſtes in iudicijs producti cauere debent ne partibus ſed veritati faueant.*

120 *Iudex præſumens teſtem eſſe ſuſpectum debet eum cautè ex ſuis dictis inuoluere.*

121 *Iudex an ſemper debeat iudicare ſecundum allegata & probata,an vt ſibi conſtat,propriam inſequi conſcientiam.*

122 *Probatio & fides teſtium tota eſt in iudicis arbitrio.*

123 *Teſti ſingulari,ſi nobilis ſit,poteſt fides adhiberi.*

124 *Depoſitioni veriſimili debet iudex adhærere.*

ET vt melius poſſit colligi quæ opinio ex præcedentibus tenenda ſit, uideamus quam opinionem debeat Iudex ſequi in iudicãdo. Qui tractet hanc quæſtionem late poſuit domi. Matthæus de Matheſilanis in ſuo tracta. de ele ctio. uerioris opinionis, cuius doctrinam uidetur ſequi Angelica & Pet. de Rauenna in ſuo alphabeto. in uer. opinio. late tradunt Stephanus de Federicis in tract. de interpretatione ll. ult. char. ubi ponit vij. regulas. & Paris de Syndicatu in uerſ. iudicare. tradũt etiam Panor. & Canoniſtæ in c. j. ult. char. de conſti. ubi Barb. Fely. & Decius ponentes regulam & fallentias pulchrè Salomonius in repet. §. reſponſa. inſti. de iur. natur. gen. & ciuili. nam quam quiſque nouerit artem in ea ſe exerceat. Euripides, quem refert Auguſt. Dathus in lib. j. epiſt. incip. accepi tuam. Quibus addam plura hincinde collecta.

Qui tractet hanc quæſtionem.

¶ Sit ergo † regula. q̃ in iudicando Iudex debet ſequi commune opin. Doct. c. nouimus. de uerb. ſign. ibi & quorumdam ſit opinio à pluribus approbata. l. j. ff. de off. q. ibi, & ſane crebrior apud ueteres opin. eſt bonus tex. inſtitut. de hæred. inſtit. in princ. ibi, plurimum ſententias &c. Bartó. in l. ij. C. de pœn. iudic. qui mal. iud. Barba. latè in clem. ne Romani. de elect. Iaſ. in authẽ. nouiſſima. vj. col. C. de inoffic. teſtam. in l. ſi ijs qui pro emptore. col. lxviij. ff. de uſucap. in l. ſciendum. §. fin. col. penult. ff. qui ſatiſda. cogan. ubi dicit, non eſſe recedendum à communi opin. propter nouas phãtaſias, & quòd iudicans contra communem præſumitur per imperitiam. hinc dicit Iaſ. in l. j. §. ſublata. columna iij. ff. ad Trebellia. quòd quando Doct. dicunt † quòd eſt communis opin. illud eſt bonum uerbum in practica. & creditur Doctori ſic atteſtanti. Ferdinandus in repet. §. diui. num. xciij. & nume. ccccxlij. † quod contra eam iudicans eſt nimis ignorans. facit Tremolus. in addit. ad practicam Bonacurſij. chart. xxvij. colum. ij. Alexand. lib. vi. conſil. xxx. uiſo proceſſu not. ii. in l. ii. colum. iij & iiij. ff. de iureiuran. ubi dicit. quòd debemus ſequi communes opin. & non adhærere ſingularibus opin. & in tract. de iur. emphy. colum. xx. vbi bona apoſtilla, & in iudicando non

1 2 3

item quotidie uidemus & experimur quòd in ſenibus & diminuitur ſenſus.Io.Montolo.in Promptua. Iur.in uerb. ſenes.ubi etiã ſeneſcit memoria in illis. Et tamẽ Iuriſcon ſulto eſt apprimè neceſſaria. Senſit Opiz.in repet.§. diui. col.xv.quia eſt mater intelligentiæ. ſecundum Aug.Barb. in c.cauſam quæ.col.j.de iudi.in c.iij.loco. ubi etiã ſuam memoriã extollit,& artificioſam dãnat.col.xxvij. eſt num. lxvij.de probat.latius in c.cum adeò.col.ij.ubi poſtilla de reſcrip.intantum tamen eſt delicata, ut eam primo ſeneɑus incurrat.ut Alberic.in Dictionario,in uer.memoria, ubi tradit artẽ ad eam conſeruandam & augendã hoc idẽ uult Seneca in proœ. declamationum, refert Portius & Iaſ.in §.in fraudem.col.ij.inſti.qui & ex quib. cauſ. mand. non licet.Practicus Papi.in proœ.practicæ ſuæ. facit glo. in l.iij.§.duæ cauſæ.ff.ad Carb.not.iiij.q.iij.c.ſi teſtes. facit tex.xij.q.ij.c.longinquitatem. refert Barb.lib.iij. conſil.lxxiij.incip.ab Ioue principium.col.iij.& lib.iiij.conſi. xl.clementiſſimum. col.iij.& lxxxviij.ſapienter.colum.iij. † Et habens memoriam inordinatam præſumitur fatuus. 18
Alex.in l.cûm ſeruus.§.conſtat.col.j.ff.de leg.j. eſt uerum quòd memoria & ſpeculatio ſe inuicem non compatiuntur:ideo rarò in uno concurrunt. Saly.qui dicit ſe hoc audiuiſſe à Philoſophis in l. hac conſultiſſima. col.j.C.qui teſt.fa.poſ.minus in ſenibus,licet experientia maior. hinc Eraſ.in Moria.char.vj. † quòd nihil differunt ſenes à pue- 19
ris,niſi quòd rugoſiores & plures enumerent annales quã pueri.& in j.parte prouerb.xliiii.Bis pueri ſenes Albertanus de ſenectute. Et tempore Ludouici ducis Sabaudiæ penes Carignanum in Caſtro Raynerio do. Michaeli de Romagnano exceden.nonageſimum annum nouiter nati ſunt quaſi omnes dentes.plus dicit Bart.in l.j.C.qui ætate.li.x.quòd poſtquam quis exceſſit uigeſimumquintum, non pręſumitur bene diſcedere.dicã infra loquẽdo de opi. pręceptorũ,dum ſubijcio de ſcholaribus. Eſt uerum ꝙ Cicero ante medium libri de Senectute, dicit, ꝙ in eis manent ingenia,modò permaneãt ſtudium & induſtria. facit Valerius Maximus lib.viij.cap. vij. de ſtudio & induſtria, ubi de Catone & alijs.& cap.xiiij de ſenectute.

nos.col.iij.de iureiur. Ange.conſi. cx.ſanctiſſima. col. iiij. & eſt Clipeus legis gl.regularum. Cancel. Iulij. eſt chart. cxj.& ſequitur natura. † ergo ratio eſt naturę munitio.Albertanus lib.de amore rerum incorporalium,& dicit Bal. l.iij conſ.xxxviij.d.Thomas ad fi. φ uix reperitur aliquid contra rationem naturalem & diſcretionem quod non remordeat conſcientiam. hinc Virgil. in vj. Appellat curas ultrices.unde dicit tex.in c.quid autē.in fine viij.q.j. Ego neminem nomino conſcientia ſua unumquenque conueniat.facit Bal.in rubr.extra de iudi. colu. iij. Lancel.politus. in tract.de off.aduocati.in rubr.de prudentia. † φ ratio naturalis quaſi formam legibus noſtris affert. & dicit Bald.in c.licet de tranſlat . epiſcoporum, φ ratio naturalis continet neceſſitatem ueritatis,& quæ contra eam pugnant odioſa ſunt. & Hadrianus Papa noſter quodlib. ij. Qui agit contra remorſum conſcientiæ peccat, ita intelligens illud ad Rom. xiiij. Quia ratio naturalis participat ſe cum omni homine.Bal.in c.ij.col.iiij.de iudic.nec circū ſcribitur loco, quia ipſa à principio nata eſt cum genere humano.Bal.in l.nemo.C.de ſent.& interloc.om.iud.ſubiungens quòd conſuetudines feudales non ſeruantur propter earū authoritatē,ſed quia ſunt rationabiles & bonæ: & ſine ratione homo eſt una beſtia.Bal. lib. iij. conſil.clx. Cæcilia.col.ij.& eſt urgens diſputatio uel euidens demōſtratio, & propterea debet eſſe certior dicto, & ratio eſt quidam motus animi uiſum mentis acuens, uera a falſis diſtinguens.æquitas uerò eſt rectitudo iudicij naturalem ſequens rationem.Bar.lib.iiij.conſil 50.clementiſſimum. col.ij. & ratio naturalis ſola per ſe eſt lex. Card.in c.denique.iiij.diſt.cap.conſuetudo.j.diſtinct.Iſern. in prologo feudali.q.j.colum.fin.& q.ij.& q.iij. col. latius Hyppol.in rub.C.de prob. col. xxxvij. Et ſi legem uel rationem non habeamus, ſufficit allegare ſcripturam authenticam. ut Iaſon in dict.l.illam & in l.diuortio.col.v.ff.ſol.matri. Socyn.conſi.nondum impreſſo.incip.ſe Iacobus. colu. xviij. & quæ ſint ſcripturæ authenticæ,tradit.Iaſ.in l.j.co.vj.ff. ſi cer.pet.Fely.in c.ex par.el j.colum.pen.& fi. de reſcript. cap.qualiter & quando.el ij.de accuſ.Panor.in repet.cap.

23

cabiliter à ſucceſſoribus ſuſcipi,& benigniter impleri. pro quo Sylueſter contra Lutherum.char.ccv.

¶ † Amplia ſecundò prædictam regulam, quod tenenda ſit communis opin. procedere etiam ſi contra communẽ opi. teneret Papa magiſtraliter loquendo. Hoſt. in c. paſtoralis. de decimis. quẽ refert Fely.& alij. in d.c.j. de conſti. Paris pe Puteo in d. tractatu de Syndicatu. in uerſic. iudicare. & communiter alij qui tradunt hanc materiam. 25 *Papa.*

¶ Etiam ſi eſſet opin. gl. nam licet ſoleamus dicere, quòd eſt pudor allegare gloſſ. quando habemus legem. glo. in l. ſed licet. ff. de offic. præſid. Bologn. in repeti. auth. habita. C. ne fil. pro pat. col. xlij. Cacialup. de modo ſtudendi. col. xiij. uel authoritates Docto. Iaſ. in l. illam. col. ii, C. de col. lat. Salomon. in repet. §. reſponſa. inſtit. de iur. natur. char. viij. tamen ubi tex. non inuenitur, ſufficit gloſſ. Anton. de Prat. in tract. de ſecund. nupt. char. viij. col. ij. uerſ. v. & ult. & licet habeamus paucas ex opinionibus Accurſij, quia contentus erat relatione aliorum. Paris de Puteo, ubi ſuprà,& Bol ogninus col. xlij. Et in omnibus ſequebat opi. antiquorum ſecundum Pau. de Caſ. in auth. ceſſante. C. de leg. hæred. Idem faciebat Spec. ut paulò ſuprà dixi. idem Io. Andr.& Io. de Anan. ut infrà. colum. proxi. magna tamen eſt eius authoritas, ut latè Corſet. in fin. ſui repertorij. Claud. in repetit. l. ut uim. ff. de iuſtit.& iur. col. antep. Iaſ. in l. illam. C. de collat. co. iij. Ang. in ſuo teſtamẽto. col. iij. Decius conſ. cxlvj. col. iiij. Calcaneus cõſ. vj. col. iij. ubi dicit, ꝙ gloſſator eſt collector ueritatis. Ferrat. cautela xvij. col. ij. Scrutinium chart lj. Roch. in c. at ſi clerici. col. xxiiij. de iudic. Vbi Barb. in c. quanto. col. xlv. dicit chi non ſa caualcare, tengaſi à l'arzone. Ita debet facere iudex, tenerſi ale gloſe.& dicit Bal. lib. ij. conſi. cxxxj. uiſis. col. ij. ꝙ Accurſius eſt magiſter ſcientiarum, gloſſator eximius. Anton. de Prato. in tract. de ſecund. nup. char. viij. colu. ij. uerſ. v.& ult. ubi plura de gl. char. ix. in fin. & princip. ſeq. Afflictus deciſ. cccl xxxiiij. non ponam. circa medium. dicit ꝙ Doct. ſolet tenere cum gl. conuerſores. cõtra glo. propterea dicit Luc. de Penna in l.& lib. xij. ꝙ glo. congruentius appellarentur notæ, quaſi notabiles. Et gl. fuerunt cõ- *Gloſſ.*

poſitæ à diuerſis authoribus qui contrariam habuerunt ſententiam adinuicem. Et quia poſitæ fuerunt prout ſunt inuentæ, hoc eſt quòd uidentur ſæpius contrariari, ſecundum Cy. in l. j. C. ad Turpil. ideo tunc ſtamus illi deciſioni. Et quia Accurſium gloſſatorem ſæpe taxant iſti oratores & grammatici, & profectò ſæpe audiui Iaſ. dicere ꝙ in expoſitione uocabulorum, ſæpius defecit. eum tamen excuſat Vdalr. Zaſius in ſua epiſt. incip. ſcio, col. j. ante repet. l. frater à fratre. editam ab Vlda. i j. Et maior eſt gloſſ. authoritas quando aliquid tenet in pluribus locis. quoniã opin. plurium gloſſarum uincit unam, ſecundum Bald. in l. precibus, C. de impub. & al. ſubſt. Curtius conſi. xlix. incip. memoriæ recolendæ. col. lv. uerſ. animaduerte in primis. & cõſ. lxvii j. incip. d. Ioan. col. iii j. uerſ. his ſit ſtãdum. Scrutiniũ char. xci j. & lxvii j. Barb. conſi. xxxvi j. illud colu. vii j. & cõſi. lxiii j. incip. ſcribitur lib. col. xj. lib. j. ubi allegat tex. in c. & ſi Chriſtus. de iureiur. Alex. lib. iii j. cõſ. lv. proſpectis. col. xv. Feder. in repet. l. filiusfa. §. diui. de leg. j. nu. cccexii j. ꝙ no. tu qui uis ſemper glo. eſſe ſingularem, quia exuberas in memoria Mithridatem, quæ xxi j. linguarum quibus præerat, meminerat Gellius li. xvi j. c. xvi j. Ennius. uel Themiſtoclem qui quærebat artem obliuionis. Cato Saccus. quẽ refert Iaſ. in §. ex maleficijs nu. xxxvi j. inſtitu. de act. Bonif. in tract. de nobilitate. iii j. parte nume. xlii j. In tantum quòd Felyn. & Decius in d. c. j. de conſtitut. poſt Butrigarium, dicunt quòd opinio gl. præferetur communi opin. nihilominus hoc non puto uerum. Et ita etiam uult Bolog. in dicta. auth. habita. col. xli. & effectualiter & realiter loquendo conſideratis conſiderandis non eſt præſumendum quòd Doctores communiter moueantur tenere contra gl. cuius nouerunt quãta ſit authoritas, niſi habeant legem uel rationem per quam opinio gl. conuincatur, quo caſu nulla opi. quantumlibet communis eſt tenenda quando conuincitur, ut infrà dicam. Ergo effectualiter dicere poſſumus, ꝙ opinio communis ſit præferenda opi. gl. Et ita not. declarat Ioã. de Leſnaudiere in tracta. de Doctorib. iii j. parte. q. xli j. prædicta tamen non intelligas de gl. Aurelianenſi quæ communiter contradicit textui.

ſecundum Aeneam Syluium epiſt.cxciij.incip.Io.Fab.inſtit.de act.§.præterea.col.v.Guiliel.de Monteferra. in cōmento Pragmaticæ Sāctionis.chart.xx.in fi.quia talis glo. uel interpretatio non eſt bona gl.& Paul.de Caſt.in l. ab execution.in fin.prin.ff.de appel. recip.Eſt bene uerum ꝙ ſæpe gl.inſiſtit.circa ea quæ non ſunt dubia & ubi eſt dubium,intactum relinquit.Barto.in auth.matri & auiæ,circa princ.C.quando mul.tut.offic.fungi poteſt.Idem faciebat Bal.ut infrà dicam loquendo de eo.

¶ Etiam ſi eſſet Azo qui fuit mens legum.ſecūdum Cy. in l.certi iuris.C.loca.& uas electionis.ſecundū Bald.in l.cōtractus.C.de fid.inſtr.Barb.in Rubr.de probatio.in fin.col. iiij.Cacialup.in repet.l.ſi qua illuſtris.C.ad Orfi.in fi.col. xviij.Curtius in tract.de Moneta.iij.q.& conſ.xliiij.incip. ſerioſa.iij.col.Bolog.in repet.auth.habita.C.ne fi. ꝓ pat. col.liij.Stephanus de Federicis in tract. de interpretatione Legū.char.ult.Lācel.in l.fi.col.ij.C.de pact.& fuit ſubtiliſſimus apud omnes.Cy.in l.ſi ex cautione. col. ij. C. de non num.pecun.& tēpore quo legebat Bononiæ erant ibi ſcholares x.millia,& nūquam infirmabatur niſi tēpore uacationū,& tali tēpore mortuus eſt,ut per Odofr. in ultimis uerbis ſui cōmenti,ſuper C.&referūt Moder.in j.apoſtilla ad lect.Odofr.ſuꝑ iij.libris.C.Ideo aduocati non admittunt in collegio Mediolani,niſi illuc deferant illā ſummā Azonis,quā iurēt eſſe ſuā.unde ortū prouerbiū,Niſſun uada in Palazo,ſed nō ha la ſumma d'Azo.Et uas legū,ſecūdū Iaſ.in l.ſi mihi à Titio.ff.de uerb.obl.Et inter omnes Gloſſatores obtinuit principatum,ſeu paritatē, ſecūdum Corneū qui plure adducit iij.uol.cōſ.ccxl.in præſenti litera C.Ioānes de Garronis in rub.C.de ſecund.nup.char.iii. Anton.de Prato in proœm.ad repertorium Bart. dum eū æquiparat Accurſio.Non tamē propterea eſt tantæ authoritatis ſicut gl.Barbat.in rubr.de ſuc. ab inteſtato ad fin.

¶ Etiam ſi eſſet Archid.ſuper ſexto,cuius lecturā & opin. aliis præualet,ut Ferrat.cautela xix.incipien.ſenten.

¶ Etiā ſi eſſet Innoc.Cuius authoritatē extollunt Moder. apoſtillantes eius lecturā.in prin.Iaſ.in l.i.col.vi.ff. ſi cert. pet.Fely.in c.ex parte.el i.col.xix. de reſcri. & dicit Calca.

conſil.xv.uiſis.col.vj.ꝙ.Innoc. eſt pater ueritatis. licet nimis breuis.Barb.in c.poſtulaſti.col.vj.de foro compet.
¶ Etiam ſi eſſe Io.And.qui licet fuerit filius unius magiſtri grammaticæ.Panor.in c.inter cæteros.j.not.de reſcr. Bertach.in tractatu de epiſcopo.char.ix.col. iij. & ſpurius Volateran.in cõmentarijs ſuis,char.cccj. ubi de pluribus iuriſconſultis,prout Cacialup.in tract.de modo ſtudendi. & Canel.ij.parte memoral.in uerſi.iuris ciuilis ſententiã. & deformis & paruus corpore.Lãdrianus in epiſtola ante initiũ Speculi.fuit tamen magnæ authoritatis.& eius nouellam ſummè extollit Bal.in præludijs feudorum chart. iij.ver.aliqua,ſed pauca.& in ca.cum olim.de re iud.dicit, quod non uult recedere à Io.And.tanquam à fundaméto iuris.facit Opiz.in repet.§.diui.col.lxv.ubi et de Oldr. de Iac.Butrig.& de Petro.Et dicit Ang.in l.ſi certis annis.C. de pact.iij.col.quòd eius reuerentiæ eſt deferen.quia fuit fons iuris.& conſ.cclxxxj.incip.exorta fuit inimicitia. iij. col. ꝙ fuit iuris utriuſque lucerna.& Zabarel.in procem. clem.quòd à c.annis infrà,nemo melius commẽtauit Ius canonicum.& Io.Calder.in c.ueſtra.de cohab.cler.& mul. quòd Io.And.fuit fons & tuba Iuris Canonici,& optimus legiſta, & parum indigebat reuolutione chartarum.Mandagotus char.iiij.col.j.ponit Ant.de Prato in proœ. repertorij.Bart.dicens inter cætera, ꝙ in legatione profectus ad Papam, Papa eum hac ſalutatione recepit. Bene ueniat qui lux mundi cognominatus eſt.cum etiam extollit alter Ant.de Prato nouiſſimus in trac.de ſecun.nup.char. xv.col.ij.Curtius ſenior conſ.j.col.iiij.& Iunior conſ. xv. col.pen.Bolog.in repetit.auth.habita col. xliij. ubi etiam de authoritate Hoſt.& Imo.de morte ſuo loquebatur timidiſſimè,& rarò firmabat pedem,quòd non caret prudẽtia,& aliorum recitatione in ſuis lecturis communiter cõtentus fuit Fely. in c. cum dilecta.col. xv.de reſcrip. idem dicens de Io.de Ana.quẽ tamẽ excuſat Barba. in Ioãnina col.clx.& ualde extollit in repet. l.cũ acutiſſimi. C. de fideicõ.col.lxxxiij.Idem dici poteſt de Spec.ut ſuprà loquẽdo,& de eius authoritate. dixi tamen profectio ſcientiæ potiſſimè in iudicio conſiſtit: non enim ſatis eſt aliorum

dicta

dicta intelligere,& à ſe multa inuenire, niſi tám de intellectis, quam de inuentis nouiter iudicare quæ ſint tenenda & reſpuenda.ſecundum Aegid.de regim.princip.lib.ij. parte ij.c.ix.quia debent firmare anchoras.Barb.in c. clericis.col.xvj.de foro compet.Et propterea Iaſ. damnat talem ſtylum in l.non dubiũ.in fi.vj.col.de legib. ſed Barb. excuſat Io.de Ana.in ſua Ioannina.col.clix.& ſequen. Et adhuc eſt peius quando infideliter recitant. Apologia Do di.charta xxxix.dicam infra char.final.

¶ Etiam ſi eſſet opin.Felyn.cuius magna eſt authoritas inter Moder.& habuit bibliothecam curioſiſſimam omniũ Moder.etiam apoſtillatorum,ut ipſe dicit in cap. innouamus.col.ij. de treug. & pace, & eius mos eſt tranſire cum communi, ut per eum in cap. noſtra. colu.ij. de reſcript. in cap.prudentiam.§.ſexta.col.fin de offic. delega. & eius ſtylus erat non alterare deciſiones ab alijs non immutatas,ut ipſe dicit in capit.ſedes.iiij.col.de reſcript.& ſuum non erat tangere materias aliquo utili omiſſo, ut dicit in cap.tertio loco.colum. fina. de probat. Et fuit uocatus ad curiam Romanam pro auditore,ut dicit in ca.Rodulphus col.x.de reſcrip.ubi col.præceden. ponit. unde ipſe & progenitores ſui ortum duxerint. Idem atteſtatur Formolarium prouinciale,chart.xxxvij.in fin. ſubijciens quòd fuit uir plurimæ lectionis, & ſplendidæ & opulentæ doctrinæ.Et fuit excellentiſſimus inter modern.ſecundum Curtium Iuniorem in feudalibus. conſilio iij. incipien.ſuper controuerſia.Et fuit præcipuus bonarum rerum accumulator.Rocg.in capit. final. colum.j.de conſuetud. Lancel. in l.j.colum.penul.ff.de iuriſdict. omnium iudic. qui in l. ij.C.de in ius uoc.gloriatur quòd eſſet compater ſuus. & in l.traditionibus.colum.ij.C.de pact.dicit quòd diligens calamus Felyn. tantum neſciuit facere quin unam fallentiam de qua ibi omiſerit.habuit enim bonam memoriam,ut demonſtrauit quando electus in Auditorem Rotæ, dum ſoluit xxx. argumenta de lx.ſibi factis. per Cardinal.Alexand.ut in j.apoſtilla Cardin. ſuper Decreto.& habuit aſſiduum calamum,ut ipſe atteſtatur in cap. quoniam frequenter.col.iij.uerſ.tu uerò.ut lit. non con-

teſt.meritò Iaſ.ſæpius legēdo dicebat.Solus calamus adiuuat legiſtam.& quòd ipſe tantum ſcribebat,quantum ſtudebat,& dicebant diſcipuli Barba.cum ſæpe dixiſſe, nunquam parcendnm calamo. Et fuit Doctor ſuper omnes conſummatiſſimus & copioſiſſimus,ut dicit Claud.in repet.l.ut uim.col.j.ff.de iuſtit.& iur. & in Spec.feu.col.ix. dicit quòd eſt clariſſimus & copioſiſſimus.& dicit Pich.in repet.§.Titia circa fin.q.xxiij. quòd Felyn. eſt ætate noſtra copioſcrum princeps,&doctor præſtantiſſimus, Auditor Rotæ.& frater Iac.de Marchep.in ſuo tracta. de animabus incolentibus Purgatorum.char.xvij. appellat eum celebrem doctorem.& magiſter frat.Gome. uir ubiq; notus. & Philelphus deca.ix.ſaty. incip. dicat. col. j.in ſua epiſtola circa piincip.illius tractatus appellat Felyn. iuris utriuſq; peritiſſimū,dominum de Rota.& magnæ authoritatis apud Iuriſtas.Et conciuis noſter dom. Greg. Nata in cle.ſæpe.in princ.col.lxiij.illum cōmendat, dicens uirū præclarum, licet eſſe concurrens ſuus. & Philip. Decius conſ.cxiiij. col. iiij.dicit quòd Fely. fuit collega ſuus honorādus.& conſil.clj.col.pe.dicit ꝙ Fely. eſt fidelis recitator.& dicit Hippol.no. xcij. quòd Fely. eſt iuris utriuſque monarcha.& no.cxxvij.quod eſt iuris ampliſſimum pelagus.& not.cxcvj.quod eſt iuris lumen,& doctorū omniū decus æternū.& no.clxxxix.dicit ꝙ eſt uerus iuris illuminator,quē hactenus ſibi incognitū ueneratur,& incredibili amore proſequitur propter eius eminentiſſimā ſcientiā & doctrinæ integritatē.& in l.§. præterea. col. xiiij. ff.de quæſtionibus dicit ꝙ Fely.unicus eſt in toto terrarū orbe. & Frā.Balbus in procœ.ſui tractatus de præſcri.col.j.dicit, ꝙ fuit doctor copioſiſſimus.quāti ergo facienda eſt authoritas tanti uiri,quæ licet quaſi heri deceſſerit,eodē uidelicet ferme tēpore ut dicitur quo deceſſit Alex. Papa vj. & à contēporaneis,& poſterioribus tot laudibus extollitur, præſertim à conciue noſtro domino Greg.Nata, & Phil. Decio qui fuerunt concurrentes ſui, inter quos quia pares.Gel.lib.xv.c.iij.incip.qui docet experientia, eſſe ſolet inuidia quæ naturaliter ineſt homini ſecundū Bal.in l. j.C.de præſcrip.xxx.ann.allegando illud, Vicinumque pe-

cus

cus &c.imò & ſæpe inimicitia & ſibiipſis ſubuertũt ſcholares,& faciunt practicas,& practicæ ſcholariũ cœperunt Papiæ tẽpore domini Chriſtop.de Caſtellione, qui ibidẽ legebat in concurſu.Bal.ſecundũ Portium.inſtit. de ſuſpectis tutorib.§.ſuſpectus.ubi Ange.in §.ſed ſi quis.dicit, ꝙ poſſunt puniri utentes his practicis.latè Purpuratus in l. cum quid.ff.ſi cert. pet.in iiij.fallen.in materia præcedentiæ. Et ſic reſultat illud. quod uera eſt laus quæ procedit ab ore inimici. Vt Virgilius in.j. Aeneidos, Ipſe hoſtis teneros inſigni laude ferebat.

¶ Et nunc ueniendo ad Legiſtas. Etiam ſi eſſet opin.Bart. de cuius ſuprema authoritate late ſcripſit Claud.in repet.l.ut uim.ulti.col.ff.de iuſti.& iure.latius Iaſ. in l. quidã.cũ filiũ.ff.de uerborũ obligat. & quidã nouiſſimi ante lecturam Bartol. ultimo impreſſam Venetijs per illos de Tortis, ultra quos adde eundem Iaſ.in l.ſi ex legati cauſa. col.fin.ff.de uerb.oblig.qui dicit quod propterea eius ueſtigia ſemper adorat.Idẽ dicunt Decius conſilio lxix. col. pen.Curtius Iunior.conſi.v.col.xiij.& conſil. xij. col.iiij. ubi dicit quòd eſt ſpeculum & lucerna Iuris Ciuilis, & ꝙ omnes ſolemus eum uenerari, & ut optimum ducem ſequi.idem Bologninus in repet. authen. habita. C. ne fil. pro pat.col.xliij.& dicit Ferratius poſt Rom.cautel.ix.Richardus col. ij. quod Bart. eſt uirtus iuris noſtri, & in eo ſemper ſolet eſſe ſubſtantia ueritatis ſequenda, in iudicando & conſulendo.de quo aliquid per Catell.in ij.par. Memoral.in uerb. iuriſperitus. propterea ſemper legendn dicebat Iaſ. quòd officium boni ſcholaris eſt defendere Bartol.quantum poteſt imo debemus dolere quando aliquis ſibi contradicit, ut in ſimili Cepol. conſilio xxxiiij.col.penult.incip.ſe unquam. dum loquitur de Io. glo.quia Bart.eſt iuris illuminatur, ſecundum Beſutium in repet.l.re coniuncti,in princ.nec eſt dicendum eum dare terga.Barb.in rubri.C.qui ad. col. xv. ubi col. lv. quod ſicut Canoniſtæ omnia dicta antiquorum attribuunt Io. And.ita Legiſtæ attribuunt Barto.Et quando Bartol. fundat ſe in aliquo textu,credendũ eſt quòd ille text. probat. Iaſ.in l.ſi mater col.ij.ff.de uulga. & pupil. Et dicit Curtius

tius in eepet.l. admonendi ff.de iureiur. col.lxvj.quòd Bar to.fuit ſubtili inueſtigator, & fuit pater iuris. & iuris humani lumen ardentiſſimum, in quo ſolet eſſe ſubſtantia ueritatis. Galiaura in repet. l. centurio. ff. de uulg. & pupil.char.xxvij.num.cccxciiij. Pet. de Leſnaudiere in tract. de Doctorib.j.par.q.xvii. in fi. & nihil boni ignorauit. Pãtaleo de Crema.in repet.l.ij.C.de reſcind.uend. col. viij. ubi.col.xiiij.dicit ꝙ miratur illud eſſe dictũ tanti Doct. & Barto. ſolet uti eleganti ordine, quia poſt theoricã ponit practicam. Fulg.in l.j.§. in hac.ff. commod.col.j. Alex in l.ſi cùm dotẽ.§.eo autem tempore.col.iij.ff.ſol.matr. & dicit Ang in §.fin.inſti.de pup.ſubſt.col.iij.quòd Bart.debet plus credi, tãquam magiſtro omnium in Iure Ciuili. & dicit Corn.lib.j.conſi.cccxxxij.licet col.ij. quòd authoritas Barto.non eſt poſtponenda authoritati Dominorum de Rota, ſaltẽ in terris imperij. Et dicit Tindarus in tract. teſtibus uariantibus, char.x. in c.ix. quòd Dy. Cy.Pet. Iaco.Butr.omnes ſimul non ſuperbunt Bart. ſolum. & in regno Caſtellæ, & ferè per omnia regna ſubdita regi Hiſpaniarũ Bart. opin. in l. defectum. ad unguem obſeruatur. Ferdi.in repe. §.diui.in l.filius familias. ff. de leg.j.nu. xciij. Cacialup. in tract.de modo ſtudendi, charta.iiij.col. ij.dicens, Quid ergo faciemus nos Itali? Ant. de Plato in proœ.repertorij ad Bartol.dicens, quòd ubique ita fiendum eſſet.& Rom.ſing.cxliij.dico, dicit quòd uerecundatur.ſe ignorare illud dictum Bart.cum Bart. ſi communis doctor ſuis & ualde eum extollit Bald. ut refert Purp.in l.edita.in primis uerbis.C.de edendo.Fortũ.in l.j.§. conuẽtiones.ad fi.ff.de pact. appellat Bart. uerum magiſtrum ſuum in l.iuriſgentium.§. quinimo. col.xxxj. dolet quòd mortuus ſit iuuenis, ſcilicet ætatis annorum quinquaginta.mortuus enim eſt de anno M ccc lvij.die.xij. Iulij. & ſi ſuperuixiſſet, mirabiles intellectus dediſſet ad iura Pontificia. Barbat.in c.at ſi clerici.col.j.de iudic. in cap. quali ter.uult.col.eod.tit. Et licet ubique ſit magnæ authoritatis, tamen plus in extrauaganti, Ad reprimẽdum. quia ibi procedit per modum glo.ſecundum Cacialup. in tract. de modo ſtudendi col.penult. Et in eis ualde maturè. loquitur

tue ſecundum Socin.conſi.cclxxv.in cauſa fratris. col.iii. ij.uol.& illæ gloſſ.Bart.ſunt meliores,quàm textus ſecundum Igneum in diſputatione, An rex Franciæ cognoſcat Imperatoré.col.xxxv. Et illud cõmentum Bart.poſtea poſtillauit Franciſ. de Albergotis. ſecundum Cacialup. in l. j.C.de ſum.Trin.col.xlj.& etiam apoſtillauit Barb.ſecundum Frly. in c.Rodulphus.col. xij. de reſcrip. in repet.authen. peius loquitur Bart.quàm alibi, ſecundum Alex.in apoſtil. ad Barb. in l. naturaliter.§. nihil commune. ſuper iij.col.ff.de acquir.poſ.Iaſ.in l.ſi conſtãte.in prin. ff. ſolut. matr.& in iuuentute ſua fuit iudex maleficiorum. Barb. in cap.licet.de foro compet.num.xlij. Cacialup. in l. omnes populi.in princ.vj.q.princip.de iuſti. & iur.dicit quòd Bar.habuit excellẽs ingenium,cui nullum numen abfuit: quia fuit in ea admirabilis prudentia ultra aliam legum peritiam.& dicit Bolog.in d.repet.authen.habita. col.xxxv.quòd ipſe non audet reprehendere tantũ Doct. prout eſt Barto.& potius uult dicere quòd ipſe non intelligit, uel quòd liber eſt corruptus. & Pich. in l. in quartam. col.xciij. quòd maiorem noſtri adeò ſemper timuerunt fundamenta Bart.quòd ſemper trepidauti animo complexi fuerunt in illo articulo ſententiam Bald. licet Bal. appellaret eum Saturnium.ſecundum Iaſ..in l.filius fam. ij.col.ff.ſi cert.petat. & aliquando tantum in ſpeculatione eſt tranſgreſſus, quòd non conſiderauit quid diceret. Iaſ.in l.petens ad fin.C.de pact.poſt Paul. de Caſt. Sed de hoc deridet.Foatun.in l.iuriſgentium.§.quinimò.co.xxv. ff. de pact. Et Barbat. loquitur Teutonicè, ſecundum Alexand. in l. miles.§. decem .ff. de re iudic.Et Bald. cum non intellexit ſecundum Pau. de Caſtr.in l. ſi pro fundo. colum.ij.C.de tranſact.& aliquando errabat in poſitione caſus.Bald. lib.v. conſi. antepen. incip. licet aſſeſſores, & dicebat contra caſum legis, ſecundum Baldum in tract.de præſcript.char.lxxx.col.j.licet Bald. reputet hoc ignominioſum non ſolum doctori, ſed & ſcholari prouecto.ut refert Pich.in repet. §. Titia. q. liij.eſt enim aliud dicere,eſt caſus legis, aliud argumentum legis. Barbat. in cõſil.xxxiiij præclare.col.xxij.lib.ij. Et Bartol.ſeminat

uerba:

uerba; ſed poſt iſtam ſuam ſententem Bald. cum ſarculo extirpatiuo ſequitur ubi male loquitur. ita Bald. li. ij. conſil. cxxxij. quæritur. Et aliquando negligenter proceſſit. Fortunius in l. iuriſgentium. col. v. ff. de pact. qui de hoc etiam taxat in l. legitima. col. xvj. eod. tit. & Azonem, ut per eum in d. l. iuriſgentium. col. vj. & etiam Doct. ut per eum ibidem. co. xxiiij. & ſi Bart. ſciuiſſet unum capitulum Sexti, non ſic dixiſſet. Ang. in l. quāuis, in fi. ff. de dam. infect. & ſui contemporanei fuerunt Iac. Butrig. & Rayner. de Forli. ut per Barto. in l. Gallus. §. quid ſi is. in fin. commen. ff. de lib. & poſth. ubi in §. inſtituens. idem dicit de Andræa de Piſis, & in l. ea lege. C. de condict. ob cauſam. idem dicit de Franc. Accurſio. dicam aliqua etiam de Bartolo infrà tangendo quæſtionem, quòd potius ſtamus doctori in conſilijs, quàm in lectura infrà uerb. proximè ſeq. Et generaliter melius loquitur quam Bald. licet Bald. ſubtilius induceret leges. ſecundum Pau. de Caſt. in l. ſi aduerſus. in fi. C. ſi aduerſus rem iudic. Imò Bal. ſemel deprauauit tex. in l. ſi creditor. §. fi. de diſtra. pig. de quo mentionem facit Iaſ. in l. qui Romæ. §. cohæredes. col. j. de uerb. obl. & audiui à Iaſone dum legeret. §. diui. col. xx. quòd deleuerat literam n. ob quod oportuit mittere Piſas ad pandectas, detectaq; fraude condēnauerunt Bal. ad Bullandum: ſed Barto. eum defendit à tali pœna. per l. ad beſtias. ff. de pœnis. quæ uult quòd propter excellentiam uiri licet ll. tranſgredi. & eſt ſing. ſecundū Bolog. ibi, & ad eam Barb. in tract. de Cardi. j. parte. q. j. col. xvij. Paris de Syndic. in uerb. pœna. col. j. & licet Bart. in l. ea lege. C. de condictio. ob cauſ. dicat quod ipſe & Franciſ. Accurſij miſerūt Piſas, tamen poteſt eſſe quòd ipſi ambo erant aduocati pro eadem parte. contra Bald. dicebat tamen Iaſon quòd non auderet firmare, quia hoc non uidit ſcriptum ab aliquo authentico, licet ita audiuerit uoce dici à præceptoribus ſuis. & idem ponit in alio caſu Hoſtien. in ſumma de probatio. §. quid debet probare. poſt medium. & miror de Bolog. qui in ſuis interpretationibus totiens dicit uidiſſe Pandectas, & tamen in illo textu non facit mentionem quomodo ſtet ibi litera. Ego autem quandoque cupiens eas uidere

inter ſtudēdum mihi glomeraui aliqua leges quæ ex dictis gl.indigerent inſpectione Pandectarum,alias quiſque pro libito perquirat, & addat, & aliquis poterit ex ipſis Pandectis eruere uerum tex.& impreſſuræ dare. in l.eos. ff.de custod.reo.an ſit in litera cuſtodiendum uel ſtatuendum. In l.ſi tibi mandauero.§.ſi centum.ff. manda. an ſit cui uelles.an quæ uelles. in l.j.ff.de furt. baln. an ſit litera audiendum, uel puniendum.in l.cùm inuentus.ff. quæ in fraud.cred.unā cauſa iuris occurrat, uel ei una iuris cauſa occurratur. in l.ait Prætor.§.actio. Et utrum ibi ſit ſemel poſt annum,aut bis.in l.ſi familia.in fin.ff.ſi fam. furt. fec.dic.an abundet dictio forte.In l.ſi indebitum in princ. ff.rem rat.hab.an debeat eſſe ag.uel non.in l. qui decem. de uerb.oblig.an ſit obtulit, uel detulit. in l.in illa ſtipulatione per te non fieri.eod.titu.an ſit poſſum, uel poſſis. in l.de curatore. de cur.bo.dān.an abundet una negatio. in l.debitor.§.j.ff.de ſeparat.an ſit acquirenda, uel exquirenda,uel ei quærenda.in l.cùm fideicommiſſum.ff.de cōfeſſis. an ſit hæres ex omni, an hæres omne.in l.ſæpe. in princip.ff.de re iud.an ſit ſcientibus,uel conſentientibus. in l.j.§.ſi quis ædificium,ff.de operis nō.nuntia.an fulciat, uel reficiat.in l.j.ff.ſi quis ius dic.nōn obt.an ſit,nō tamen domina iuris, uel non tantum. in l.ex imperfecto. ff. de leg.iij.an ſit uerecundum,uel inuerecundum. in l.ſed & ſi uſucapio.§.fin.ff.famil. hercisc.an ſit, quæritur, ut puta ſi deducto uſufructu fundus fuerit ab hæredibus legatus: uel,ut ſi fundus fuerit legatus.dicit tamen Salomon. in §. forſitan.iij.char.ff.de liber.& poſth.quòd fallitur qui putat Pandectas olim Piſanas, nunc Florentinas eſſe mattrices illas Pandectas Iuſtinianas, nō aliud quippe ſunt quā exemplar quoddam uetuſtiſſimum,& idcirco cæteris uenerabilius.in tribus libris.C.quādo habeatur diuerſa litera,uidebis faciliter per poſtillas in margine Lecturæ Lucæ de Penna,quia hoc contingit fermè in infinitis locis.

¶ Etiam ſi contra communem teneret Bald. de cuius auctoritate latè in epiſtola Boni. de Boninis impreſſa Brixiæ ante primum uolu. conſiliorum Bald. Ferrat. cautel. xx.ſolemnis. in fin. & in cauſis decidendis non eſt parua

eius authoritas,ſecundũ Pau.de Caſt.cõſi.clij. uiſo pũcto. col.fi.lib.ij.Et in l.ſi uniuerſæ. ad fi.C. de leg. maxime ubi non habet contradicentem.ſed Alex.quem refert Petr. de Leſnaudiere in tract.de Doct.j.parte. q.xvij. in fin. Bolog.conſil.j.col.ix.ubi alleg.Fulg.dicere quòd iudex in iudicando non debet recedere ab opin. Bald. eſt doctor excellentiſſimus utriuſque iuris lumen:Et ꝙ Ang.dicit eum unicum Iuris profeſſorem, & alijs pluribus laudibus eum extollit.& eſt maioris authoritatis quàm Salam. ſecundũ Lancel.in l.j.col.fi.ff.de iud.& fuit magnus textualis. Iaſ. in l.ſi quis in fundi uocabulo.col.iij.ff.de leg.j. Et nunc uiuentium nunc eſt authoritas, quæ poſſit authoritati Bal. adæquari,imò tutum & irreprehenſibile eſt iudici ſecundum opin.Bald.iudicare. maximè ſi contradicentem non habet,quia tunc maximè authoritatis eſt. ſecundum Decium conſil.cclxxxiij.col.ij. Et nullum dubium eſt in iure quod non poſſit decidi ex dictis Bald.Catel.ij.par. Memorial.in uerbo,ius dicendi nullum.in fin. & nihil intactum reliquit.ſecundum Iaſ.in l.iij.col.v. de leg.j. & nihil ignorauit.Iaſ.in l.illa ſtip.§.j.ff.de uerb.oblig.& ſæpe uoce legendo dicebat quòd Bald. multùm locupletauit ius noſtrum.Eſt uerum quòd plures dicunt malum de Bald. ut refert Ferrar.d.authen xxij.& ex conſuetudine Bald. allegat tex.& tamen ibi in eo nihil dicebatur, ſed bene in gl. ut ipſe dicit in præludijs feudalibus.chart.iij.uerb.aliqua ſed pauca.Igneus in repet.authentic.ex cauſa. C. de liber. præter.col.pen. Et ego idem hoc libro facio de problem. Ariſtot. quia ut plurimum id ad quod allego non inuenies in text.ſed benè inuenies in commento Petri de Albano, ſuper illo text. item Bald. & in lectura ſua Decretalium dicit miranda, & ſingularia quæ non probat nec legib.nec rationibus,& plerunque male allegat,quia plurimùm confidebat de ſcientia ſua, quia erat antiquus. ut dixit Alex.in l.quod meo.in prin.iij.col.ff.de acquir. poſſ. Barb.in c.at ſi clerici.nu.cxxviij.de iud.dicit ꝙ Bald. nihil allegat. ſed ex ſola ſua ceruice loquitur, licet ultra lect. ibi etiam fecerit apoſtillas.Barb.lib.ij. conſil.lviij. ſapienter. col.xvij.Et queſto non uide Baldazo infortunato, la

vita ſua. Barb. in repetit. l. cùm acutiſſimi. C. de fideicōmiſ. col. lxiij. Et quādoq; negligenter loquitur. Fortun. in l. legitima. col. vj. ff. de pact. Et pro amore ſuo ſemper poſuit materias in extraneo loco. Ang. in §. nullus. in fi. inſtit. de rerū diuiſ. Barb. in c. ex tenore. col. x. de reſcrip. Et deficit in neceſſarijs, & abūdat in ſuperfluis. Bar. in c. uno delegatorum. col. pen. de offic. deleg. & ſic Herculē laudat, quem nemo uituperat. ſecundū Bapti. Pium in annotatis poſterioribus. c. j. circa princ. & ea quæ tacet omnes efflagitāt; ad ea reſpōdet, quæ nullus requirit, ut dixi ſuprà loquendo de gl. & æmulatione Bal. tantū ſubtilizauit ꝙ ſeipſum fregit. Iaſ. in l. edita. in princ. C. de edendo. ubi Purpuratus in primis uerbis. dicit enim ibi Bald. in rep. Paduaua, col. pen. illud pſalmiſtæ liiij. Quis dabit mihi pēnas ut columbæ, & uolabo? Et profectò bene uolat, quia modo ſurſum, modò deorſum, modo à dextris, modò à ſiniſtris, & nunquā perſiſtit in eodem. & quādoq; adeò altè uolat ꝙ euaneſcit ab oculis debilium, ut de Hoſtien. dicit Io. Mōtaigne, quē infrà referā char. ij. & in l. executorē. col. xj. C. de execu. rei iudi. dicit Bal. modo facio quendā uolatū, & dicit Barb. in c. plerunq;. col. j. de reſcrip. ꝙ Bald. habuit ingenium uolatile propter copiam rerum. Et dicit Alex. lib. iiij. conſil. cxxxij. quod ingenium Bald. uoluebatur ſicut auis in aere. Et etiam quandoque dabat reſponſiones fugitiuas, ut fatetur Bald. in l. j. §. nuntiatio, circa fin. ff. de oper. nou. nuntia. item ipſe dubitat ne aliàs contrarium dixerit: quia intellectus eius non erat ſemper in eodem torrente, ut per eum in repet l. Aemilius. ff. de minor. col. iiij. & colum. x. dicit quòd eius intellectus uolitauit ad extranea in uirgultis cancellatis: quia ſomniabat in Peruſio. Et aliquando loquebatur ex capite ſuo ſine intellectu. Curtius conſ. xvij. uiſo puncto. col. ij. & lxxvj. ſuper motiuis, col. ij. uerſic. ſed præmiſſis non ob. Et aliquando loquitur ex ſuo uolatili ingenio, & non appenſatè. Barb. lib. ij. conſil. xliij. ſempiternæ. colum. ix. & Bald. obloquitur de gl. & Imperatore, & de pluribus doctoribus, quia habebat malam linguam. Barb. in c. iurauit. col. xviij. de probat. Et dicit Pau. de Caſt. in l. de tutela. C. de in integr.

reſtit.minimo.quòd Bald.fuit ſubtiliſſimi ingenij, & talis quod ex nimia ſubtilitate, licet non malitioſè frequenter uariabat.Et dicit Bertach.in tract.de epiſcopo.ij. parte.iiij.libri.col.iij.quòd Bald.more ſuo ſibi contrarius ob ingenij ſui altum acumen diuerſis temporibus diuerſa & contraria fundamenta faciebat, ut ipſe Bal.ſe excuſat con ſil.xcix.ſciendum ad ſi.lib.ij. dicens, ꝙ ſpeculatiua, & æſtimatiua, quæ eſt utilior pars intellectus, quia eſt concluſiua, non eſt ſemper eadem, & quomodo Cicero ſe excuſaret, uide Longoliū in ſua defenſione habita Romæ incip. quod eſt.chart.xviij.Et propterea Iaſ.in l.ſi inſulam. col. xvj.ff.de uerb.oblig.in ij.q.Bart.in l.ſi filius.§. diui.ij. lect. colum xv.in ij.q.Bart.ff.de leg.j. habet quaſi pro inſolito quòd Bal.in illo articulo nunquam uariauerit, & ibi uoce dixit, quòd in omni articulo difficili habemus quaſi ſemper Bal.cōtrarium.Et propterea putarem quòd ubi haberentur plura dicta Bald. in uarijs locis poſſent reputari tot diuerſæ authoritates diuerſorum Doctorū, ex quo etiam ut plurimum utitur uarijs fundamētis. facit pro hoc, quod vult Iaſ.in l.Gallus.§.ille Caſus.ff.de libe. & poſthu. col.ij.dum defendit Bald.ab Alex.cauere tamen deberent Doct.à tali uarietate.gl.in §.illud. in uer. & legem. in authent.de trien.& ſemiſ.licet aliquando excuſetur uarietas, ut latè Iaſ.in l.ſi ex toto.§.ſi.col.ſi.ff.de leg.j.in l.edita col.iij.C.de eden.ubi Purpuratus.nu.cxxxiij.Bald. in c. ne innitaris. de conſtit.in l.prætor ait.§.ſi aliquando. iij. not.ff.de ope.nou.nunt.Barb.li.j conſi.j. col.xxx. & li.iiij. conſi.lxxxix.col.pen.in c.ne innitaris. col.ij. de conſtit. in c.ſi clericus laicum.col viij.de for.compe.in c. ſi clericus . col.xvj.eo.tit.Hippol.in repe.rub. C.de probat. col.xxxij. in l.ex libero.col. pen.ff.de quæſtio. Bertach. in tractat. de epiſcopo.char.v.col.fin.& S.Thom.uariauit in pleriſq; locis, ut Ioan. Mirandula in apologia.q.j. chart.v. Et plures ſancti, ut in progreſſu illius.q. ubi etiam de quatuor Doctorib. eccleſiæ. facit Lancel. Politus in tract. de officio aduocati.in rubr.quale debet eſſe aduocati officium ante fin.Lud.Bolog.doctor & miles Bononienſis in text. correcto.§.Cato.colum.fin.quæ eſt octaua. & Petr.de Leſnau-

Plura dicta Bald.

diere

diere in tract.de doto.iiij.parte.q.lxxxviij.Corneus in lib. ij.conſil.xxxvj.memini. Et aliter Bolog.iunior in repet.authen.habita.C.ne fil.pro pat.col.xxvj.pulchrè Socyn.conſil.cl.incip.& uos introducere.colum.viij.ubi tamen dicit quòd fugienda eſt nihilominus,ne aperiatur os obloquẽtibus.ut dicit Ful.de Martino, conſil.xlj.Franc.de Treuis col.pen.Et propterea Cy.in l.iij.C.ſol.mat. inuehit contra Albert. qui antequam caſus eueniret ſibi in perſona propria tenebat opi.Bulg.ſed poſtea mutauit tenẽdo opi. Mar.& Fulg.conſ.xlj.caſus talis.col.pen.de Mar. qui ex pectore reuoluto mantello ſcutum ſuum albo nigroq; uariabat,ut omnem uitaret cœlorum amaritudinem. Et Fely. in c.ad aures.col.vij.de reſcript.in cap.cùm in iure.col.iij. de offic. deleg. refert Ioan. Monachi. retractantem dicta ſua,dum erat cardinalis, quia erat ſuſpectus, & in facto proprio.& in cap. ſolitæ.de maior.& obed.circa fin.refert quod Pius poſtquam fuit Pontifex ſi fuiſſet interrogatus de illa donatione Conſtantini, dixiſſet contrarium eius quod dixerat dum eſſet in minoribus, & quod nunquam intellexerat bene illam materiam,niſi tũc:exemplo Theologi poſtea beneficiati, qui antea damnabat pluralitatem beneficiorum. dicit tamen frater Sylueſter contra Lutherum,char.ccxlvj.quòd digni fugiunt,indigni beneficia capiunt quærunt,petunt,extorquent,litigant, emunt,occupant etiam armis. Et ad uariationem Deus etiam nouit mutare ſententiam ſi tu noueris mutare delictum. Barba. in ca.ſi quis presbyterorum.col.ij. de reb.eccle.non alien. quantò magis in nobis quibus propter diuerſa phãtaſma quotidie generantur diuerſę intellectiones. Philoſophus in iij.de Anima.Nicol.Boerij de poteſtate legali.char. iij. col.fin.uide Alber.in l.fi.ff.de poſtul.dixi in vij.fundamento partis negatiuæ de inconſtantia mulierum. Sed pro eam excuſando dixi in fin. iij. ampliationis principalis.& dicam infrà circa medium iij.limit.quãdo communis op. conuincitur lege. Tu autem rarò uel nunquam eris contrarius,ſi diligenter ſtudeas antequam reſpondeas,& ſemper ſequaris ueritatem & æquitatem.

¶ † Sed quæro ſtante uarietate unius doctoris, quam eius 26

 opin,

opin.magis ampleᶜtemur? Reſpondeo, quòd illam quam tenuit in tractatib.Claud.in l.ſi idem cum eodem §.fin. ff. de iuriſdic.omnium iudic. uel conſulendo.quicquid dicat Barba.in c.j.col.xiiij.de conſtitut. allegando unum conſilium Fede.quod nunquam potui inuenire & in Ioannina col.clxxj.uer.item venit contra mentem Feder.nam licet quandoq; Doct. in conſulendo quando putant ſe fouere iuſtam cauſam,allegent plura,ut laudant Alberic. & Bened.de Plumbino in l.Licinius.ff.quib. ad lib. proclama. non licet & Specul.in tit.de diſputat.§. nunc uidendum. col.ij.uer.ſtudeat autem multa pro ſe inducere &c. Et etiam non concludentia,dũmodo perſuaſiua,ut docetCep. cautel.lxxvij.ſunt multi.Panor.in ca. per tuas. ante fi. qui fil.ſint legitimi. Afflictus conſtitutione,hac edictali.ij.no. licet quis poſſit eſſe contentus paucis quæ ſufficiant. ut Alex.lib.ij.conſi.xliiij.incip.uiſo & diſcuſſo. col.v. uerſic. alijs inſuper.& tantum ſufficit una lex,quantum mille,ut infrà in princip.iij.limit.Sed illam cautelam Cepolæ acriter damnat Lancel.Politus in tracta. de officio aduocati. char.ult.pro quo Io.de Anan.in c.fraternitatis. de hæret. col.ij.dum damnat prædicatores adducentes falſa exempla in prædicationibus. tamen eam ſequitur Ioan. Montolonius in promptuario Iuris. in uerb. decipere. Brunus in tracta.de forma. col. fi. negari tamen non poteſt quin ea quæ cõſulendo dicunt ſint magis appenſata & digeſta. Cuman.conſil.lxxxvj.in princ.Curtius conſil. lxxvj. ſuper motiuis.ad fin.Landrianus in princip. ſuarum apoſtill. ad Angelum de Maleficijs. Et ad Geminianum,ſuper Sexto. Alexand.ij.uol.conſil.clxxxv.uiſo titulo quæſtion.colu.xj. Bart.in authen.ceſſante.C.de leg.hæred.Barb.ſibi contrarius in c. cùm contingat.nume.xxviij.de foro compe.plus dicit idem Barbat.in cap.nullus.colu.xvij.eod.titu. quòd adhuc ſtabitur conſil. licet lectura fuerit poſterius facta. ita dicit ibi de Panor.& quòd ſtetur conſilijs, Purp. in l. edita.num.xiiij.C.de eden.quam ea quæ dicunt in diſcurſu lectionum,quarum ſequens ſtimulat præcedentem,Fely.in c.cauſam quæ.col.xij.de reſcr.Et propterea Bar. in lectura non ita bene ponderabat ſecundumBald.lib.ij.conſ.

clxxxix.

clxxxix.incip. ſuper alio. Cacialup. in tract. de tranſact. q. xiij.ante fin.& quando Bart.habebat conſulere,maturius ponderabat,imò ſi caſus erat dubius conferebat cum mercatoribus.Corſ.ſing.cclxix.tu habes eſt in uerſi.teſtamentum.Et hoc laudat Lancel.Politus in tract.de offi.aduoc. in rubr.de prudentia.circa med. Et in lectura Doct.quandoque ſunt adeò pompoſi,quòd ſtudio cõtradicendi amittunt ſanum intellectum, ut Machabæi de quibus ſtatim dicam,quod maximè procedit quando eſt conſilium deciſiuum.Barb.lib.iiij.conſil.vj.illud.colum. ij. Et hoc patet in conſilijs Alexand.quorum authoritas in tam illuſtri & excelſo loco ſita eſt, ut ab eius reſponſis in quibus cõtradictionem non habet,nephas quodammodo ſit recedere. ut Decius conſil.lxij.col.iij.& eſt ſolenniſſimus.Moder.ſecundum Corn.lib.iiij.conſi.clxxxix. litera d. incip. quanquam.Et uide quantum extollit Catell.Cotta in ſuis Memoral.in uer.iuriſperitus,ubi allegat Fely.in c.ij. col.xvj. de reſcrip.dicere † quod Alexand. eſt lucerna ardens cathedris iuris ciuilis, & aureum doctorem eum appellat, & illuſtrem.Franc.de Cur. conſ. xij. incip. Lucius Titius. col.ij.uer.& ideo.conſi.lxv.incip.ſuper præmiſſa.col. pen. Semper enim amplectitur ueritatem. Galiaura in repe.l. centurio.colum.xvij.nu.xlj. Et diſcurrendo per lecturas Lancel.Decij.inuenies quòd ſemper gloriatur uocare Alex.magiſtrum ſuum.Et Pantal.in repet.l. ij. C. de reſcin. uend.col.xij.dicit quòd eſt excellentiſſimus inter Moder. licet ſecus dicendum ſit in conſilijs.Pau.de Caſt.qui licet fuerit bonus Iuriſta,ſecundum Iaſ.in l.eum qui ita. §.qui ſibi.col.iiij.ff.de uerb.obl.Et ueriſſimus doctor, ſecundũ Curt.in tract.poſitionum.colum.x.Et doctor ueritatis,ut Bertach.in tract.de epiſcopo.ij.parte,lib.iiij. q. ccccxviij. & magnæ authoritatis.Decius.conſi.ccxij.& propter eius authoritatem contra eum non audebat conſulere,Decius conſi.clxxvj.col.penult.uerſi.pro iſta parte. Tamen fuit nimis promptus in conſulendo,ſecundum Alex.in l.quæ dotis.iiij.col.ff.ſol.mat.& contra eum excandeſcit quodammodo Aret.in cõſ.clxij.uerum eſt col.ij. Et idem forte de cõſilijs Barb.quoniã licet fuerit uir celebratiſſimus & fæ-

Alexan. 27 *Conſilia Paul. de Caſt.*

cundiſſimæ memoriæ, ſecũdum formularium prouinciale,chart.lxiij.tamen ut inquit Hippol.de Marſil.in l.j.§. ſi quis ultrò,col.ix.in fi.ff.de quæſt.quòd Barb. conſulendo plura adducit, licet incorrectè, & ad baliſtam more ſuo peſſimo.Et quòd non eſt confidendum de allegationibus ſuis,niſi uideãtur in fonte: quia plura mirabilia dicit,quę
28 poſtea non reperiuntur. unde poſſet ſibi dici. † Nam miranda canunt,ſed non credenda poetæ. licet fuiſſet diſcipulus Barb.ut per eum in l.unius facinorum,§.cogniturũ. col.xij. ff. eod.tit. & dicit Maleretus in tractatu de elect. char.iij.col.iiij.quòd erat iactabundus & temerarius. Et quando liceat ſe laudare.Ripa in tract.de peſte, chart. lxxxv.num.lxxix. Alber.in l.j.C.de no.Cod.comp.ij. Nimirum ergo ſi in locis præallegatis Barb. dixit potius debere ſtari dicto in lectura,quàm in conſulendo: quia quis putat in alio ꝙ in ſe eſt. Buſtus in Defenſorio montis. chart. lvij.col.ij.Socyn.in l.cùm auus,col.xxx.ff.de condit. & demon. & dicit Socyn.conſil.cxxxj.in præſenti.col.vij.quòd Barb.more ſolito parologizat.& Pith.in repe. l. in quartà.col.xcj.quòd licet eſſet Barb. copioſiſſimus & præſtantiſſimus doctor, quandoq; tamen decipiebatur in fundamentis.Et erat ex uili genere ortus.Catel. ij. par. Memoral.in uerſi. doctor literatus.& dicit Felyn. in c. cæterum. col.vj.de reſcrip.quòd Barb.ſtudio impugnandi communes opi. ſæpiſſime delirauit, credens ea uia facere ſe immortalẽ.facit Iaſ.in l.omnes populi.ij.lect.in primis uerbis.ff.de iuſt.& iur.ubi dicit quòd Machabæi ſtudio contradicẽdi perdiderunt ſanum intellectum.& Bald.æmulatione.Bar.tantum ſubtilizauit quòd ſeipſum fregit.Iaſ.in l.edita.in primis uerbis.C.de edend.& de Barb. idẽ & plura alia contra eum dicit Calcan.conſil. j. arguens eum de pompa,quæ ſatis uideri poteſt ex ſcriptis ſuis,maximè in repet.rub.C.qui admit.per diſcurſum. Et Io. Pyrrhus de donatione coniugum char. ij. dicit eum glorioſum. ſolet enim guſtui diſplicere cibus fumum olens: licet de tali uitio ipſe Barb.ſoleat alios reprehẽdere,prout in ſua Ioannina,col.lix.ubi reprehendit Saly.ꝙ ſe laudaret, dicens ꝙ habuit malos uicinos.& quod fuit caput partis,& propterea

rea cōſinatus.prout etiā refert Fely.in c.Rodulphus,co.ij. de reſcript.Idē de Mart.cum nobilibus ſuis Goſianis dicit Cyn.in l.j.§.taceat.in fin. C.de rei uxor. act. † Quid au- 29
tem ſi doctor fuerit ſibi contrarius in conſulendo,quia fe cerit duo conſilia repugnātia.uel fuerit ſibi contrarius in legendo,quia in una lege teneat unam opin.in alia aliam, tunc enim ſtādum eſt in illo loco ubi copioſius examinat *Vbi copioſius examinat.* Panor.in c.bonæ.el ij.ante fin de poſtu.prælat.Claud. in. l.ſi idem.cum eodem.§. fin.ff.de iuriſd.omn.iud. Barb.lib. j.conſi.lxiiij ſcribitur.col.ix. & lib.i .conſil. xxxvj. ſapienter.col.ix.conſil.lxvij.clementiſſimi.col.iiij.Calcan.conſi. xxxix.incip.magnificus.col.v.in fin.dicens,non curandum de opin. doctoris non deliberata & appenſata, ſed ſic in diſcurſu poſita.Hadrian.Papa noſter quodlib.ij. eſt chart. xiij.col.iiij.litera b. dum loquitur de ſancto Thoma facit Curt.cōſi.lxvii .d.Io.col.iiii uerſ.his ſic ſtantibus.& xlix. memoriæ.col.liiij. uerſi. animaduerte in primis. Præpoſ. in cap.ſi uir.col.i.de cog.ſpir.Et materia dicitur examinari quando diſputat ad partes.ut ſuprà dixi in princ uel ſi diſtinguat.Bolog.in repet.auth. habita. C. ne fil. pro pat. col.xliii.text.in §.cum quis. in l. adeò. ff. de acquiren. rer. dom.tex.cum glo.in c.quærenti.de offi.deleg.gl.in c.ſcientes.de cenſi.Roch.in c.ſi quis contra clericum.char.vii.de foro compet. Et ſolet reprehendi qui indiſtinctè loquit. gl.fi.in fin.ff.ad l.Rhodiā in l. Pomponius ſcribit.glo.ii.ff. de nego.geſt.Socyn.in l.demōſtratio falſa.col.ii.ff.de condit.& demonſt. *Diſputat ad partes Diſtinguit.* † quia nō poteſt haberi notitia totius,niſi 30
diſtinctis eius partibus,& cognitis.i .Politic.refert Buſius in Defenſorio montis.char.x. col. ii. quia ex duobus contrarijs fit optimum temperamentum.Bald.in c.fi.col.ij.de elec.& Dantes in Paradiſo,cantu xiii.poſt medium damnat reſpōdentes ſine diſtinctione intelligi.ſecūdum Barb. in cap.poſtulaſti.colum.iii.de foro compet.uerſic. tu diligenter.ubi, ſcilicet eſt diſtinctio neceſſaria, aliàs ubi lex non diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus. l. de pretio. ff.de publ.Iaſ.in l.quamuis.i. not. de in ius uocan. Claud. in l. ſi quis id quod.ff. de iuriſdict. om. iudic. col. i. & vii. Ant.Baueria in §.ſi plures,col. ii. inſtitut. de hære. inſtit.

Et ſi text.ſimpliciter loquatur comprehendit omnes caſus etiam priuilegiatos.Decius conſi.cxxxj.col.iij.in c. ſedes.de reſcript.col.v.Et etiam quòd ſit maior ratio in uno,quàm in alio.l.in fraudem.in fin.ff.de teſt. mil. Decius conſil.v.col. ij. Purpuratus in l. edita. nume. clxxxiiij. uel minor ratio in uno,quàm in alio.Socyn.in l.ij.§.ij.col.j.ff. de uerb.obl.licet uideatur uelle contrarium in l. ſi is in §. item ſi inter.ff.de reb.dub.col.j. & debent ſimpliciter intelligi,non ſecundum quid.Pepus in repet.auth.præterea C.unde uir.& uxor.col.v.nec recipiunt modificationem ſi ſunt præciſa.Decius conſil.xviij.col.iij.& trahuntur ad caſum fictu.Roſellus in tract.de limitatione.char.viij. col.j. Et prohibendo genus pariter omnes eius ſpecies. l. interpoſitas.ubi Lancel.ult.not.C.de tranſact.Et ſi principium l.ſit generale,non reſtringitur ex qualitatibus ſubſequentibus. Decius in c cum nō ab homine.ij.not.de iudic.fuiſſet enim facile legiſlatori diſtinguere ſi uoluiſſet. Claudius in l.ſi quis id quod Iaſ.in l.ſicut.co.iiij.C.de teſt mil. ideo niſi quis aliqua l.ſpecialiter diſtinctum probauerit,
31 diſt.nihil ualet.Scrutinium char.lxxj. † quia nec conditiones intelliguntur in lege,niſi exprimantur.l. ita ſtipulatus §.Chryſogonus.ff.de uerb.obl.Salomon.in l.Gallos. §. quidam recte.char.v.ff.de libe.& poſth. & debet generaliter intelligi etiam quòd ueniat ad correctionem iuris antiqui.Nata.in c.quamuis.de pact.lib.vj.colu.lxxvij. & comprehendit exceptiones etiam poſitas in alijs conſtitutionibus.licet ibi non dicatur. gloſ.& Salyc.in l.ita nobis pudor. C.de adul.gloſ.in regula Cancel.xij. ſi tamen materia ſit odioſa.non comprehendit niſi ea quæ communiter accidere ſolent.Barba.in tracta.de Card.q.viij.colum. iij. Alias fallentias collige ex Iaſ.in l. non dubium. C. de legib.col.vij.uerſ.articulus.& uſque ad lvj.enumerat Socy. regula ccxxix. limita tu in dictis ſanctorum, ut Hadria.
32 Papa noſter in quodlib.ij.chart.xix.colum.iij.† doctori enim diſtinguenti uidetur ſtandum,tanquam magis appropinquanti ueritati.Seneca,quem refert Salic.in l.filiæ cuius pater uerſ.expeditis.gl.C.famil.erciſ.glo.& Salic. in l. apud antiquos C.de fur.quia per diuiſiones & interpreta

tiones

quæ paulò ſuprà dixi referendo Fortunium in tot locis,
quòd lex ciuilis cum diuina concordia, & ꝙ rarò ius canō
nicū diſcordat à theologia, facit Ponzinibus in d. tracta.
de Lamiis & excellentia iuris. char.ij. & iij. maximè col.
iiij.uerſ.præterea.Fortun.de fine iuris.col.iiij.Ioan.Mon-
telonius

tolonius in promptuario Iuris char. cxxxvij. in prin. col. ij. frater Iſidorus in tract. de imperio militantis eccleſiæ lib. j. tit. viij. quæſtione. j. co. iij. uer. regit quoq;. frater Sylueſter contra Lutherũ char. xvj. & ccxxj. ubi clarè probat leges eſſe de iure diuino, & char. ccxxxij. prout & ſumma Piſanella. latè & ſubtiliter Vldar. Zaſius poſt ſuam repet. l. ij ff. de orig. iur. in orationibus: præſertim in habita in doctoratu Franciſci Pauli, que incipit, non poſſum. & in iiij. inci. pro ea. & in viij. ſequentib. & quòd ſit ſcientia diuina, tenet Aret. in c. qualiter & quando. el ij. de accuſ. ij. not. quia per ora principum diuinitus promulgata. Barb. in c. j. col. ix. de iuram. calum. ubi latè. & in Ioannina. col. xlv. Bal. in cõſ. ſchiſmatis. col. j. dicens quòd de cœlo proceſſerunt, & ſine his loqui non licet. Fely. in c. in omni. col. iij. de teſtib. in c. eccleſi a. col. xiiij. de conſtit. Boſchinus in repet. rub. de conſtit. col. iiij. Fortun. de fine iuris. col. lxiij. & etiam quod latæ eſſent per Romanos qui erant pagani nam quandiu iuſtitiam coluerunt, habuerunt monarchiam. glo. in. proœ. Pragmaticæ, in uerb. excoluerunt. eſt char. ix. propter quam & propter pietatem & cæteras eorum uirtutes Deus eis permiſit tantum imperium ne eorum benemerita ſine præmio relinquerentur ſecundum Auguſt. quẽ refert Lancel. in l. nemo poteſt. colum. viij. de leg. j. Hadr. vj. Papa noſter. in Quodlib. quæſt. x. colum. vij. & quòd leges ſint à Deo, non ſolum Chriſtiani fatentur, ſed & Iudæi. Gentiles, & Turcæ quos refert Ioan. Bap. Caſtelloneus in præfactione ad Dictionarium Alberici, dum aſſignat rationem cur potius ledibus. quàm medicinæ incubuerit, referendo Moyſen & alios. prout & frater Iac. de Marchepalu. in tract. de animabus incolentibus Purgatorium char. penul. Stephan. Niger in commento ad carmina Pythagoræ char. j. eos etiã refert Vldar. Zaſius n repet. l. ij. ff. de orig. iur. facit, ſeu col. iij. & lxviij. & in oratione de qua ſuprà Ioan. Montolonius in promptuario Iuris. in uerb. tex. col. j Archiep. Florentinus in j. parte ſummæ, in tit. de iure ciuili. §. iij. Mancinellus in ſermonibus, lib. ij. tit. iij. Guilielmus Mara oratione iiij. incip. quanquam, & oratione ij. in quibus locis etiam plura ſub

dunt

dunt de laudibus iuſtitiæ, præſertim Ioan. Bap. Caſtellioneus idé ponens in præfatione ante ſingularia Lud. Rom. Iaſ. in præfatione ad primam, ff. ueteris. Paul de Caſtr. in l. j. in prin. ff. de iuſt. & iur. Hipp. in præfatione ad tit. ff. de ſicar. Roſarium Buſti late lib. ij. ſerm. viij. char. j. & ij. & ſerm. xxiiij. litera f. Macrobius char. j. magiſter Nic. de Clamengi js latè in tract. de lapſu & reparatione iuſtitiæ. Somnium Viridarij lib. j. c. cxxxix. Eſt enim initium ſapientiæ facere iuſtitiam. Sapien. xv. frater Michaël Dominicus in tract. de Guelfis & Gebellinis. char. xviij. uerſ. quo ad tertiam. Et primo quærite regnum Dei & iuſtitiã eius. Lucæ xij. Et beati qui ſitiunt & eſuriunt iuſtitiam. Et beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum Matthæi. v. Et certa pro iuſtitia uſq; ad mortẽ. Eccleſiaſt. iiij. circa fi. Papa Pius contra Malateſtam epiſt. vj. car. xiiij. Hadr. Papa noſter in Quodlibe. q. xj. col. xix. & q. xij. col. pen. Et uide Lactan. lib. v. diuinarum inſtit. c. cxvij. & ſeq. ubi eam defendit à Carneade logico, qui dicebat iuſtitiam eſſe ſtultitiam. Et quia eam adeo Origenes uolebat auferre, fuit damnatus de hæreſi. xxiij. q. ij. c. fi. cum gloſ. fina. Quia iuſtitia eſt præclariſſima omnium uirtutum. v. Ethic. pulchre Bal. in proœ. rex pacificus ante. fi. in c. uenerabilem. col. iij. de elec. in c. bonæ memoriæ. per illũ tex. eod. tit. col. ij. Guil. Rouille in proœ. lib. j. & ij. ſui tract. de reſcriptione iuſtitiæ. frater Michael Dominicus in tract. de Guelfis & Gebellinis. char. xv. c. quo ad ſeptimũ. unde ortum eſt prouerbium, Iuſtitia in ſe uirtutes continet omnes. Polydorus prouer. ccxxxvj. Eraſ. in Moria. char. xv. col. ij. Platina de optimo ciue lib. ij. char. iij. hinc infert Guil. Rouille ubi ſupra lib. j. c. xiij. quòd pro ſubditis melior eſt iuſtitia regnantis, quàm fertilitas temporis. & dicit Alber. in l. iuſtitia. ff. de iuſti. & iur. quod. iuſtitia eſt anima ciuitatis. Et ſine ea res publica conſtare non poteſt, ſecundum Aegidium de regim. princip. lib. j. par. ij. c. ij. allegantem Philoſophum ubi ſupra, nam uulgò dicitur, ubi non ſit iuſtitia, habitandum non eſt. Calcan. conſi. lj. col. j. eã tolle de medio. & quis audebit dicere, hic campus, uel

hæc

hæc domus eſt mea.c.quo iure.vij.diſt.Cicero in ij.de Legibus.Stephan.Niger.ubi ſuprà ſine iuſtitia regna ſunt latrocinia.gloſ.in Pragmatica,de cauſis, in uerſ.iuſtitia, eſt char.cix.frater Thomas Illyricus de poteſtate Pontificis, char.cxvij.& de neceſſitate legum.Flor.in rub.ff. finiũ reg. Carolus Burbonius in proceſſu fidei maximè part. ij. dixi aliquid in fine mei inuentarij librorum iuris.† Non ſic de 75
medicina,quia ſine ea Roma tanto tempore floruit.ſecundum Plin.quem ſtatim referam, & audio ꝙ domini Heluetij in eorum patria paucos uel nullos habent medicos. Et quæ non eſt ſcientia,ſed ars,ſecundum Natalē de Mōteſauro Veronenſem,in tract.de morbo Gallico. in fin.in quæſtione de ſubiecto medicinæ.latè, & ſubtiliter magiſter Marcus Anto.de Vero, ſucceſſor, in lectura Magiſtri Sebaſt.de Laquila Papiæ,in oratione quam habuit in initio lectionum.incip.Euclides.& patet,quia procedit magis per experimenta,quàm per rationes,ut in rheubarbaro quod rationabiliter debet generare, ſeu nutrire cholerā,& tamen eam purgat & expellit, ut docet experientia.idem in alijs infinitis medicinis,maximè in eis quę operantur à proprietate occulta. Ac ſtatim vt vtar verbis Dodi in apol. contra defen.ſtriga. char.xxxvj. ueniēt cum ſarrabula diſtinctionis dicentes, quòd qui neſcit diſtinguere,neſcit diſputare.vij.Metaph.circa pu.cont.Cicer.in j.Offic. charta.viij.ubi alleg.Cicer.de Orat. & ſic diſtinguent quòd duplex eſt iuſtitia, prout & ille impugnās feſtum Concept.Beatæ Virgi.uolebat aufugere arg. diſtinguendo, quòd duplex erat beata uirgo. Quia replicari poteſt,quòd ſi Chriſtus & alij ſcribentes uoluiſſent diſtinguere, hoc facere ſciuiſſent, & declaraſſent de quā iuſtitia intelligerent.Bal.in c.j.de ſuc.feud.col.ij.ſuprà latè dixi in quæſtione, an debeamus ſtare Doct. in lectura uel conſi.Item dicunt ꝙ duplex eſt medicina Polit.in Panepiſtemon.col.ij.uer.naturalis.Idem dici poteſt de omni ſciētia.Albe.in proœ.C.incip.quoniā.col.iij. Et quòd prædicta procedunt in medicina conſiſtente in practica: ſecus de medicina conſiſtente in theorica: quia reſpondetur quòd imò procedunt in medicis, quos ut plurimum habemus.

bemus.l.nam ad ea. ff. de legib. ſcilicet quæ poſt enclatos labores & longa ſtudia in philoſophia & artibus & medicina ſe ad praxim conuertunt, curantes infirmos, quos nõ dupliciter, ſed ſimpliciter medicos nuncupamus, quamuis utrunque caleant, ſolos præterea practicos non uocamus medicos, ſed parabolanos uel herbolarios, ſeu empiricos, licet etiam theorici adducant plerunque experimenta. & longè reipublicæ eſt utilior practicus etiam empiricus, quàm meros theoricus nolens practicare, nam ut dicit Zer.de caut.medic.cap.j.col.iiij. & v. medicus non poteſt eſſe perfectus, niſi exercitatus. & ad prfectionem medicinæ requiritur duplex actus, unus acquiſitus per doctrinam, alius per frequentiam actionum in ægris. latè, Rip.in tract.de Peſte, char.lxxiiij.& ſeq. ubi ponit plures quæſtiones circa medicos, & quomodo puniendi quando infirmus moritur eorum culpa, & quis honor medico adhibebitur, ſeu quæ utilitas ſi practicare noluerit. Clau. in proœ.Monarc.Fran.in locis, & quæ dixi ſuprà in v.ratione de exemplis mod.fauit quia artis dignitate uel beneficio non gaudet qui illius exercitium negligit.Bar.lib.j.conſi. liij. præclarè. col.iij.Gel.li.xiij.cap.viij. eximiæ. res enim denominatur à fine.ij.Phyſic.in cap.mandatum.col.vij.de reb.imò etſi aliquando pro amico uoluerit ſe ingerere, certè à ſolo theorico ægrotus poteſt curam expectare in die iudicij, & empiricus citius ſanabit.& dicit Cic.in Off. quem refert Iod.in præfatione ad ſuum tract. de nobili. ante fin.quòd medici quãuis artis præcepta perceperint, quicquam laude dignum ſine uſu & exercitatione conſequi non poſſunt.Et quia de practicos ſit magis curandum, plura ab eo exiguntur, quam ab alio. Archiep. Flor. in iij. parte ſum.lib.vij.c.ij.de elig.medic.§.v.ubi.§.ſeq.poſt Philoſophum laudat quòd ægrotus habet plures medicos, licet Petrar.epiſt.xcvj. ſcribas.dicat unum de multis medicis eligendum, non eloquentia, ſed ſcientia & fide conſpicuum. pro quo Humbert.in Sacrileg.char.fi.in uer.polluatur.circa medium.Quinimo fortè melius eſſet medicos ire per ſimplicia & tract.Galeni, de facilè acquiſibilibus.& non ita frequenter deciperétur ab aromatarijs mi-

niſtrantibus drogas & medicamina uetera, & ſophiſticā uel miſculata. Ang.in l.annonam. ff.de ord. cogn.Ripa in tract.de Peſte.char.xl.num.132.& char.lxxvj.num.89. vnde pudor medico & damnum contingit infirmo, præſertim ſi adſint ſimplicia ualentia à proprietate quæ non nocent ut aliæ medicinæ,quibus utūtur pro ſtomacho,quia calidæ,& nocēt hepat:,& hæ medicinæ generaliores ſunt utiliores,quia plerunq; medici non poſſunt bene cognoſcere nomen ægritudinis, & tempore noſtro Medioli tot medici errarunt adhibendo medicamina ad hydropiſim mulieri quæ erat prægnans, & alibi cuidam principi qui erat ſpleneticus, ut cōpertum eſt ex inſpectione cadaueris,& tamen credebant hydropicum.& Galenus in ſemetipſo errauit de cholica ad iliacā. ideò ſi utantur medicaminibus quæ ualeant ad utrunq;,ſecurius erit. Noui ego tinctorem neſcientem latinè loqui,plures & uarios ægrotos curaſſe, à peritis medicis ſolis ſacerdotibus derelictos,& pluſquàm xxv.annis etiā ſeſe opponentibus medicis medebatur,& ipſi ſoli plures urinæ deferebātur quam tribus ex peritis medicis illius urbis, quanquàm more imperiti omnibus eandem purgationem exhiberet indiſtinctè in omni ægritudine. cap. fin. in xxij.diſt. quam ſemel in anno in magna quantitate componebat, & infinitos ſanabat.Quāto ergo periti medici facilius hæc facere poſſent ſi uellent, ſed euenit ne diſpliceant aromatario, qui eſt oculus medici,& exemplum ponit Hadr. Papa noſt. in Quodlib.q.x.litera n.ij.eſt char.ciiij.colum.iiij. & ne reddant artem facilem mulieribus, quæ poſtea fortè ſcirent mederi. Quinimo ſolent damnare aquam ardentem ſeu aquam uitæ, quæ tamen ut docet experientia eſt ualde utilis, & tantùm ab Arnaldo de Villanoua commendata.

¶ Secundò nō obſt.dum ſe iactant quod ad inſtar Theologorum appellantur magiſtri,prout ſe Chriſtus uocari iubebat,& Theologi uocātur,quia reſpondetur quòd Chriſtus & ſe iubebat uocari dominum, præterea in aliquibus regionibus Legiſtæ uocantur magiſtri. in Italia autem ubi ingenia uigent, inter laicos titū. domini habetur in maiori honore, quàm titu.magiſtri, ut uidemus Romæ

& alibi.

& alibi.uide Felyn.in c.j.de magiſt. in fi.Barb. in c.ex literis.col.iiij.de conſtit.

¶ † Tertiò nõ ob.dum adducunt illud Eccleſiaſt.xxxviij.in princ.ꝙ refert Io.Montolo.in Promptuario Iuris. in uerſ. medicus,uidelicet,honora medicũ propter neceſſitatem. Quia reſpõdetur ꝙ ſaluator cuius potior eſt authoritas, in primis præmittit quærendum regnum Dei & iuſtitiam eius,ut ſuprà probaui. præterea ſi ratio quare debet medicus honorari,eſt neceſſitas; ergo habẽs exercitiũ magis neceſſariũ quàm ſit medicina erit prẽhonorãdus medico, prout eſt molẽdinarius,licet ſit fur:ſecundum Fulg.in l.Iulianus.in prin.col.ij.de act.emp.idẽ de ſartore dicit.gl.inſtit.de rerum diuiſ.in §.ſi tamẽ alienã.in uerſ. ſiue ipſe.itẽ quandoq; etiã fœnerator ſine cuius ſuffragio multi ſæpe perirent.Bal.in c.j.col.j.de iureiur.Barb.li.iiij. cõſi. viij.illud.col.vj.Bald.in l.j.col.ij.C.de ſum.Trin.pro quo Hoſt. ſumma de uſu.§. qualiter. circa fi.dicẽs ꝙ imperator propter mundi neceſſitatẽ non potuit uſuras in totum tollere,eſſent præhonorãdi, quia eorum exercitium ſit magis neceſſarium,quam medicina,quia nõ eſt opus ſanis medico.Lucæ v.Regimen.caſtitatis. col.ij. allegando Galenum iij.Tegni,quia omnia ſana ſanis.Panor. cap.ad ultimum. de homici.col.pe.& malè faciunt ſani uiuendo medicinaliter.Innoc.Io.Andr.& Cardi. in c.tua nos. de homic.refert Ripa in tract.de peſte, chart.lxxx.num.clxiiij. quinimò agricultura eſt magis neceſſaria quã medicina,ut Cicero de Senectute circa med. Rodoricus in Speculo humanæ uitæ.cxxj.Corn.lib.j.conſi.clv.quanquam.col.ij. Ripa in tract.de peſte,char.xliij.& ſeq.ubi enumerat plura priuilegia agricolarũ. facit Gilbertus in j. Oeconomicorũ. c.ij.& in quæſtionibus ibi poſt ſecũdum librũ,char.iiij.& ſeq.Codrus ſerm.viij.incip.Philoſophiæ.ubi etiam de uita paſtorum,item Romæ militia & agricultura potiſſimè exercebantur,opificiũ enim Romanis prohibeatur.Vdal. in l.ij.ff.de origin.iur.col.vij.pro quibus Philoſophus iij. Politicorum.Optima ciuitas non fert utilem artificem ciuem.refert Baptiſta Pius in annot.poſterior. c.xxvj. hinc tantum eſt agricultura priuilegiata,ſecundum Mancinel.

in ſermonib.lib.j.tit.j.& priuilegia eius enumerat Ripà ubi ſuprà & Io.Montolo.in Promptuario Iuris. chart.xvj. in uerſ.agricola; & bona patria ſi quis habeat tot agros qui mereantur ſolicitudinem domini etiam ſi ſit aduocatus,plus lucrabitur in illa ſolicitudine,quàm in aduocando. Item & medicus quàm in medendo: & frauda terram, lacera,uiola; fac quicquid uis,ſemper fertilior & iucundior erit, & rem Deo & reipub. gratiorem efficies. item Ariſtot.in Politic.quem poſt Card.in c.quoniam.col.iiij. xv.diſt.ſuprà retuli,in decima ratione adiutorij, non poſuit neceſſarium medicum. Sed bene in republica dixit neceſſarios iudices & agricolas; præterea authoritas Eccleſiaſtici nõ iubet Legiſtæ,patet,quia ibi poſt medicum, idem dicitur de unguentario,cui tanta ueneratio deberetur prout medico,quod eſt abſurdum.

¶ Quartò non obſt.dum irrident Legiſtas de libris cautelarum,prout etiam Lanc. Politus in tract. de offic. aduoc. char.fin.quia reſpondetur quòd & ipſi tales habent,ut libro de cautelis medicorum per magiſt. Gabriel. Zerbum Veronenſem; qui nihilominus unam omiſit, quàm pudet referre.traditur à Iacobo de Forliuio in ſecunda primi. in ſecunda de urinis.ca.j.ſuper illo text.Auicen. ſcias autem quòd urina quanto plus eam tibi approximas &c.Item & nonne Theologi ſuperius tradunt cautelas, eſt enim cautela euitatio deceptionis cum diligenti attentione, ſecundum eundem Gabrielem in dicto libro. uel eſt propriè conſideratio rerum futurarum; ut Vincentius Cingaudt in conſi.de alienatione iuriſd.char.vij.

¶ Quintò non obſt.dum etiam nos irrident de quibuſdam gl.exponentibus uocabula leuia uel inhoneſta, quia reſpondetur quòd licet uideantur leuia idiomati noſtro Italico, non ſit Teutonico uel Anglico, cui propter diuerſitatem cum ſuo vulgari oportuiſſet recurrere ad aliquod uocabulariũ,& ad aliud de auribus reſpondet Barb. in c.ex tenore.iij.not.de foro compet. de inhoneſtis etiam oportet quandoque loqui, ut expreſſè ſe excuſat Auicenna xx.fen.iij.canonis, dum loquitur de magnitudine uirgæ,& ibi faciunt unum capitulum excuſatorium.& ver

bá

ba Auicennę declarat Præpoſ.in c.fraternitatis.col.xij.de frig.& malefi.

¶ Sexto non obſt.authoritas Ciceronis appellantis Leguleos.credebat enim,ut Politianus in Lamia, col.pen. eſſe ſciētiā funginā,ut una pluuia ſtatim procreetur, quia clarè reſpondet Vdalr.Zaſius poſt repetit.l.ij.ff.de orig. iur. in epiſt.incip.Laur.Valla, ꝙ quandoq; malum dicebat etiam Cic.de amicis ſuis, & de pluribus alijs,ut congerit Longolius in ſua defenſione habita Romæ incip.ꝙ chart. xvij.& ſeq.dicam in v.limitatione ꝙ ſit tenēda communis opin.Et fuit Stoicus Philoſophus & Iuriſta eximius, ſecundum Bol.in l.j.§.ius naturale.el ij.ad fin.ff. de iuſtit. & iur.& Cicer.quantum extollit leges in ſuo tract. de legib. & alibi dicit ipſe,quòd iuris ciuilis cognitio ſemper ſummo in honore fuit refert Practicus Pap.in forma interrogatorium.ante ſi.gl.j.cuius difficultas ibi de uarietate ſtatutorum,ita procedit in medico in diuerſitate complexionum & aeris & modo uiuendi ægrotorum, ſed diſcretus & ſapiens omnibus ſe accommodat.

¶ Septimò nō obſt.ꝙ adducunt Moder.in apoſtil.Barb.in c.cæterū.col.vj.de iura.cal.in c.clerici. de iudic. ꝙ de corruptibilibus nō habetur ſciētia,ſicut ſunt leges quæ quotidie mutantur.c.non debet.de conſang.& affin.ut irridet Codrus ſer.j eſt in opere, char.xxvj. Mirabilis liber Prophetiæ,cha.xxiiij.c.xxx.dixi in quæſtione ꝙ ob adulteriū relicta prima liceat aliā uxorem capere, & dicunt Moderni eſſe concludens argumentum. Sed reſpondetur quòd ſequeretur quòd Theologia eſſet ſcientia attentis prædictis,quod eſt falſum.Secundò cum nihil ſit ſub cœlo ſtabile & incorruptibile.Boetius de Conſolatione lib.j. metro v.ò ſtelliferi &c.& lib.iij.metro.ix.ò qui perpetua, quem refert Panorm.in proœm.ad rubr.de iud.cum omnia corrumpantur.Claud.in Monarchia Franciæ.lib.j.c.iij.Bald. l.ſi uiua matre.C.de bon.mater.& præfati Moder. in poſtillis.Barba.in cap.ſi quando. colum.iiij.de reſcrip.Ergo ſequeretur quòd nec de cœlo, nec de his qui ſunt ſub cœlo poſſet haberi ſcientia. facit, quia ſecundum Philoſoph.ij.de Anima, Nihil eſt in intellectu, quin prius fue-

ri, in ſenſu.Sed ſenſus & quæ ſunt in ſenſu ſunt corruptibilia,ut frater Greg..ſerm.funebri.xxiiij.educ Domine & ſerm.xix. ſicut ergo &c.Tertio reſpondetur quòd Legiſta principaliter conſiderat de ſtabilibus, vt de Deo. Boetius vbi ſuprà,item quia iuſtitia eſt conſtans & perpetua uoluntas &c.l.iuſtia.ff de iuſtit.& iur. Et ſi Moder. ibi, & inſtit.eod.ſuper uerbo,conſtans.uidiſſent Doct.& Cardi. in d.c.non debet.ij.not.& Imo.in iij.Bar.in trac.teſtamétorum.char.v.ca.prudentia eſt,ut Ariſtot.Ponzinib. in d. trac,de Lamiis & excel.iuris.col.x.uerſ.non obſt. quòd ſit uariabilis.ubi accommodant aliam ſolui.& Fortun.quem paulò ſuprà.in tot locis allegaui tenere,ꝙ lex naturalis & diuina eſt eadem & immutabilis,non tantum conſiderét in illo argumento.& ſi medici darét medicinas in illa doſi quā dabant antiqui,neſcio quæ corpora ſufficere poſſent: ergo nec eorum ſcientia eſt ſtabilis,ſi ſcientia eſt,niſi uelles dicere quòd omnis ſcientia mendax, ut nititur Codr. ſerm.vj.Iam quindecim.char.iiij.& ſeq.

¶ Octauò non obſt.quòd medicina ſit ſcientia, ut frater Iſidorus in loco prædicto,tit.x.q.x.col.xj. Et plura pro ea congerit Eraſ.poſt ſuum Encomium Matrimonij. Marſilius Ficinus in epiſt.char.xij.xiij.xxi. & lxxxiij. ubi cha. lxxxiij.plura.Et de laudibus philoſophiæ.& char.xcv.dicit quòd gignit ſapientiam, licet cum diuitijs,& fortuna non coniungatur,ut per eum char.clxxxvj. ſed bene copulatur cū legibus.& dicit Hand.in rubr.de aliquibus quæſtionibus uarijs.col.fin.quòd res defendunt aduocati,corpora medici, animas defendit Eccleſia. Item medici ſunt doctores,& conſequenter in dignitaté approbata.Petr.de Leſnaudiere in tract.de Doctorib.iiij.parte.q.xxxj.& lvj. Bonus in tractatu dé nobilitate iij. parte.nume.clv.& ſeq. Econtra plures dicunt malè de Legiſtas,ut Nicoletus Verme.in quęſt.de pręcedentia.Doctoris & Medici,quàm ponit initio Burleus ſuper phyſica. † Quia reſpondetur ex prædictis quòd eſt ars,ſecundo reſpondetur quòd dato ꝙ eſſet ſcientia,eſt eo modo quo Homerus etiam fabrum lignarium ſcientem dicit. & refert Politianus in Lamia. colum.iij.& melius dico quò & ſi ſit ſcientia, non tamen 78

propterea debet præferri legali, ut ſtatim dicam, & qui dant laudant, bene faciunt: ſed non propterea legalem cõtemnãt, quoniam hoc uilium eſt, ſecundum Hierony. Codrus ſerm. xiij. char. iiij. & facit Nicoletus & alij. obloquetes de Iuriſtis, ob quod adeò detegunt ſe habere malam linguam quòd nemo dictis ſuis credit. Item plures obloquuntur etiam de medicis ut Plinius de naturali hiſtoria lib. xix. cap. j. Siſtonius Apollinaris & Seneca, quos refert Policraticus. & eos omnes Lucas de Penna in rubr. C. de profeſ. & medic. lib. x. Morus in Republ. Vtopiæ. char. xix. & de eis meminit Ripa in tract. de Peſte, char. lxxv. num. lxxiiij. Moder. in tract. de malis ſiue ignaris medicis, & Petrarcha cõtra malos medicos. & Gallicus in, Les abus du Monde. poſt medium, ubi latè. & aliqua contra eos tradit ubi ſuprà Politianus. Rodoricus in Speculo humanæ uitæ. capit. xxxij. Roſarium Buſti lib. ij. ſerm. viij. litera q. col. ij. & xxix. litera m. col. penult. nunquam mihi placuit iſte modus uituperandi unam pro laudando aliam. Codrus ubi ſuprà. & ibi char. ij. plura contra medicos nec iurgandi. Lancel. Politus in tract. de offic. aduoc. in rubr. de prudentia. char. penul. quia iuribus & non iniurijs certandum eſt. l. quiſquis. C. de poſtul. Portius inſtitu. quibus mod. tutel. fi. colum. iij. facit l. j. C. ſi quis imper. maled. ad quam Hadr. Papa noſter. in Quodlibetis. q. vij. col. pen. & q. xj. c. ij. ut clarius col. ij. Bauerius in §. item furioſi. col. ix. inſti. qui teſt. fac. poſ. Iſernia in feudis, in rubr. de ſtatutis contra libertatem Eccleſiæ. in uerſicu. ſatiſfationem. ult. colu. facit Dodus in Apologia contra defenſores ſtrigarum, char. xxxiiij. & Labia ſtulti immiſcent ſe rixis, & os eius iurgia prouocat. Amedeus de Amicitia. char. iiij. latè Gilbertus poſt Philoſophum lib. ij. Oeconomicorum in queſtionib. char. iij. eſt enim malum ſignum quando quis uult ſe maledictis defendere. c. j. §. de ſchiſ. lib. vj. Spec. in tit. de aduocato. §. iam nunc uidēdum. col. ij. uer. uerum ſi aduocatus uideatur: nam facit hoc quando uidet ſe ſuccũbere ut prouocãdo ad irã turbetur, ut neſciãt aduerſarius quid dicere. Et dicit Ariſt. j. Elchorum, ꝙ iſta eſt una cautela ſophiſtæ. refert frater Lud. de Veritate contrit. char. cix.

cix.de ira,ꝙ impediat & obnubilet rõnem.in fi. Sed hanc
cautelam damnat tanquã diabolicã Roſarium Buſti li.ij.
ſerm.xxix.litera a. col.fi.& per totũ illũ §.eſt char.286.fra
ter Tho.Illyricus de Poteſtate Papæ.char.ciiij.ubi chart.
cxviij.inuehit contra medicos.tamen Archiepiſcopus Flo
rentinus in iij.partæ ſummæ.ti.vj.c.ij.§.dicit ꝙ eſſet licita
quando quis eſſet certus de iure ſuo, & alter ſua ſciẽtia &
cauillationibus uellet offuſcare,pro quo Purpuratus in l.
edita.C.de eden.nu.xix.& ſeq.facit illud Apoſtoli quod
refert Auguſt.quem etiã refert Petrarcha epiſt.xlix.altiſ-
ſimum ante fi.dum dicit,nõ in cõtentione & æmulatione
ſed induimini dominum Ieſum Chriſtũ.facit Io.Montai-
gne in tract.de præcedẽtia ſacri regij conſiſtorij.dum de-
teſtatur ambitionẽ,propterea frater Sylueſter cõtra Lu-
therũ.char.clviij.uerſi.deficit.quintò dicit ſe omittere il-
lius detractiones & maledicta,ne uideatur ſimilis ſibi pul
chre Gell.lib.vj.c.xj.cũ inquinatiſſimis allegãdo Q. Me-
tellũ Numidicum hoc idẽ dixiſſe & licet faciliter quilibet
poſſit talẽ cautelã euadere utendo patientia,tñ per prædi
ctas authoritates poterit eã retorquere in caput illa uten
tis,ſ.dicendo & probando ꝙ hoc faciat, quia nequeãt ius
ſuũ tueri.poſſet etiam reſponderi ut refert Plutarchus in 57
uita Marij eum reſpondiſſe in ſimili Pompilio.Si eximius
es doctor,coge me inuitũ ad tecum excandeſcendum.fa-
ciunt pulchra reſponſa Diogenis qui maledicenti ſibi nõ
reſpondebat,quia cõtendere nolebat in his in quibus qui
obtinet uilior reputatur.& quia illi nõ poſſet reſpõdendo
tantã dehoneſtatẽ afferre, quantã ipſe ſic loquẽdo ſibiipſi
inferebat.& ꝙ oportebat ſapientiã ab inſipientibus impu
gnari.Eſſe enim meliorem indicat lingua mala quem car-
pit.Et Socrates dicebat.Si aſinus me calce percutiat, nun
quid eum in iudicio conuenirem? Xenocrates uerò reſpon
dit,Vt tu linguæ tuæ, ita ego aurium mearum dominus
ſum. Quis enim non poteſt cogi præciſè ad iraſcendum,
prout nec ad tranſglutiendum cibum.Ioan. Selua in trac.
de iure.colu.viij. uerſicu. v.ita hinc uulgus dicit, ꝙ com-
mune Venetorum compellere nequiuit unum aſinum ad
bibẽdum.cui enim dubium quòd boni medici ſunt ualdè
 laudan-

laudandi. Bal. in c. cum omnes col. fi. de conſtit. & neceſſarij ad abbreuiandum ægritudines & iuuandum naturam: licet non ſit in medico ſemel liberet ur ut æger. gl. in l. illicitas. §. ſi medico. ff. de off. pſi. in c. ad aures. de æta. & qual. Spe. in tit. de aduocato. §. nunc tractemus. uerſic. quia dubius. licet ipſi multa promittāt infirmo & bene. quicquid dicat Ripa in trac. de Peſte char. lxxix. col. j. ut intertineāt eū ſpe; & non leue ſalutis indicium, eſt ſpes languentis. Amedeus in dialogo de Amicitia. char. iiij. iuxta illud. Victiq; reſurgūt, Quosq; putes nunquā poſſe iacere. cadunt. Præpoſ. in c. tanta. col. 4. qui ſint legit. qua duce morituros uiuere uidi dicit Aeſopus. hinc, promittūt medici, tractant fabrilia fabri, ut Hier. quē refert Zerbus de cautelis medicorū. char. viij. co. ij. Barb. in c. clerici. col. ij. de iud. in c. prudentiā. in fi. princ. de off. deleg. in c. Raynutius. col. pe. quia ſanat lāguores Deus, ut exorditur Meſue in lib. Medicinarum particularium. in lib. meo eſt chart. lxxxvj.

¶ Nono non ob. quòd ipſi ſunt Philoſophi cuius ratione præcedere debent, cum ſit ſcientia uera: quæ inueſtigat res per cauſas. Sed reſpondetur quòd Philoſophi ab urbe expulſi ſunt, ut Politianus in lamia: per ſenatuſconſultū. Codr. ſerm. j. chart. xxj. & ſeq. & ſerm. v. char. iij.

79 † Secundò reſpondetur quòd etiam Iuriſtæ ſunt Philoſophi. l. j. ff. de iuſt. & iur. Et præſuppoſito quòd ſit ſcientia, tamen ſcientia Legalis eſt dignior: quia non ſolum ſcientia, ſed & ſapientia, quia de Deo, ut Luc. de. Penna. in l. j. C. de ſtud. liberal. lib. xj. col. v. & vi. Bart. in tract. teſtimoniorum. char. v. c. prudētia eſt, ut ait Ariſt. ubi declarat quid ſit ſapiētia, ſciētia, & quid prudentia. dixi ſuprà. præterea etiam ſi remaneat in puris terminis ſcientia adhuc eſt dignior. Nam unaquæque ſcientia eſt dignior altera, uel ob nobilitatē ſubiecti, uel certitudinem demonſtrationis. Philoſophus in proœ. de Anima, quem referunt Nicoletus & Natalis de Monteſauro in locis ante dictis. Bo. in tract. de nobilitate. part. ij. nu. xxvj. Bol. in §. ne autem. in proœ. ff. orum. Quātum ad ſubiectum de ſubiecto medici ſecundum Natalē ubi ſuprà. & Roſarium lib. i j. ſerm. xxix. litera n. ad fi. ubi in antecedentibus declarat in omni ſcientia quod ſit

eius ſubiectum, & quomodo cognoſcatur. Natalis ubi ſuprà. & Achilinus in tract. de Phyſinomia, dum agit de eius ſubiecto. & quotuplex, clarè Alber. in procem. ff. ueter. chart. j. ſicut finis medicinæ eſt corporis ſanitas, ita finis legis humanæ eſt mentes hominum facere & conſeruare ſanas. Barb. in c. cùm tanto col. x. de conſue. Ioannina. col. lxx. Fortun. de ultimo fine iuris. col. ij. & per totam char. & ibi col. xix. allegat. j. Polit. ꝙ qui Ius Ciuile inſtituere debet, de anima quoque ſciat oportet & in l. j. §. huius ſtudij. ad fi. ff. de iuſti. & iur. allegat. j. & hic ꝙ proximus finis legum eſt animi ſanitas, & ibi in §. ius naturale col. viij. allegat hoc tenere Plato. ſed bona animæ ſunt maximè bona. j. Ethic. vij. Polit. frater Gregor. Britan. ſerm. funebri. xxv. ſpiritus, Anchar. uerò in reg. poſſeſſor. col. ij. dicit, ꝙ ciuilis conſideratio ſolum tendit dirigere actus noſtros in pace & ciuili amicitia, quæ ſecundum Philoſophũ viij. Ethic. uideatur ciuitates continere & ſic ad charitatẽ quæ potiſſima, eſt dirigere animas in cœlum, ad quæ ſine ea nemo tranſit. ut ſuprà. dixi contra partialitates. facit Ropelus in Monarchia. charta. viij. col. iij. & char. xiij. col. ij. Et ſic patet ſubiectum iuriſtarum eſſe dignius ſubiecto philoſophi, quod indubitanter procedit reſpectu iuris canonici, quod communiter profitentur omnes Legiſtæ, nã ſine eo parum ualeret, ut Rom. quem infra referã, & Ius Canonicum omnes antecellit, ſecundũ Fortun. ubi ſuprà, col. v. Hoſti. in ſumma. col. vj. & x. Iſernia in proœ. feudorum. q. j. col. iiij. & ſeq. & q. vj. col. fi. Roſariũ Buſt. d. litera. in col. iij. dicens. ꝙ ſcientia canonica eſt ſcientia ſcientiarum, & excepta Theologia eſt alijs ſcientijs præponenda, quia eſt à Deo, ipſam ſpecialiter inſpirante: non ſic in philoſophias, quæ licet ſit à Deo eo modo quo diximus à Deo omnia eſſe, hoc tamẽ eſt mediãte natura, ita frater Alex. de poteſtate Eccleſiæ. tract. j. & tract. ij. c. iij. & c. iiij. & dato ꝙ eſſet à Deo, nõ tamẽ per ora principum, prout lex. & ſic per tam dignos miniſtros, & idẽ frater Alex. in d. ca. iiij. ante med. plura adducit pro ſpiritualitate cõtra temporalitatẽ. & c. viij. col. antep. faciunt quæ ſupra dixi in §. ampliatione, & in v. limitatione ad illud. ꝙ ſit tenẽda com

munis opin.allegando Fortunium in tot locis tenere ꝙ omnis lex debet eſſe ſimilis legi diuinæ.ergo cum ſit fundata & demonſtrata per authoritates Spirituſſancti, cui dubium quòd eſt certior demonſtrato, & ſic dignior per ſecundã rationem Philoſophi, de qua ſuprà, quàm philoſophia quæ uadit per rationes & argumenta hominis, quorum quot capita tot ſententiæ, ut inquit Comicus c. quia diuerſitatẽ. de elect. gl. in c. ſuper literis. de reſcr. mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor uſus. uelle ſuum cuique eſt nec uoto uiuitur uno. gl. in l. Barb. in uerb. feciſſet. ff. de off. præt. uide plura exempla in annotationibus uarijs, char. ccj. per Iaco. Bono. in prælectione ad Boetium, incip. conſtitueram. nã unus non uult quicquã decernere, ſed ſolum inquirere, ut Phauorinus, quẽ refert Gell. lib. xx. c. j. alius. & lib. xj. c. v. quos. ꝙ eſt ſemper ſperare diſcere, & nunquã ad ſcientiã ueritatis peruenire, ut infrà dicam & tamen eſt longè facilius dubitationes mouere, q̃ ſoluere. Aret. conſi. xiiij. uiſo. col. viij. in fin. primi dubij. cum ſim. ut dixi in determinatione quæſtio. An ſit utile nubere. alius non uult credere, niſi quod expertus eſt Auerrois. viij. Phyſic. colum. iiij. alius niſi quod uidet uel ſentit, & tamen ſenſus qui certiores ſunt, ut uiſus, & auditus. Bal. in proœ. Greg. colu. iiij. ſunt quandoque fallaces, ut Dodus in Apologia contra defenſores ſtrigarum, cha. iiij. & xxvj. concluſione vij. quomodo ergo ita certitudinaliter demõſtratur, cum ſint à ratione uaturali, & ſic à principio creato: ſicut probationes ſacræ ſcripturę, Canonum & Legum quæ ſunt immediatè à principio increato, id eſt Spirituſancto. Cyprianus Venetus in tract. de Authoritate Rom. Eccleſiæ. char. iij. & iiij. facit frater Luc. Viualdus in opere Regali, chart. 101. ij. not. ubi dicit etiam quòd ſcientia diuinarum ſcripturarum præponitur Metaphyſicæ. hinc dicimus quòd argumentum ab authoritate diuina uel humana in uirtute Dei eſt fortiſſimum: ſi ſolum ab humana, debiliſſimum. Syluester contra Lutherũ. char. clvj. eſt lib. ij. c. x. ubi char. ccxiiij. dicit, ꝙ non tenemur reddere rationem de fide, & char. lxxxix. & ccv. & ccxxxij. cclxviij. contra Lutherum. pag. dxxxviij. adducit illud not. dictũ Aug.

contra epiſtolã fundamenti.Euangelio non crederem,niſi me authoritas Eccleſiæ chatolicæ commoueret. & cõtra ſpernentes authoritates antiquorum.Gell.lib.v. c.xxj.plurima.plus dicit Papa Pius epiſt.vij.in opere.eſt chart.lxvi. ꝙ uana eſt argumentatio ſine diuinæ legis ueritate & teſtimonio.Et diſcurre libros Theologorum,& libros Legales,nihil inuenies niſi unum & idem eſſe. ut late probat Vdalr.Zaſius in oratione incip.Fabius ille Quintilianus. & Pōzinibus de Lamiis col. iij.uerſi. iiij. quia ſubiectum legalis ſcientiæ. † quid enim aliud laborant Legiſtæ niſi 80
ut obſeruentur pręcepta Chriſti? Mar.x.ante medium.Et prædicta ſunt de mẽte Alex.de Hales.j. parte ſummæ. q. viij. & Scoti in ꝓlogo.Roſar.Buſti lib.ſerm.xxix. litera n. col.v.Bon.in d.tract.de notabilitate.nu.xxvj.& ſeq. Præterea ratio naturalis uni philoſopho unum ſuadebit,alteri aliud,ſecundum inclinationes & paſſiones amicorum, quo effectum eſt ut ſe in uarias ſectas diſgregauerint, in Stoicas,Academicas,Peripateticas, & alias penė infinitas.& cclxxx.& ſectas enumerat Codrus ſerm. j. char. 24. poſt Auguſtinum.de Diuit.Dei.lib.xix.ultra tot nunc ſectas hæreticorum quas Codrus ibi enumerat. chart. xxv. facit Euſebius de Euangelica præparatione,lib.xiiij.ca.i. &ſic nunquã ſit finis diſputandi cum ſuis diſtinctionibus. Sylueſter contra Lutherum,char.ccvij.col.ij.imò ſæpe cõſulere dediſcunt dum diſputare diſcunt.Marſil. Ficinus in epiſt.char. 100.ubi char.xxv.plura ponit de lege & de iuſtitia,& charta xxvj.quæ ſint legitimæ Iuriſconſulti partes, & char.xiij.ꝙ præſtantior eſt legiſta quàm ſophiſta.& Gregorius Nazianzenus in tract.de modernandis diſputationib.maximè.col.ſeu facie xxiij.propterea contra Philoſophus plura Lutherus præſertim contra Ariſtotelem, char.ccxvij.Fortun.de fine iuris col.viij.in fine gl.expreſſa per illũ tex.in l.mulier bona.ff.de iur.dot.licet pro eo Auerrois quem refert Barb.in ca.cum olim.col.xij.de lite conteſt.in rub.C.qui admitt.col.vj.ubi etiam laudat Iuriſconſultos.& col.viij.Codrus late ſerm.v char.iij.& ſer. vj.char.ij.& char.vij.& contra Auerroim in apoſtillis Barba.in ca.ſuper literis.col.iij.de reſcrip.Moder. in quodam

lib.incip.quemadmodum.ubi plures authorirates Sanĉto rum contra Philoſophos .aggregauit.facit Marſil.Ficinus in epiſtolis char. xiij . Seneca epiſt. lxxxix. incip. de libera libus,& tribus ſequen.Gell.lib.xvij.c.viij.domitio. Spec. in tit.de aduoc. §.nunc de exordijs. col.vij.uerſi. uel ſic ſi naturales Luc.de Penna in l.j.col.iiij.& v.C.de ſtud.liber. liber.xj.Beroaldus Bononienſis in ſua declamatione, An orator ſit philoſopho & medico anteponendus:de qua ha betur in declamationibus Quintiliani, char.xv. c. cclxviij.de ea etiam meminit Codrus ſerm. ij. charta iij. & eſt proprium etiam medicorum circa ægritudines uariare. ut Viualdus in Opere regali.char.cj.ſecundo notando. Et quandoque hoc faciunt ſtudioſè,ut ſubtiliores uideantur apud uulgares:Zerbus de cautelis medicorum.in c. de cau tela,& interrogando.col.ij.eſt.char.viij. unde nec mirum ſi ob uarietatem opi.& diſputationes ac argumenta euenit lectori illud in v.faſtorum.ut ſtat, & incertus quà ſit ſibi neſcit eundem,Cum uidet ex omni parte uiator iter: Sic quoque poſſe datur diuerſas noſcere cauſas.Quo feras ignoro copiaque ipſa nocet.Et illud,hinc atque hinc uaſtæ rupes geminiq; minantur In cœlum ſcopuli. Et ſi unus adducat concludentia fundamenta, tunc non minus utentes mittit formica ſagittas.Lucas de Penna. in l.omnes.col.iiij.C.de decur.libr.x. & hoc eſt quod de Ariſtot. conqueritur Ioan.Annius in commento Beroſi charta ij. aliquando unus unum,alter aliam ſectam tuetur,ut Luca nus,quem refert Barbat. in cap. paſtoralis. colum. xlviij. de iud.Nanque alij magnum,alij Cæſaris arma ſequuntur,& aliquando aliud Lucani, magno ſe iudice quiſque tuetur.Barbat. in Ioannina col. lxxiij. in cap.licet. nu.v. de foro comp.in c.ſignificaſti.col.pen.eod.tit.ubi quis iuſtius induat arma ſcire nephas .& in c. ſi clericus laicum. col.xiij addit,uictrix cauſa dijs placuit, ſed uicta Catoni. raroque firmant anchoras,ut per eum in c. quòd clericis col. xvj. eod. tit. de foro comp. ut in tanta ambiguitate nemo ſciat quid tenere. At dicent quòd Barbat. hæc adducit contra opiniones legiſtarum non contra uarietatem Philoſophorum.Sed replicatur: quòd Doctores habent

bent

bent ſua principia, id eſt text.legem ſcaturientes ab æqui tate & ueritate, ad quæ ſemper recurrunt & fiunt concor des. prout Apoſtoli Actuum.xv. Sed philoſophi obſtinatiſſimã ſuam ſectam uel iure uel iniuria tueri uolunt, nec aliam ſectã admittere, ut patet ex latè dictis per Lactantium in iij. diuinarum Inſtitutio. ubi per plurima capitula philoſophiam deteſtatur. & Apoſtolus ad Coloſſenſes ſecundo. & etiam artes mathematicæ nil conferunt ad pietatem, ſecundum Euſebium de euangelica preparatione. libro decimoquarto. capitulo quarto. pulchrè Seneca epiſtola lxxxix. de liberalibus, & duabus epiſtolis ſequentibus. Et uolunt omnia ſibi probari, prout Ariſtoteles irridẽs Biliam, quòd ille ruſticus multa dixit, ſed nihil probauit Barbat. in capitulo propoſuiſti. columna decimatertia. de probat. Et tamen ipſe non poteſt omnia probare, ut patet ex glomeratis in Roſario Buſti libro ſecundo. ſermo. ix. literas s. dum agit de curioſitate. facit Baptiſta Pius in annotationibus poſterioribus Tullij. ad Hortenſium. col. ij. uerſic. nec quæ ea clancula ubi irridet Ariſtotilem, dum dicit Separatur hoc ab hoc. dicens, quod fugit Laurentius Valla. plura contra eundem in ſua dialectica. Maxil. libro primo, Vellem quod reſponderent mihi ad quæſita Iob. capitul. xxxvij. Propterea Marcus Antonius de Verona in dict. oratione, chart. penult. allegando Platonem in Gorgia, ſuadebat ſcholaribus ut relicta Philoſophia tanquam puerilli, accederent ad medicinam, tanquam reipublicæ magis proficuam. Fuit conſilium Gellij libr. x. c. xxij. incip. Plato. Et ſic Philoſophia non habet ita certam demonſtrationem ſicut habent Iuriſtæ, Imò philoſophia habet principia quamplura notoriè falſa: ut, quod cœlum ſit æternum, quod eſt contra illud, in principio creauit Deus cœlum & terram Geneſ. j. Item, Cœlum & terra trãſibunt. Matth. xxiiij. Ex quo ſolo erroneo principio uideat Philoſophus quot eius propoſitiones corruant. Et tamen alia plura etiam falſa. Roſarium Buſti ij. par. ſerm. xxix. litera m. colum. iij. frater Iſidorus ubi ſupra lib. j. tit. ix. quæſtione vj. Fortunius de fine iuris. col. viij. uerſ. Non ob. quod vulgares phyſici. Quomodo ergo

poteſt

poteſt ex falſo principio deriuari uera concluſio? c. principatus.in fin. & c.ſeq.j.q.j.Philoſophus. j. Poſteriorum. Buſtus in Defenſorio montis.char.x. col.ij. Ant. de Prato in proœ.tractatus de ſecun.nup.col.ii. & Syluester contra Lutherum, cha.ccxxij.ꝙ maior eſſet certitudo principiorum quàm concluſionum:quia propter principia nota,no
81 ſcimus concluſiones.& Cicer.in ii.de Diuinatione dicit, † quòd ex falſis uerum effici non poteſt.& Bal. in præfatione Decretalium ad fi.dicit,ꝙ in ſcientijs error fundamenti totam maſſam corrumpit.& Hadr.vj. Papa noſter in Quodlib.q.x.char.pen.litera a.allegãdo Philoſophum xij.Etſi.dicit,ꝙ uitium principij eſt corruptiuum, ex quo omnis proceſſio eſt ex principio. ſecũdum Philoſophum, quem refert Angel.conſil.cx. ſanctiſſima. col. pen. & ubi deſunt principia,deeſt principatum.quia principium eſt potiſſima pars operis.Barb.in c.cùm in iure. col. xiiij. de offic. dele:. ubi apoſtilla, & in c.j.col.iiij. de lit. conteſt. hinc dicimus,quòd tunc perfectè ſcimus aliquam rem, quando perfectè cognoſcimus cauſam & principium.Philoſophus in pluribus locis quem refert frater Greg. Britannicus.in ferm.funebri. lij.cupio. Codrus ſerm vij. col. ij.Iaſ. in l. & ſi pepercerit.§.pure.col.j.in l.in ſuis. col. v. ff.de liber.& poſth.&hoc ſæpius repetit Barb.in uarijs locis, & in locis prædictis. & in c. ſedes.col. v. de reſcript. dicit poſt Philoſophum,quòd circa principia oportet adhibere magnnam ſolicitudinem.Ad hæc igitur aduertens Dominus magiſter Sebaſtianus de Aquila legens tempore meo Papiæ Theoricam medicinæ,uidensque infinita principia philoſophorum,& mataphyſicorum falſa eſſe, & repugnantia fidei noſtræ, adeò tamen perſuaſiua ꝙ iuuenes de facili trahunt in errorem & hæreſim,ut in bulla concilij Lateranen.tempore Leonis x.in materia fidei eſt ix.in ordine meo cùm portauerit diſcentem credere. Cacialupus de modo ſtudendi, col.xv. in princ. Lancelotus in præfatione ad ij.ff.ueter.Purpuratus in præfatione ad primum C.frater Thomas Illyricus in tract. de poteſtate Papæ.char.cxviij.ideo ſuadebat ſcholaribus ſuis ut audirent modicum in theologia, quæ tales errores ab eorum

rum meatibus exiſtirparet. Et audio quòd niſi ita fiat, Patauij non admittuntur ad doctoratum in medicina, quòd præſertim eſt hoc tempore neceſſarium, quo relicta uia S.Thomæ omnes uolunt ſequi uiam Auerrois, quem dicunt melius commentaſſe & ſecutum mentem Ariſt. qui Auerrois eſt maior hæreticus. & propterea medici antiqui libentius ſectabantur S.Thomam, poſtquam omnino non ſtudent philoſophiæ, niſi pro quanto eſt neceſſaria ad facienda fundamenta medicinæ. Sed noſtri moderni uolunt ſapere pluſquam oportet, non aduertentes ad illud Auguſtini audita fama S.Ant.iiij.quod ſurgunt indocti & rapiunt cœlum:nos autem cum ſcientijs noſtris mergimur in profundum. Facit quòd dicit Marcus Antonius Vtron.in d.oratione incip.Euclides.char.pen. & licet non referat, fuit dictum Gellij.lib.x.c.xxii. ꝙ cum grãdis natu adhuc philoſophatur, ridicula res eſt Principia autẽ Legiſtarum ſunt uera & ſolida, pro quorum probatione uide Roſarium Buſti. ſer. xxiiij. litera m.col.ij. fratrem Syluestrum contra Lutherum, chart. xlviij. xxiii. quæſtione v. quia non eſt modicum probare unum principium, ut frater Samuel contra fratrem Vincent. char. j. & Codrus contra illum Dialecticum quem ſtatim referam.

¶ † Decimò non ob. dum dicunt quòd reſponſa Iuriſconſultorum non habent authoritatem aliquam, ſed princeps. ut latè Salomon.in repet. §. reſponſa. inſtit. de iur. natur. quia reſpondetur quòd ſufficit quòd princeps uel reſp. illam authoritatem ſidi dederit quæ nunquam data comperitur Philoſophis naturalibus. Secundò reſpondetur quod & reſponſa prudentium rationabilia licet non fuerint authorizata à principe, ſeruantur tamen pro lege, ut dicitur de libro Decretorum Gratiani. Itẽ de libro feudorũ. Item de c.j.de frig.& malefic. ſecundum Præpoſ. ibi.col. iij. dum dicit quòd ignoratur eius author. facit Bald.in l.nemo.C.de ſen.cum ſim.ut dixi circa fin. inuentarij mei librorum iuris. addo Cor.in l fin.§.neceſſitate. C.de bon.quæ lib.col.iij.dum loquuntur de exemptis ab imperio Romano, qui nihilominus ſeruant leges, non propter authoritatem, ſed propter bonam rationem. Itẽ 82

ſi legi.

ſi legiſtæ non ſe interpoſuerunt in legibus condendis cur eſt quod ipſi uolunt eas pati quòd allegentur contra ſe tanquam conditas à ſuſpectis.

83 ¶ †. Vndecimò nõ ob. quod dicunt quòd Legiſtæ neſciunt formã arguendi, quia logicam ignorent, & tamen Stoici dicunt neminẽ ignarum dialectices futurum ſapientem. Summa Tabiena in uerſ. logica. in commento Cicer. de offic. lib. j. eſt chart. xv. Sed ultra Ponzinibium in d. trac. de Lamijs. col. viij. uerſ. non ob. quod Legiſtæ. reſponderi poteſt quòd logica nõ ducit ad uitam. c. uiuo. & c. omnia, & ca. legimus & ſeq. xxxvij. diſt. Luc. de Penna in l. j. C. de ſtud. lib. xj. & in l. j. C. de profeſ. qui in urbe Conſtantinopol. li. xij. Spec. in tit. de aduocato. §. nunc de exordijs. col. vj. uer. ſubtilitas enim immoderata. & uerſ. ſeq. & Signor. conſil. fin. col. ij. deridet illum qui uolebat ſe oſtẽdere dialecticum. & dicit Bald. in l. j. C. de ſen. quæ pro eo quòd inter. col. ij. quòd non eſt inſiſtendum in dialecticis, pro quo Afflictus de iure protomiſcos. col. ij. poſt D. Auguſt. pulchrè Alber. in procem. ad ſuam lect. ff. vet. col. j. Et Salomon. in l. in exercendis. col. j. C. de fide inſtr. ponit ſtultitiam illius ſcholaris, qui uolebat probare patri quod tria oua eſſent quinq;, quia duo & tria ſunt quinque. Bart. Sen. & Texera in l. ſi is qui ducenta. in princ. de reb. dub. Iaſ. in l. manumiſſiones in fin. ff. de iuſt. & iur. & Codrus dialecticam etiam deridet, ſerm. j. char. xx. & Seneca in procе. declamationũ. & epiſt. xlv. lib. iiij. impugnat ſophiſmata. facit Apuleius de philoſophia, chart. iij. Et dicitur in procе. Auguſtini Dathi. de laudibus eloquentiæ, circa fin. char. ij. argutiæ ſunt ſophiſtarum captiũculæ, dialecticorum laquei, calculatorum & mathematicorum inuolucra, receſſus latebræ nominalium. ſic enim iuuenes philoſophi nuncupantur, qui ad terminos & orationes referre omnia uoluerunt minutæ interrogatiunculæ quaſi puncta atq; contortæ quædã: quibus effici cõmodius ſingula ſunt opinati, & ibi eſſet philoſophis realibus. facit Bal. in l. Aemilius col. x. ff. de minor. ꝙ in realitate rationis, non in ambagibus debet fundari intellectus practicus & ſubſtantialis. facit Morus in repub. Vtopiæ cha. lxviij. & dicitur

citur Eccleſiaſt.xxxvij.quod qui ſophiſtice loquitur,odibilis eſt.latè Roſariū Buſt.ij. par ſer.xxx.litera m. col. ij. facit.Linquo coax ranis,cra coruis, uanaq; uanis. Ad logicā pergo quæ mortis nō timet ergo.facit Petrarcha in triūpho Famæ.c.iiij.dicens,quòd non per ſaper , ma per contender chiari.ubi poſtea ſubijcit de Carneade. & ibi in commento reſpondetur ad illud , quòd logica ſit ars artium& ſcientia ſcientiarum. facit Lact. diuinarum inſtit. li.iij.c.xiij.facit Zachar.in ſerm.conciliabuli Piſani. col. ij.dicens, quòd ſic facere ſemper ſperare diſcere , & nunquàm ad ſcientiam ueritas deuenire.pulchrè frater Tho. Illyricus in tract. de poteſtate pont charta clxiiij. & ſeq. Laur.Valla in ſua dialect.in proœ.lib.ij. & iij. Et propterea Ioan.Iac.de Canibus.in tract. de modo ſtudendi.col. vj.dicit,† ꝙ non eſſ neceſſaria Legiſtæ. Secundo reſpon- 84
deri poteſt,quòd ubi eſt opus dialectica,ipſi Iuriſtæ ea utuntur. Alb.in proœ.ff.Noui.cō.iij.ut patet ex edictis iuriſconſulti:an eam callere.in l.ſi is qui ducenta maximè in §.ſed utrum.ff. de reb. dub. Et ſi ſciuit arguere enthymematicè in l..ubi Iaſ.iiij.not.ff.ſi cer.pet. & quam logici fàtentur eſſe pulchriorem formam arguendi & breuiorem, quia conſiſtat ſolum ex antecedenti & concluſioni. & ſic ex minore & concluſione, uel etiam ex maiore & concluſione. Item uideant ſi glo.ſciuit ſyllogizare in l.j.§. j. ff.ſi quis ius dic.non obtem.& alibi ſæpe. & ſyllogiſmum ſoluere. gl.j.in l.iij.§.incertam.ff.de acquir.poſ.& ſi ipſi ſciunt diſcurrere per decem prædicamenta ubi opus eſt de quibus meminit Codrus ſerm.iij.char.j.ut patet per Azo. in ſumma C.char.j.& Bal.data.opera.vij.col.C.qui accu. in l.de quibus.col.fi.ff.de legib.in c.cum cauſam. el j.de teſt. col.v. & Brunus in tracta. de forma. char. xxj. col. iiij.Io. Montolonius in promptuario Iuris in uer. fingere. & alij quos refert Iaſ.in rep.l. ſi is qui pro emptore.l.& qui ſint. Bal.in c.canonum ſtatuta.colum. fin. de conſt. Et ſi Doct. in practica quando faciunt libellos,ſciunt facere ſyllogiſmum in forma,ut Iaſ.in l.j. colum.iij.ff. de eden.Lanfr. de Oriano in repet c. quoniam contra. in uer. petitiones.de probat.Oldrad.conſi.cviij.Titius ad fin.Et tot modus.arguendi

guendi glomerarunt Dyn.in tract.de argumentis. & Bald. in l.conuenticulam.C.de epiſcop.& cler. Alber. in dictionario in uerſ.argumentum,quos nõ poſuiſſent niſi ſcirent arguere. Eſt uerum quòd ubi non expedit, legiſta non curat de tali forma,quia fruſtrà fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora. Purpuratus in l. edita . no.cclxj. Salomonius in repet.l.Gallus.char.xxv.in fin.nec curamus de forma,dummodo habeamus effectum.c.iij.de uerb.ſig.in l.ſi mater.C.de iuſtit.& ſubſt.nam cùm obiectum intellectus ſit ueritas,quãto citius eam habemus melius eſt. Salom. in repe.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.char.j.Et quando Logici ſeu Philoſophi diſputant cum Legiſta, ſolent & bene Legiſtæ negare eorum principia,quia plura ſunt falſa, ut ſtatim dicebam,ideo licet neganti non incumbat probatio.l.ij.ff.de probat.tamen ſi rectè conſiderabimus, inueniemus ſemper aliquam inſtantiam, per quam tolletur eorum conſequentia, glo. & Doct.in l.creditori.ff. de noui oper.nuntia.Codrus pulchrè ſic facit,ut per eum ſerm. vj.chart.iiij. præſertim ſi adhæreamus ſacræ ſcripturæ, quam negare non audent,& antequam probauerint talia principia, & aſſignauerint & probauerint rationem ſpecialitatis ad inſtantiam datam per Iuriſtam, erit hora dimittendi diſputationem.hinc dicunt quòd contra negantes principia non eſt diſputandum.Philoſophus,quem refert commentum Cicer.de Offic.lib.iij.eſt char.cvij. Sed replicat Codrus ubi ſuprà hoc eſt quod cupio ne mecũ diſputes,& ſic principia tua probare non poteris.Et quia ipſi incedunt per terminos ignotos,petas ut declarẽt terminos,uel tu pariter procede per terminos eis ignotos, ut per leges loquentes de ſeruitutibus urbanis, uel de præſcriptionibus,bonorum poſſeſſionibus,& alijs penè infinitis.

85 ¶ † Duodecimò non ob.dum dicunt quòd ſunt metaphyſici,ergo præferendi,quia Metaphyſica eſt dignior ſcientia, quam extollit frater Iſidorus ubi ſuprà frater Ludo. Viualdus in Opere regali. tract. de cognit. electorum à reprobis.ij. not. Aegid.de regim.princ.lib.ij.par.ij.c.viij. ubi de omnibus ſcientijs, licet de legibus notitiam non haberet, ut probat Bolon.in Theodoſiana. in uerſ. philoſo-

loſophorum & poetarum. tractat enim Metaphyſicus de ente tanquam primo motore, ſecundum fratrem Iſidorum ubi ſuprà, facit Euſebius de euangelica præparatione. lib. x. c. vj. qui dicit, quod eius ſubiectum eſt ens tanquam ens. & Ioã. Picus Mirandula fecit unum tractatum de ente & uno, quia reſpondetur fatendo quod Metaphyſica eſt laudanda, ſed etiam ipſe non caret errore, quia uult q ex nihilo nihil fit. Roſarium Buſti ij. par. ſer. xxix. litera m. col. iij. quod falſum, quia Deus de nihilo creauit cœlum & terram Gen. j. præterea adhuc Metaphyſica non eſt dignior. nam Metaphyſicus non conſiderat illud ens explicitè & clarè, ut Hadr. Papa noſter in Quodlibetis. q. iij. colum. iij. ſed ſolùm unum Deum primum motorem, quem Auerrois uult agere neceſſario. Legiſta autem in titulo de ſumma Trinit. & fid. cathol. conſiderat explicitè & clarè. Et præcepit metaphyſico credere Deũ trinum & unum. ut Ponzinib. in tract. de Lamijs, col. iij. & ſeq. Purpuratus in rubr. & in l. j. C. de ſum. Trin. colum. j. qui omnia regit pro libito, & q dixit, & facta ſunt, & cui data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra. Matthæi ult. Barb. in ca. nouit. colum. xxviij. de iudic. Syluester contra Lutherum. lib. j. ca. ij. char. j. Meritò Iuriſtæ ergo ſacerdotes appellantur. l. j. in princip. & in §. publicum. ff. de iuſti. & iur. facit Valerius de inſtitutis antiquis. c. j. num. xxiij. incip. ius ciuile per multa &c. Si ergo magis clarè, & certitudinariè quàm metaphyſicus, ergo ſcientia legiſtæ uerior & dignior. ſecũdum Philoſophum quem ſuprà retuli, & Bart. in tractatu teſtimoniorum, chart. v. prudentia eſt, ut ait Ariſtot. Et propterea cùm Philoſophus cognouiſſet ſe in metaphiſica neſciuiſſe in claro procedere, dixit librum illum editum & non editum. refert Ioan. Picus Mirandula in oratione in cœtu Romanorum char. ix. & Gellius lib. xx cap. iiij. incip. commentationum. ad fin. Scire enim in nube non eſt ſcire. Bald. in l. Aemilius. colum. ij. ff. de minor. Imò nec in moralibus clerè proceſſit Philoſophus, ſed in confuſo, ſecundum Panorm. in procem. Gregoriano. & hæc etiam uidentur eſſe de mente Alex. de Hales, Scoti, & Roſarij in locis antedictis. Item in

hoc

hoc iuriſta contra metaphyſicum procedit imperioſè, & inobedientem ponit Barb. in Ioannina, chart. antepen. eſt colum. clxxxij. Vdalr. in d. oratione, non poſſum. Et propterea dicit ibi Barb. col. cxlix. quòd à ſtudio artium ad leges conuolauit: nam qui imperant, digniores ſunt. Eſaias quem refert Bart. in ca. mandatum. col. iij. de reſcrip. Syluester contra Lutherum, cha. xlv. allegando ad Rom. xiiij. facit Bal. lib. iiij. conſil. ccccxxix. dicta particula. Et licet Papa & Imperator appellant quædam præcepta philoſophiæ moralis & naturalis religioſa, tamen non dant philoſophis poteſtatem authorizandis ſeu iudicandi, qui eſt maximus honor, quo Chriſtus Apoſtolus recompenſat. Matth. xix. & Cyprianus Venetus in tract. de authoritate Eccleſiæ chart. vj. Et tamen iuriſtis eam tribuunt qui tempora naturæ & gratiæ exteriorem & interiorem hominem complectuntur, diuinæ Theologiæ adhærentes animæ & corpori ſpiritualibus qui & temporalibus uinculum imponunt, ius diuinum etiam in præceptis Decalogi moderantur, ac diuina authoritate coarctant, prophana ſacrant, econtrà ubi expedit, totam eccleſiam militantem cum tota republica gubernant, errores philoſophorum & metaphyſicorum extirpant. Imò tanta doctoribus reuerentia exhibetur ut iuriſconſultus audeat, conſtitutioni principis derogare. Luc. de Penna in l. medicos. col. j. C. de profeſ. & med. li. x. col. j. uide Alber. in proœ. ff. Noui, ſicut continet ſcientia legalis omnes ſcientias. & uide Bal. in conſil. ſchiſmatis. colū. j. & penul. ac fin. Item de ſacramenti, de conſilio de Pontifices, & Theologus ſuper iſtis debet cum canoniſta conferre, quia non ualeret ſine. dixi in l. limitatione de peritis in arte quod communis opin. ſit tenenda. Item legiſta conſeruat pacem ſine qua Deus non colitur. clem. dudum. de ſepul. dixi ſuprà contra partialitates. Præterea medici non uacant uel admodum parum metaphyſicæ. ergo ſine exercitio perditur nomen. Felyn. rubric. de fid. inſt. colum. vij. Bonif. in tract. de nobilitate. iij. part. num. lxxxviij. & ſi re prineris nec nomen habere mereris. Iaſ. in l. id quod apud hoſtes. ff. de leg. col. fi. iudicat enim quis eſſe de illa arte cui imagis

gis adhæret. Alexa.lib.iiij. conſil.cviij.uiſo themate. facit
Philoſophus in iij.de Anima.text. commenti xxxix. pul-
chrè Petrarc.epiſt.lxiiij.incip.ſic eſt. dicens inter cætera
ꝙ perſeuerantia requiritur.† Et ſic patet iuriſtam præfe- 87
ren.medico.ut caſus in c.clerici.de iudic.ubi latè Barbat.
Decius & poſteriores idem Barb.in c.cæterum.colu.vj.de
iur.calum.Gilbertus poſt c.iij.ſecundi Oeconomicorum.
in quæſtionib.char.ij.Taurinéſis poſt alios in l.cùm quid.
ff.ſi cert.peta.Ioan.Montaigne in tract.de regio conſiſto-
rio.char.xxj.Petrus de Leſnaudiere in tract.de Docto.par.
ii.q.j.glo.Pragmaticæ in titulo de collationibus.§. uide-
licet in uerſ. medicina. eſt char.lxxiiij.Luc.de Penna in d.
rub.de profeſ.& med.lib.x.aliquid Pan.in c.nouit.de iudi.
col.iiij.ubi Moder. addunt & adeò res clara eſt ut hiſtrio-
nes dare ſciant hoc iudicium,ut dixi ſuprà reſpõdendo ad
vj.de fatuitate,loquendo de teſtamento fatui. mihi placet
concluſio quam in hac q.ponit Archiep.Floré.in iij parte
ſummæ.tit.v.c.ij.§.iiij.Io.Mõtaigne in d.trac.char.fi.in fi.
Roſarium Buſti.ij.par.ſer.xxix.litera c.in fin. & Liſoperi-
ta col.fin.ſcilicet ut ſeruetur dictum Apoſtoli. per eos re-
latum.charitate fraterna inuicem diligentes,honore inui
cem præuenientes,&c. quia honor eſt honorantis ſecun-
dum Philoſophum,quem refert Aegidius de regim.prin-
cip.lib vj.cap.viij.frater Gregor. Britannicus ſer.funebr.
xxxj.melior.colum.iiij.facit illud Lucæ xxij. & ix. quæſti.
iij.capi.nullus Qui maior eſt in uobis,fiat ſicut minor: &
qui proceſſor,ſicut miniſtrator. & illud Cicer. quod re-
fert Guilielmus Mara oratione vij.incip. reuerende. &
eum & alia plura Iodoc.in tract.de uera nobilitate.ca.xij.
char.ij.& iij.Inſtructio clericorum,char.xiij. dicens, quã-
to ſuperiores ſumus, tanto nos ſubmiſſius geramus, nam
qui ſe exaltat,humiliabitur,& econtrà,Matth.xxj. & xx-
iij.& ſi quis uult primus eſſe, erit omnium nouiſſimus.
Marci ix. ſed ſi humiliatus fuerit, erit in gloria. Luc. de
Penna in l.humilioribus. C. de ponder. & auri illatione.
libro. x. ubi plura quia præcedentiæ quæſtio eſt uana.
Card.Pap.in epiſtolis charta cxcvij.epiſt. incip. ſubſcri-
pſerant. & cc.poſtridie. ccv.& cccv.dubitare. & quis non

poteſt niſi commendari de honorando ſocium.nam aut ſocius eſt dignior,& ſanctum eſt honorare maiores, aut eſt æqualis,uel inferior. & humilitas ſemper ſolet commendari. Et inquit Ptolomeus,quòd inter ſapientes qui humilior eſt ſapientior exiſtit.Quia poſt longam digreſſionem ad arbitrium iudicis redeundum. Dicit propterea Bald.in c.quia nonnulli.de reſcrip.in fin.ij.col.in l.j.col.xij.C.qui accuſ.& lib.iij.conſi.cxxxiiij.incip.proponitur.col.ij. referẽdo Philoſophum,quòd oportet leges eſſe bene poſitas, & omnia determinare,& quàm pauciſſima relinquere arbitrio iudicantis.facit Salomon.in l. in exercendis. iij.q. C.de fid.inſtrum.vbi dicit quòd doctrina quanto melius fieri poteſt,debet tradi,ne iudicum affectio uel non bona conſideratio alteri partium ſit nociua. & pro philoſopho latè Aegidius Rom.in tract.de regim.princip.lib.iij. par. ij.c.xx.& Philoſophum refert etiam Florian.in rubr.ff. ſi. reg.in ſi.j.col.Hadr.Papa noſter quodlibet.iiij. col. x. Latius & plenè illud dictum examinat in vj.q. principali vi-
88 delicet in illius.j.q.ſiue argum.eſt char.lviij. col. fin. † Et
Caſus arbitrarij. ita pro veritate eſt conſideratis conſiderandis, nam licet ubi caſus non eſt iure deciſus,lex illum relinquat in arbitrio iudicis.l.j.in fin.ff.de iur.deli.c.de cauſis. de offic. delega.cap.fin.de tranſact.plures enumerat Decius in capi.c ſedes.in gloſſ.iij.de reſcript.Roch.de conſuet.char.xj.col. ij.latius Barbat.lib.iiij.conſil.xlv.illud.colum.penul. & ſi. latiſſimè Hippol.in l.quæſtionis modum.col. j.& ſequen. & in l.de minore colum.viij.de quæſtioni.in l.in lege.colum.ij.ff.de ſicar.Intelligo quendam doctorem Taurinenſem alios plurimos aggregauiſſe. Lex tamen illum non relinquit in libera uoluntate iudicantis, ut exinde poſſit iudex eſſe nimis fauorabilis uni parti. Bald. in l. finalſ. C. de pœna iudicis.qui mal.iud.pen.not. ſed quod debeat regulare arbitrium ſuum prout.quilibet bonus uir ſecundũ negocij qualitatem & perſonarum , & temporis, & alias circunſtantias.Bonus enim iudex nihil ex arbitrio ſuo facit. ca.j.iudicet.iij.quæſt.vij.Lucas de Penna in l.medicos iij.colum.C.de profeſſ. & med. libr.x. & arbitrium ſemper ſignificat bonum & æquum.Bald.in cap.niſi cùm pridem.

dem.colum.final.de renunt.& dicit Bald.quem refert Cæpol.in l.ſi fugitiui.C.de ſer.fugit.col.vj. quòd iudex debet arbitrati ſecundum mentem legis,ſiue iuris & arbitrij ſui intellectu,ſeu rationis. facit cap.iudicantem.xxx. quæſt. v.Curt.Senior in repet l. admonendi. colum. antepenult. ff.de iureiuran.Bartol.in l.ſi qua pœna.in fin.ff. de uerborum ſignific.Decius in cap. ex literis. iij. nota. de probat. Pich. in repetit. l. in quartam. colum. lvj. & ſequent.ad legem Falcid.& dicam infrà dum ponam quòd probationes ſunt in arbitrio iudicis. † dicitur enim bonus vir, con 89
ſcientia quæ intra te loquitur. & propterea qui non habet conſcientiam, non poteſt dici bonus uir, prout nec ille frater qui habet diabolum ſub capa. Iaſon in dicto §. ſed iſte colum. xxvj. numero cx. ubi poſtilla inſtitu. de actio. Et ſi non regulet arbitrium,ut bonus uir poteſt appellari. Alexand. in l. ſi ſeuerior. colum. final. C.de infami.& lib.iii.conſilio cvij.incip.uiſo themate.col. ij. Nata in clemen. ſæpe colum. xxxij. Curt.in l. admonendi. colum. antepenulti. Quoniam eſſet difficile legem de talibus condere, propter diuerſitatem perſonarum, rerum, & qualitatum, prout etiam dicunt Phyſici,quòd plura relinquuntur in iudicio æſtimatiuo medici. Nam ſi iudex *Ad ſimilia.*
non habet ſtatum, conſuetudinem, nec legem, nec dicta doctorem determinantia caſum coram eo uertentem, debet recurrere ad ſimilia ſtatuti uel legis.l.nō poſſunt. ubi Claud.ff.de legibus.Fely.& Decius late in c.tranſlato. de conſtitut.Iaſ.in l. inter ſtipulantem. §.ſacramen. vi. not. ff.de uerborum obligat Socyn.fallen. xxix.Curtius conſilio. xj. ſtatuto. colum. final. Gammarus in tract.ade extenſione.chā.vij.col.ij.ubi dicunt quòd ſufficit ꝙ ſint ſimilia in eo de quo arguitur,licet in omnibus non ſit omnimoda ſimilitudo. Etenim ſimile legis uel ſtatuti habetur pro expreſſo.Iaſ. in l.fin.colu.penul.uerſic.ſecundò aduerte.ff.de in ius uocand.Et ex officio iudex debet tale ſimile ſequi etiam ſi pars non petat.Bal.in l.j. circa mediū. C. ut quæ deſ aduoc.iud.ſuppl.Stāte igitur tali dubio, iudex *Quid faciet index.*
in primis aduertat ad uires ingenij ſui, quia magiſtratus uirū oſtendit.v.Ethicorum.text.commenti ix. & iij. Etaſ-

mus j.parte prouerbiorum dccccLxxxiiij.Liſoperita charta xxxiiij.colum. ij. eſt in princip.ix. diſtinct. Aegidius de regim.princip. lib. iij. parte j. capit. xiij. Et fuit originale dictum Pittaci,ut refert Margarita poetarum in dictis Laertij,ut ſit idonens ad dubij deciſionem, ſaltem ſecundum humanam fragilitatem.l.ſi quid uenditor.ff..de ædil. edict.Felyn.in capit.per tuas. el j.de ſimon.nam in puncto ſubtili groſſolanus recuſari poteſt.Iaſ.in l.apertiſſimi. C. de iudiciis.Et ſi dubitet, conferat cum peritioribus. Dixi ſuprà in v.limitatione de peritis.allegando Panorm.in ca-
90 pit.i.ultimo not.de conſanguinitate & affinitate. † Debet enim iudex habere ſalem ſcientiæ & conſcientiæ, aliàs mens eius eſt diabolica & inſipida.Barbat.in capit. quoniam.§.in aliis.vt lit.non conteſta.facit i.ad Corinth. viii. quia melius erat eis non cognoſcere uiam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum conuerti.Petrus iii.canonica. capit.ii.quem ſequitur Dodus in Apologia contra fratrē Samuelem.chart.xxv. facit Vdalricus Zaſius oratione xii. incipien.apud literatos.ubi pulchrè & ſuccinctè quomodo debet ſe continere iudex in iudicando.Guilielmus Rouille in tract.de deſcriptione iuſtitiæ. lib. iii. cap.iii.Bald. pulchrè in l.ii.C.de ſenten.ex peri.reci.Felyn.in capit. per tuas.el ii.col.i.de ſimon.bonus text.in capit. cùm non ſolùm.de reg.lib.vi.Ioan.Pyrrhus in l.imperitia. ff.de regul.

Duo ſales in iudice.

91 iur. † ubi enumerat etiam ſex requiſita in iudice,ſcilicet peritiam,bonitatem,diligentiam,eloquentiam, conſtantiam prudentiam,& ſex pœnas quas incurrit iudex corruptus.facit Aegidius de regim.princip.lib.iii.parte ii.capi. xxi.& tribus ſequ.habeatque ſemper iuſtitiam naturalem ante oculos. Bald. in diſputatione incip. accuſatus. de uiturbatiua.colum.penult.plura Curtius Senior in repetit. l.admonendi.ff.de iureiuran.colum.final. & quæ de Gallo tradit Cicero, quam refert Salomon.in repetitione l.
92 Gallus. ff. de liberis & poſthumis. charta vii. † Et ueritas & æquitas ſunt duo lapides angulares,quos debet ſeruare iudex.Bald.in capi.quoniam contra. de probat. per illum text Et debet iudex eſſe uelut pater. gloſſ.in auth.de defenſ.ciuit.in princip.in uerſi.iudex.& ſe conformare iudicio

dicio diuino.cap.Deus omnipotens.ii.quæſt.i. Barbat. in cap.in præſentia.de probatio.colum.51.Et habet ſemper in mente illud quod dicit text.in l.properandum §. ſinau tem reus.in fin.C.de iudiciis quid aliud niſi pro omnibus Deum in omnibuscauſis iudicem eſſe credendum eſt, & quòd ſi non facit quod debet, hic & in futuro ſeculo recipiet in terribili iudicio magno Dei,& habebit partem cũ Iuda, & lepra Giezi, & tremore Cain authen. iuſiurand. quod præſtatur ab his. in fin. De quo Ioan. Montolonius in Promptuario Iuris. in ver ſicu. Giezi. & inſuper euitet auaritiam quæ potiſſimè aſcribitur iudicibus. Ariſtotel. char.xviii.problem.iiii.hinc pictores dum pingunt quinque uidelicet Papam,iudicem,militem, agricolam & fœminam,& ſubſcribunt Papæ quòd orat pro illis quatuor, militi quòd defendit illos.quatuor, agricolæ quod alit illos quatuor,mulieri quod decipit illos quatuor iudici autem quòd furatur illis quatuor. † eſt enim auaritia om- 93
nium malorum mater.§.cogitatio.in authent.ut iudic.ſine quoquo ſuffrag. Hippol. not. exc. incipien.iudices.Iaſ. in l.colum.ii.ff.de condict.ob turp.cauſ.Barbat.in capit.ex parte.col.iii.de reſcript.ubi poſtilla.& in Paul.de Caſt.in l.ſi quis.§. legis. C. de inoffic. teſtamen.Cæpol.in tractat. de imperatore milit. deligendo.charta xiii.uerſic. † item 94
præſumi poteſt infidelitas ex auaritia. Angel. in l. nolumus.C.quemadmod.teſtam. ordin. Merula inter conſilia Barbat.libro i.conſil.penult.incipien.multos.colum. fina. dicit.quòd Heſiodus appellat tales iudices dorophagos, id eſt munera comedentes, quorum auarum animum & iniqua iudicia Deo ulciſcenda reliquit. facit Nauis Stultifera char.xiii.de auaritia Amedeus in dialogo de Amicitia,char.xxx.ubi docet,qualis debet eſſe magiſtratus. & chart. xxxiii. de nummi poteſtate. Lucas de Penna in l.ad ſplendidioris.C.de diuerſ.offi.lib.x. ubi dicit quòd aurum rumpit fores adamantinas.& plura Paris de Putto in tracta.de Syndicatu.in uerſi.barataria.& in uerſic. corruptio. baratariam enim committit iudex corruptus. & quid ſit, declarat Iac. Niger in l.diem functo.colu.xxxix.ff.de offic. aſſeſſ.ubi ſubiungis etiam alias cauſas propter quas poteſt

quis priuari officio.facit tex.in cap.j.j.quæſt. i. ubi Card. col ix.dicit ꝙ uendentes officia iuſtitiæ etiam de licentia principis,grauiter peccant licet ibi in c. quos conſtiterit. col.ij.dicat ſecus in epiſcopo uendent banchum notariæ bene facit Laudenſis in tract.de officialibus dominorum.
95 q.lviij. † dicens,ibi probari ꝙ qui dat pecuniam pro habendo officium.præſumitur habere animum male faciendi.l.ij.C.de murilegulis.late Guilielmus Rouille in tract. de deſcriptione iuſtitiæ.lib.iij.c.iij.col.final.
69 ¶ † Amplia hæc maxime procedere in eccleſiaſticis iudicibus,quia dicuntur committere ſimoniam.Ioan de Selua in tract.de beneficio.char.xxxiij.in fin.col. iij. Biblia Aurea.c.ij.de acceptione munerum.cap.xvij.
¶ † Amplia ſecundò etiam in iudice ordinario laico capiente ſportulas,quia debet eſſe contentus ſtipendio principis Hadrianus Papa noſter in Quodlibet.quæſtio.ix. eſt charta xciij.litera g.ubi in x. quæſt. in primo per totum. Iaſ.in §. tripli.inſtit.de act.Corſet.ſingul.ccxcviij. ſub uerſic.portula.Et ſic malè dicit Barto.ſi eſt ſua lectura, in auth.de iudicibus.§.ne autem.
97 ¶ Amplia tertiò etiam ſi iſte ordinarius iudicaret in cauſa ſibi à principe delegata,in qua tamen ſine delegatione omnino habuiſſet iudicare,quia ſportulas capere non poteſt Fely.in c.de hoc.ij.col.de ſimon. Et de hoc habemus decretum expreſſum in ciuitate Aſtenſi.
¶ Amplia quartò etiam ſi quis ſponte daret tales ſportulas.Fely.in rubr.& in cap.i.ad fi.de ſimon.in cap.tua nos. de homicid.Buſtus in Defenſorio montis.chart.iiij. colu. iij.Iaſ.in l.j.colum.ij.ff.de condict.ob cauſ.in l penultima columna quinta.C.de pac.Hippol.in l unius.§. ſeruus nec ſi.ff.de queſtio. Corſetus d. ſingul. ccxcviij. latè Maria. in tractatu de viſitatione libro undecimo , quæſtione vj. eſt charta x.colu.iij.licet non dicatur ſponte quando præcedit taxatio uel petitio.ſecundum Felynum in capitu. dilecti.colum.i.de ſimon.ſecus tamen in aduocato & medico qui poteſt capere à ſagacibus ſponte dantibus pinguius ſalarium & iuſte relinquere hæredibus ſuis. Pantaleo in repetitio.l.ij.C.de reſcinden.uendit.col.xlv.qui bene ſciunt
illud,

illud,dum dolor eſt accipe.Antonium Rippa in tract.de Peſte.chart.lxxxj.in fine ij.colum.quia dum cauſa uentila tur & infirmus ægrotat,tunc cures accipere.nam ægroto reſtaurato,& cauſa concordata nihil curant ſoluere.Et ille dicebat,Potta & penna non uol crena.Et Gallicus,De con & de ſentence on ne doit faire creance.Et in eis procedere poſſet quod dicit Hippoly.ſing.cxc.incipien. iudices. circa.fin.non autem in iudicibus. quia eſſet turpe. & quod dicit Affictus de iure protomiſeos.in uerb.prohibemus.ix.notab.quos ſupra retuli loquendo de prouiſionibus uirorum erga amicas.Et de ſalario aduocati. Iaſ. in §.tripli.col. penult. inſtitut.de act. & poteſt capere etiam pro laboribus præteritis,quia calzolarius tantum capit pro ſotularibus factis quantum pro fiendis.Barbat.in ca. ex literis.col.ix.de conſtitut.

❡ Amplia quinto etiam ſi eſſet conſuetudo de hoc.Fely.in c.ad apoſtolicam.de ſimon.Decius in cap.cum m. col.xij. & ſeq.de conſtit.dum loquitur de conſuetudine, quod nouus canonicus debeat aliquid ſoluere.& in cap.nam concupiſcentiam.in fi.ij.col.ubi Roch.eod.titu.de quo Angelica in uerbo,iudex §.xv.utrum conſuetudo.

❡ Amplia ſexto etiam ſi capiat poſt ſententiam quãdo poteſt præſumi fraus ex qualitatibus & circunſtantiis. imo & in dubio tali caſu præſumitur,de tempore ante ſententiam,ad tempus poſt ſententiam.argu.l.iuriſgentiũ.§.pretor ait.cum gl.& ibi Ang.ff.de pact.ſunt uerba Laudenſis in tract.de officia. dominorum. q.lxxxj.incip. ſi iudex.ergo multo minus quando ante ſententiam præceſſit pro miſſio,licet non recipiat niſi poſt ſententiam.Fely.in cap. tua nos.de ſimon.facit Salluſt.circa prin.Catilin.& tenetur iudex etiam quod contra eum non militet aliqua ſuſpicio.authen.ſed nouo iure.C.de pœn.iud. qui malè iud. Curt.in l.qui accuſare.char.ij.C.de eden.

❡ Amplia ſeptimo etiam in xenijs, eſculentis, & poculentis. Maria. ubi ſuprà. glo. in Pragmatica charta xxxix. in fi.ij.col.Practicus Papienſis in forma reſcindendi ſentẽtiam latam prætextu falſi inſtrumẽti.gl.j.& xenia & dona excæcant oculos iudicum Eccleſiaſt.xx.& Deuteron.xvj.

Hadr.Papa noſter.in Quodlibetis.q. x. colum. iiij. & per totum.in quodlib. iiij. col. antep. alleg. Hierony. dicere quòd in tantum Doctorum rabies proceſſit, ut accipiant pretium in iudicio,& omnia pro muneribus faciant.facit Bolog.in l.ſi pars.ff.de inoffic. teſt. in interpretat.j.parte. eſt charta xxviij. & Card.in xj. q.iij.qui rectè in uendentes ad fin.i.q.iij.ubi de auditoribus Rotæ procurantibus ſibi fieri popinam.ſunt enim aliqui qui non anginam,ſed argentãginam patiuntur,ut Demoſthens: id eſt qui propter pecuniam,differunt uel uolunt ferre ſentẽtias. Gell.
98 lib.xj.cap.ix.Critolaus.& cap.ſeq.Et dicit Angel.in l.non dubium. C. de teſtam † quòd munera excæcant oculos ſapientum,& mutant uerba iuſtorum.Alber.in l.plebiſci to.ff.de offi.præſi.quia pro iuſtitia facienda non licet aliquid capere.c.qui rectè iudicat.xj.q.iij.latè Matthæus Boſius de gerẽdo magiſtratu.c.xiij. ubi inter cætera alleg. illud Amos cap. v.Pro eo quod diripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo,domum quadro lapide ædificabitis,& non habitabitis in eis. uineas amantiſſimas plantabitis, & non bibetis uinum earum.facit Petrus Iacobi in rub.de ſtatu Curiarum.ubi dicit, quòd ſi totus mundus ueniret, non poſſet credere quòd ſi una pars det,& alia non,certè iudex erit danti naturaliter fauorabilis,& non dans habebitur aliquali odio, & ſi aliud non faciat iudex, ſaltem aliquandiu ſtabit & inſtruet dantem,& ei dabit gratioſas dilationes,& parti non danti nociuas, quo caſu tenetur nihilominus ad reſtitutionem damnorum & intereſſe, præſertim ſi quis faſtiditus litigio propterea cogatur aliquid remittere de iure ſuo. Hoſtien.in ſumma de pœniten.& remiſſ.§. cui confitendum. col.xxj.uerſicu.cui marchio.in finè.Imò fortius dicẽdum erit,quòd iſte iudex quando debebit proferre diffinitiuam.adeò inclinabitur ex affectione pro parte dante, quòd omnes opiniones quæ dicent pro ea uidebuntur ſibi concludentes,& ueræ, contrariæ ſibi uidebuntur iniquę,quia homines faciliter credunt id quod uellent,ut dixi ſupra de Guelphis & Gebellinis. propterea dicit Pacis de Puteo de Syndicatu, in uerb. ſculenta. eſt charta lx.quòd

lx.quòd litigans dat iudici unam gallinam ut recipiat bo uem.& quòd xenium intrat per portam, & diabolus exit per feneſtram. facit Lud. in tract. de Veritate contrit. in vij.præcepto diuinæ legis.in octaua ſpecie furum.Eſt uerum quòd aliqui iudices faciunt,ut Eccleſiaſtici in eleemoſyna meretricum,qui ſpernũt parua, ſed non magna. Fulg.poſt Cy.in l.j.§.quòd ſi meretrici. in fin. ff. de condict.ob turp. cau. faciunt quæ dixi ſuprà de aquila.quia de minimis non curat prætor.l.ſcio.ff.de in integri.reſtit. Iaſ.in l.ſciẽdum.col.iiij.ff.qui ſatiſ.d cog. Corſet.de pote ſtate regia, in tractatu de minimis. propterea dicitur quòd malua per li figli,quando el nibio caza à li grigli. Alij ſunt qui non ipſi ſed uxores uel filios faciunt capi xenia.contra quos Angel.in l.ij.§.familiæ. ff. ui bon.rapt. Afflictus in conſtitutione,apud iuſtitiarios.colum.ij.Dicent modo iudices,quòd ſi ita facerent,zonas quas argento plenas deferunt ad officia,uacuas reportarent,vt Gracchus,quem refert Gell. lib. xv. cap.xiij. Et conſequenter quòd cum labor eſt damno,mortalis creſcit egeſtas. Azo in ſumma.C. de ſportul. col. j.gloſ.in authen.de iud. §.ſi quis autem.in uerb.ne autem.

¶ † Limita iſtam ampliationem in eſculentis,& poculentis minis, quia poſſunt capi in defectum ſui ſalarij: ſecundum glo.in l.plebiſcito.ff.de off.præſid.ubi dicit Alberic.quem refert Ioan. Montolonius in Promptuario Iuris,in uerb.xenia.ut procedat dummodo non capiat à calumniatoribus.Itẽ nec ab iniuſtè uexatis, item nec ab infamibus.Item nec paſſum accipiat, quia eſt ſignum auaritiæ.Adde tu item dummodo in toto anno cupiat quòd excedat centum aureos.xj.q.ſi c.non licet.ubi gl.Itẽ dummodo à principio ipſe iudex neſcires quòd cum tam modico ſtipendio non poſſet ſe intertinere in officio,quia nõ poteſt dicere quòd ſit in defectum ſui ſalarij, ex quo à principio.hoc debuit cogitare, ut in ſimili j Barbatia in c. cum ſit generale.col.xviij.de foro compet.dicens,ꝙ ferens ſententiam iniquam per metum tyrãni, licet excuſetur à dolo,non tamen excuſatur quando à principio quo acceptauit officiũ hoc uerisimiliter potuit cogitare.facit Ha- 99

drianus Papa noſter in Quodlibetis. q.x. col. antepen. & ſeq.uſque in fi.& quod dixi ſupra de eo qui uadit pro iudice,& ſcit quòd propter partialitates non poterit facere iuſtitiam. Meritò ergo inuehit Cacialup. in l. diem functo. ff.de off.aſſeſ.q.xx.ubi Iac. Niger. col.ix.& x.dicens. quòd ſunt quidam qui detrahentes ordini doctoreo,pro ſalario exiguo ſuas operas locant, tanquan mercenarij ad uecturam,& poſtea litigantes non ſolùm rodere, ſed deuorare uolent. Adde etiam quòd quando uideatur tolerandum aliquid capere de permiſſu principis, qui omnino non ſolent ſtipendia ſufficientia officialibus miniſtrare, ſed mutilare, quia illud pauculum eſt calcar expediendi cauſam,& partes minus fatigantur perditione temporis, & expēſis,hoſpitij,ut de xenijs dicitur in l.ſolent. ff. de of fi.proconſ.& leg.ſic enim legendum.non exenis ut dicunt ibi Bologninus,Aut.Pius,& Budeus poſt Politianum. Et uerum quòd Eraſmus illud prouerbium Græcum de quo ibi in §.quātum.quod Latinè uult dicere,nec omnia:nec paſſim,nec ab omnibus,dicit practicari à iudicibus modernis,aliter & conuerti,ſcilicet capienda omnia paſſim, & ab omnibus, melius tamen fraus euitatur in conſilijs principum, quando caput conſilij proceſſus diſtribuit clam & relatori ſalariūculum taxat,quia iſto modo quia pars ignorat relatorem, aufertur occaſio illum corrumpendi.& relatori nimis extorquendi.& audio quòd in Rota Curiæ Romanæ relator non dat uotum.

¶ Amplia viij.in ſecretariis ſeu notarijs,quia & ipſi tenentur,quia ſunt proxenetæ, imò & lenones exterſionum & baratariarum,quas iudices committunt,& iudices plerūque petere non audent,at ſecretarius qui eſt oculus iudicis,non timet petere & minor. parti quòd ſuccumbet in cauſa, quia paſſus eſt ualde ambiguus uel conſiſtens in iudicis arbitrio.& quod aduerſarius uoluit tantum dare, & ſic quodammodo arbitrium iudicis offert plus offerenti, & eadem met uerba eius aduerſario dicet, ut poſtea dicet iudex etſi iuſtum proferat iudicium,erit tamen certus ab utraque parte habendi xenia à uictore,.& excuſat notarius ſe cum conſcientia ſua quod ipſe emit banchum no-

tariæ,& ideò eius intereſt ꝙ cauſæ expediantur, & plurimæ ſententiæ proferantur propter emolumentum, quòd niſi ſic laboret, fortaſſis amitteret ex concordio litigantium,quòd cauſa differretur anno ſecutùro quo alius talem notariam emet.ſed nihil ualet.facit Angelic. in uerb. proxeneta.& in uerb.leno, item propter talia iudices eis poſtea tolerant eorum extorſiones & rapinas,quas faciũt partibus,quia ut plurimum in exigendo ſalario metas rationis excedunt.cap.ſtatutum.§.notarium. de reſcrip.lib. vj.præſertim quando emunt tales notarias, quia tunc dicuntur publicani.Bald.lib.iij. conſilio xxvj. caſus talis. in fin.ubi quantæ audaciæ,temeritatis ſint & auaritiæ. cum coſil.v. natura quidam circa medium Luc. de Penna in l. j.C.de lito.cuſt.lib.xi.ubi dicit, quòd ſunt furibus deteriores.Iaſ.in l.j. col. penult.C. de edendo. æquiparat eos nautis, caup.& ſtabularijs, & in dubio iudicandum contra eos.Corn.lib.j.conſilio cxcix. circa primum. litera g. ideo Petrus Iacobi dicit quòd nullo modo deberent uendi tales notariæ,ut per eum in ſua practica.in tit.de ſtatu curiarum. col.ij.ubi late inſiſtit. uide Platinam in uita Nico.iij circa medium. dicit tamen Card.j. q.c.j. col.ix, per illum tex.quòd epiſcopus licitè uendit banchum notariæ de quo cogita propter prædicta.

¶ † Amplia ix.in principibus negligentibus ſeu ſcientibus & hæc tolerantibus, nam ex quo conſtituti ſunt ad iuſtitiam conſeruandam,& liberandum oppreſſos de manibus calumniantium, ut boni inter malos qui longè excedunt numerum bonorum, uiuere poſſint, ut dixi inter feudalia Bruni conſil.xij.partes. chart.j. Et ob hanc cauſam duntaxat ſubditi eis obediant, uectigalia & cenſus tribuant, & gabellas,unde dicuntur ſocij furum, niſi prouideant,& tenentur ad reſtitutionem. Eſaiæ capitulo j.& lij, refert frater Luc.in tract. de ueritate contritionis, charta. cxxxvj,de prima circunſtantia perſonæ: quia criminum patientia conſenſui proxima eſt Petrarch, epiſtola xcj. heu. & error cui non reſiſtitur, approbatur. latè Roſarium Buſti libro primo litera N. & dicit Hippol. in l. nihil intereſt. ff. de ſiccar, quòd princeps 100

tenetur

tenetur parti de intereſſe de iniuſtitia facta ꝑ iudicē. Nec excuſantur dicētes ꝙ credūt elegiſſe uiros idoneos, quāto ergo minus qn̄ iudices deputant per pecuniam uel ad requiſitionem mulierum? Claud. in Monarc. Franc. par. ij. c. xvj. & par. v. ca. x. imò tales reip. præficiunt, quibus nemo rē ſuam familiarem crederet, ut inquit Iſocrates in oratione de bello fugiendo. incip. oēs in opere. colū. xxviij. & tunc dicit Simia Salernitani. char. iij. ꝙ hoc nihil aliud eſt quam ponere gladium in manu furioſi. Quales autem ſint eligendi, ponit Hadr. Papa noſter in quodlibetis. q. x. col. antepen. Quid ergo dicemus de illis qui iubent iudices facere contra ius? gl. in regula Cancellariæ. xxvij. circa medium, quia nec deberent cauſam alicuius recōmendare iudici in ſuo bono iure, nā iudices ſemper ſunt poſtea timidiores in iudicādo contra illū recommendatum, etiam ꝙ iniquiſſimam foueat cauſam. Et deberent principes ſe rigidos oſtēdere contra iniquos iudices, & munera capientes, illosq; ſæpius mutare, quia, ut Aegidius de regi. princ. lib. iij. parte. j. c. xiij. poſt Philoſophum mutare aliquando magiſtratus facit ad pacificū ſtatum reip. pro quo Vdalr. Zaſius in l. ij. ff. de origin. iur. col. xxxiij. ubi etiam allegat Philoſophum dicere, quòd magiſtratus qui longo tempore durāt, incidunt in tyrannidē. eſt uerum ꝙ Guill. Rouille in tract. de deſcriptione iuſtitiæ & iniuſtitiæ. lib. iij. c. vj. circa medium. eſt alterius opin. uide Luc. de Pen. in l. neminem. col. iij. C. de ſuſcep. li. x. Ripā in tract. de Peſte. char. l. col. iij. Quinimò deberent principes de talibus iniquis iudicibus & baratoribus facere, ut refert Valerius in vj. de Cambyſe, qui fecit excoriari iudicē pecunia corruptum. refert Roſarium Buſt. libr. ij. ſerm. viij. litera a. Guillielmus Rouille in tract. de reſcriptione iuſtitiæ lib. iij. c. iij. col. penult. Mancinellus in ſerm. lib. iij. titu. j. Et Gagui. in Chronica Franciæ, in uita Philippi Valeſij, refert Hugonem Cruſiacum Pariſienſis Parlamenti præſidem ob corruptum à ſede iudicium patibulo ſuſpenſum.

¶ Amplia decimò fortius & indubitāter procedere in parte iudicē corrumpente: licet plures ex iſtis ampliationibus cōgruentibus poſſent appellari illationes, pro nunc

non

nõ curo de nomine,ſed de ordine. fortius uide in quo periculo ponat ſe pars iudicẽ corrũpens,quia etſi iuſtitiã foueat, † ſententia lata per iudicẽ pecunia corruptũ eſt ipſo iure nulla.l.uenales.C.quando prouo.non eſt neceſſe. 101
c.cùm ab omni . de uita & honeſt.cler.Archid.in c.rectè. xj.q.iij.facit Had.Papa noſter pulchrè in Quodl.q.x.præſertim.col.ij.Hipp.in rubr.de prob.col.xxxix.ubi dicit, ꝙ quærens corrumpere iudicẽ,teſtem, uel notarium, debet puniri in amiſſione cauſæ, & hoc procedit etiam ſi detur ut faciat iuſtitiam.facit Ang.in l.ij.ff.de condict. ob turp. cauſ.ubi etiam ponit de inſtigãte iudicem ut eximat quẽ à carceribus,& quòd eum reuelabit in ſyndicatu, & nullus poſteriorum ibi mentionem facit.& idem uult Cardi. in cap.qui rectè.xj.q.iij.in j.q.iij.cap. uendentes. ad fin. uide Hadr.Papam noſtrum in Quodlibetis.q.ix. col.ix. & xviij.& xxj.ſiue detur pecunia,ſiue alia res. Bologn. in ſuis nouis interpret. in prima editione.in l.ſi pars.ff. de inoffi. teſtam. eſt char.xxviij.ubi limitat dictam l.uenales. non procedere quando eſſet data modica pecunia. Duas alias limitationes ponit Socin. in fallent. cclvj. limitans in arbitrio. Item quando inter plures iudices unus,ſolus fuiſſet corruptus,& fallen.xxxvij. limitat quãdo datur iudici pecunia pro debito ſalario. Item quando datur palàm. de quo etiam Lancel.in l.fin.col.fi.ff.de iuſti. & iure.Item limita quando daretur poſt latam ſententiam. Hipp.in l. Cornelia.ff.de falſ.& no.cxc.incip.iudices, dummodo tamẽ non præceſſerit promiſſio ante ſententiã, ut per eum. & dixi ſuprà proxi.in vj.ampli.† cogitetque iudex ꝙ ſi ma 102
lè iudicet plus perdit, quàm pars quam iniquè condemnat,quæ ſolùm aliquid de facultatibus ſuis, ſed iudex honorem perdit & animam, quia tenetur ad damna & intereſſe utrique parti, ut per Doct. prædictos. Albericus in dictionario in uerſ. iudex. Roſarium in j. parte. ſerm. xxv.litera S.incip.tertiò.Et parte ij.ſermo. xxix.litera E. ſub tit.de conſilijs datis iudicibus.in iiij. documento, & duobus ſeq. † Et ſi eſt deterius quam fœnerari. nam fœ- 103
nerator reſtituendo ꝙ accepit, poteſt ſperare miſericordiam à Deo.Sed iudex corruptus pro x.ducatis non poterit

rit abſolui niſi reſtituat damna & intereſſe, quæ aſcendét forte ad mille. Et propterea dicitur in c.cùm æterni.de re iud.lib.vj.ꝙ caueant iudices maximè in ſententiis, quòd nulla ſit acceptio perſonarum, ſiue ſit ciuis ille, ſiue peregrinus nulla erit diſtantia perſonarum. Ita paruum audietis ut magnum, nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt. Deuter.c.j. Fel.in c.cum quidam.col.iij. de iureiur frater Lud.in tract. de Veritate contrit. in viij. præcepto diuinæ legis. eſt chart.lx.in fin.& ſeq. magiſter Renauld.in Speculo iudicum.char.ij.& iij. Et dicit Rota in antiquis deciſ.dcccxx. ne quod quidlibet. quòd iudex debet firmiter habere animum ad iuſtitiam, non obſtanti bus precibus magnatum, quia illa magis ei famam dabūt: Hoſtien.in ſumma de offic.ord.col.iii.& aduenæ non ſunt ideo ſpernendi. Guiliel.Monferrat. in proœ tit. de ſucceſ.

Peruertentia in dicium. regum.& dicit Apoſtolus quòd Græcis, & Latinis & Barbaris debitor eſt. refert Barb.lib.j.conſi.xliij.præclarè col. j.in c.nouit.in fin.princip.per illum text.de iud.nil uendicet, odium uel fauor uſurpet, timor exulet, præmium aut

104 eius expectatio iuſtitiam non euertat, † ſed ſtateram gerat in manibus, & lances appendat æquo libramine, præ oculis habeat ſolum Deum. de quo Bald.in fin.C. de pœn.

Boetius. iud.qui mal.iud.& Boetius lib.j. de conſol. metro viij.in. cip.nubibus atris.inquit: Tu quoque ſi uis lumine claro cernere uerum, Stamine recto carpere cœlum, gaudia pelle, Pelle timorem, ſpemque fugato. Nec dolor aſſit, nubila mens eſt, uinctaq; frenis, hæc ubi regnant. refert Maria in tract. de uiſitatione. lib.xj.q.vj. latius Afflictus in conſtitutione, ut uniuerſi.col.antepe amor & odium corrumpunt iudicium. Ariſt.parte xxvij.problem.xiij. Biblia Aurea ca.lxxiii.de iudiciis hominum falſis. Petrarcha in præfatione epiſtolarum.char.j. Alexand.de Neno in conſi. contra Iudæos fœnerantes. col.xxvij. Aret.conſil.clxv. Buſtus in Defenſorio montis, char.xxvj. colū.iiij. pulchrè in ſuo Roſario.lib.ij.ſer.xxix.litera i. & ſeq. Dantes in Paradiſo, cantu xiiij.ante fin.e poi l'affeto l'intelleto legat.pul chrè Hadr. Papa noſter in ſuo Quodlib.q.ij. colum. j. & char.xviij. col.j.& q.iij.colum.v.allegando.ij Rhetor. &

queſtio-

quæſtione iiij col.vij.uerſ.ad quartum. & ibi in fi.col. ix. & q.vj.pen.chart. allegat Philoſophum iij. Polit.c. xxiiij. dicere, quòd ſicut mens ſine affectu ſeu paſſione eſt lex, ita cum affectu eſt ſæuiſſima bellua. ubi col.pen. Ant. de Prat.in j.uol.conſiliorum.Barb.conſi.pen. incip. ſi contra uaſallum.col.fin.facit Papa Pius contra ducem Auſtriæ. epiſtola iij.char.v.Matthæus Boſius de regendo magiſtratu.cap.xiij.& tribus ſeq.Polyantea uerb. iudex. etiam in uerſ.iudicium.Guil.Rouille in tract.de deſcrip.iuſtitiæ & iniuſtitiæ.lib.iij.c.iij. col.v. Catilina in princ. ſuæ reſpon- *Catilina.*
ſionis,cõtra Cicer.dicebat,† Omnes qui de rebus dubijs 105
conſultant,debere in primis animaduertere,ne cuiquè uoluptati temerè aſſentiãt, ne uel liberum ingenium fauore aut iracundia peſſundent,imò eniti debent ne durent inuitis animis,ut omniũ rationes æquè circunſpiciant, nec in alterutram partem inclinent, donec luce clariores in apertum deductæ & ſatis peroratæ cauſæ uideantur. Difficile eſt enim commotis animis, & concitatis ingenijs uerum cuique perſuadere. de ira latè Luc. de Pen in l.ij. C.de exact.trib.lib.x.col.ij. & Diodorus apud Thucydidem. lib.iij.dicit quòd duo ſunt præcipuè ad bene conſulendũ contraria celeritas & ira c. ponderet. l. diſt.c. Deus omnipotens.ij.q.j.Specul.in tit.de req.conſil.col.vj. uerſi. item not.Fely.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. col.xiij.de conſtit. Albertanus lib.j.de ſyllaba quis. & lib.ij. de conſilijs dandis.colum.viij. Et rubr.ne petas conſilium ab irato. eſt in rubr.de Amicitia iracundi hominis uitanda. Bolog. in Theodoſiana in uerſi.unde eſt.char.x. Luc. de Penna in l.his tantummodo. C.de curſu public.lib. xij. Decius in procе.ſermonis poſt ſuum conſilium clj. Et dicit Imol. in cle.paſtoralis.col.vij.ubi ampla apoſtilla, † quòd ſenten- 106
tia lata tam breui tempore quòd ueriſimiliter apparet defectus cauſæ cognitionis,eſt nulla. latè Brunus in tract. de forma.chart.lxxxiiij.colum.j.Hippol.in l.qui cædem. colum.iiij.ff.de ſiccar.Et dicit Bald.in l.ab eod. iij.op. C. quomodo & quando iud.quòd quando pars eſt præſens, debet iudex admittere probationes, hinc inde audire, uentilare, diſcutere & trutinare in magno conflictu.quoniam,

107 niam, ut inquit Rota in antiquis, deciſ.dcclxxiiij.dic † ꝙ aliquotiens deliberatio ſæpe trahit hominem, & facit videri bonū quod antea malum apparebat. & Apuleius de Deo Socratis. char.j. nulla res poteſt eſſe eadem feſtinata ſimul & examinata. facit prouerbium Gallicorum, De ſol iuge breue ſentēze, & quòd dicunt antiqui, quòd tempus eſt pater veritatis, refert Gellius lib.xij.c.xj. philoſophum.. in fin.& ueritas eſt mater iuſtitiæ.Bald.in l.liberti ni.ff.de ſtat.hom. pulchrè facit Aretin. conſil.lxv. in præſenti dicens, quòd eſt magnæ mentis opus, licet ad pauca reſpicientes de facili enuntient. ſecundum eum in princ. poſt Philoſophum.& dicebant Bias philoſophus & Socrates, quòd cōſilio maximè contraria ſunt feſtinantia & ira.
108 licet ſecus in rebus bellicis, † in quibus plerunque plus ualet celeritas, quàm uirtus. Eraſmus j.par.prouerb.dccc-xxxv.tenenda bipennis. & ij.parte prouer.j. feſtina lente. iij.parte prouer.lij.ne de lite pronunties, & ſi non audiat allegationes, iudex tenetur de dolo. Angel. in l. ex maleficijs.§. ſi iudex. ff.de act. & oblig. & propterea Iaſ. in præfatione.j.ff.ueteris & j.C.laudat eum qui ſic cognoſcit ut is qui iudicatur, ita prius rationibus conuincatur, ut ſeſe meritò iudicatum fateatur. Richardus iiij.diſt.arti.j.q.j. dum loquitur de cauſa iudicij uniuerſalis. temerarium ergo puto uictoriam cauſæ cuiquam promittere, ut quidam aduocati nimium audentes faciunt, attentis tot contrarijs quibus iuſtum iudicium peruertitur. Specul.in tit. de aduoc.Rip.in tract.de Peſte, char.lxxix. nu.cxxxix. Imò laudandus eſt qui in quæſtionis caſu quamuis claro ubi per unam ſcientiam ſuccubuit adhibet ſocium in aduocatione ut boni medici in cura ęgroti, imò quandoq; aduocatus ob affectionem, qua proſequitur clientulum non bene cognoſcet uerum, ut dixi de iudice, propterea adeundo aduocatum finge te arbitrum, & propone ſibi caſum iudicādum, non conſulendum pro aduocato, & ceſſabit affectio & non decipieris. Purgato itaque animo & mundatis manibus. Paris de ſyndicatu. in uerſ. iudices puras debent habere manus. eſt charta xlv. & charta vj. colum. ij. uerſic.per ſyndicatores. Recordetur quòd onus iudicandi

Caueat iudex.

eſt

eſt graue.Lucas de Penna in l.fi.col.penulti.C.de uend.re. ciuit.lib.xj.Aret.in conſil.clv.periculoſum in princip.Nauis Stultifera chart.xij.de offic. iudic. pulchrè Hadrianus Papa noſter in Quodlibetis.q.x.col.antepenul.ubi allegat Eccleſiaſt.vij.†Noli quærere fieri iudex,niſi uirtute potēs ſis,&c.Alber.in proœ.C.col.iiij.nec debere reputari tale 109
onus leue,quod Ioſaphat tam graue exiſtimauit,&ibi pulchre,& quòd in eo iudicio quo iudicabit iudicabitur.Alber.ubi ſuprà.viij.c,Deus omnipotens.ij.q.j.facit Zachar. in ſermo.conſi.Piſani.col.j.Albertanus de uindicta facienda & officio iudicis.lib.ultim. Lucas de Penna in l.omnes colum.ii.C.de decur.lib.x.faciunt pulchri uerſus Senecæ, quos refert Iodocus in tract.de nobilitate.c.xiij. uos quibus &c. Quicquid à uobis minor extimeſcit, maior hoc uobis Dominus minatur.ubi alia adducit. facit Ang. in §. curare.col.antepenul.inſt.de act.uerſ.reſtat.& fuit dictum Xyſti Pythagorici,Iudicans homines,ſcito,quòd iudicabēris à Deo, & propterea maius eſt periculum iudicantis, quàm iudicati.Nam iudicabit iudices iudex generalis,ibi nihil proderit dignitas Papalis,ſiue ſit epiſcopus,ſiuè cardinalis,reus condemnabitur,nec dicetur qualis. Ibi nihil proderit quicquam allegare,neque excipere,neque replicare, neque ad ſanctam ſedem appellare. Reus condemnabitur.nec dicetur quare. Cogitate miſeri qui uel quales eſtis, quid in hoc iudicio dicere poteſtis, ibi non erit locus Codicis,ne Digeſt. Reus condemnabitur,nec quæretur teſtis. † etenim res iudicata pro ueritate habetur, 110
& tribuit ius non habēti. l.Iulianus uerum debitorem.ff. de condict.iude ubi Iaſ.col.ii.dicit quod iudex facit de albo nigrum,& de nigro album.l.res iudicata,ff.de reg.iur. Soc.in l.ſingulis.ff.de except.Curt.Senec.conſi.lxv.col.xv. & xxiiij.&alijs pluribus,ut in eius tabula.in uerſic.ſententia.præſertim conſil.lxxv.colu.viij. Alex.lib.ij.conſil.xxij. cxxiij.col.ij.cxxxvj.col.iiij.& lib.v.conſil.xxx.col.ij.& lib. iiij.conſil.xij & xvij.Et ſententia falſum mutat in uerum non eſſentia litis,ſed quo ad effectum.Bald.in cap.in præſentia renuntiet.facit eum filium qui filius non eſt, & patrem qui pater non eſt. & (vt ita dicam) ſententia eſt

altera natura, quia ius facit & originem creat. ſecundum Bald. qui allegat pro hoc l. j. in fi. ff. de lib. agn. idem Bald. in l. placet. C. de ſacroſanct. in repet. colum. vij. dicit quod orig. & ſententia pari paſſu procedunt, quia pro iudice præſumitur frater Sylueſter contra Lutherum chart. lxxj. prout præſumitur pro mandato principis in præiudicium tertii. Decius conſil. cxxv. colu. iij. Et procedit etiam pendenté cauſa nullitatis uel reſtitutionis in integrum. Felyn. in capit. quoniam contra. colum. xxij. de probat. Etiam ſi pendeat appellatio dicitur res deciſa per ſententiam. Decius in cap. ſuper literis. colum. vj. de reſcriptio. Hippol. in rubr. C. de probat. colum. xxxiij. ubi dicit quod facit notorium antequam retractetur: licet ſit retractabilis, niſi eſſet lata contra abſentem. Felyn. in cap. cùm Bertoldus. colum. ix. de re iudic. Sit etiam memor iudex quòd multùm præſumitur contra officiales, ſcilicet quòd plura mala ſciant & committant, quàm alij. gl. in l. defenſionis facul tas C. de iure fiſci. lib. xj. præſertim quando ſtatim fiunt diuites, ut ibi, facit Bald. in ca. cùm in iure. ad fin. de elect. quòd quando ſtatim locupletati vltra ſolita ſtipendia, po teſt ei fiſcus auferre, quia præſumitur turpiter quæſiuiſſe. & in l. j. ante fin. C. de hæred. uel act. uend. dicit hoc obſeruare tyrannos, quia rarò officiales ab eis recedunt cum pecunijs, & licet in hoc ultimo Bart. in dicta l. facultas, & Ange. ibi impugnent. Et Lucas de Penna. & Iac. Rebu. diſtinguant. tamen Barba. in ca. ij. de pecul. cler. Nizellus in cōcordia Bar. cxcii. incip. officialis. Decius conſ. vi. & clxxv: col. ij. tranſeunt cum gl. Item ſit memor ipſe iudex quòd ſi aliquid faciat contra conſcientiam, maximè ſi eſt doctus, præſumitur per dolum. Bal. in c. in noſtra de procur. Item quod ipſe habet plures inimicos, & eſt tanquam ſignum ad ſagittam. c. qualiter & quandò. el ii. de accuſ. Amedeus in dialogo de Amicitia. char. xxxvj. Sidonius lib. vij. epiſto. ſeu concione ij. incip. refert hiſtoria. ante medium, quia ueritas odium parit. Decius conſil. clxxxix. col. iij. ueiſi. ij. incip. lætatus ſum, Luc. de Penna in l. quotiens. C. de naufrag. lib. x. col. pen. Et dicit Pittacus. quem refert Margarita poetarū poſt Laertiū. Campanus de regendo magiſtratu.

tu.char.iij.ſe malle inter inimicos quàm inter amicos ſen tẽtiam ferre, nam ex inimicis alterum amicum ex amicis alterum inimicum futurum. Propterea non eſt ſatis prudẽs qui ſuſcipit in ſe compromiſſum. Bal.in c.ſuſpicionis. col.ij.de offi.dele.hinc Andr. de Iſernia doctor egregius fuit propter quandã ſententiam quam tulerat cõtra quendam Gallicũ Neapol.noctis tẽpore interfectus. refert Paris de Puteo in tract.Syndicatus char.vj. de exceſſibus cõſiliariorũ.ad fi.refert, & alia adducit Nic.Boerij.in cõſi.de cuſtodia clauiũ portarũ.char.v.col.ij.& iurecõſultos malè finientes refert Vdalr. Zaſius in oratione in laudẽ Legum habita, quæ incipit, ex multis, & caueat à ſocietate malorũ ne poſtea promittãt parti ꝙ facient eũ dare ſententiã pro ſe, & à meretricibus, neſciant eorũ ſecreta, quia propalant omnia. Angel.in l.item apud §.idem ait.ff. de iniur. Et ꝙ ſi in officio aliquid comedit tẽpore ſyndicatus, illud ad inſtar cibi digeret.gloſſ.in l.ii.C.de cohorta.lib.xij. Paris de Syndicatu in prin. Et ibi chart.vi. de officio Syndicatorũ. col.ii.dicit quòd Ange.de Aret.fuit in Syndicatu carceratus per annum.& niſi ꝙ omnia Collegia Italiæ conſuluerunt in ſui fauorem decapitabatur. Et conetur totis uiribus ſe intrinſecare inter medullas negotij, & quò tendat aperire oculos intellectus & ad finem dirigere, oculi non ſunt pro una die nec pro una concluſione, † ſed iuriſperitus totum proceſſum debet conſiderare, & quòd principium concludat cum fine & finis in ſuum principium recto procedat ordine, ut ſit alpha & o, principium & finis, id eſt quòd concluſio & concluſum conuertantur, ſicut diffinitio & diffinitum, & ex perſona actoris metimur actionem, & ex perſona rei metimur exceptionem & ſic actio formatur & cõdemnatio moderatur. ſunt pulchra uerba. Bal.in repet.l.Aemilius.colu.x.ff.de minor. Item & iudex debet cuncta rimari.c.iudicantem.xxx.q.v. Matthæus Boſius in tract.de gerendo magiſtra.col.iii. & ideo iudex dicitur oculus iuſtitiæ qui debet omnia uidere.in annotationibus uariis.char.128.c.xl.ante fi.& char.clii.uerſ.aſſeuerantibus.ſunt poſteriores Baptiſtæ Pij. Et inquirere ueritatẽ præſertim facti.l.ii.C.de eden.ubi omnes Mode. not. 111

Felyn.in rubr de calumniat.ubi refert de illo Sycophanta
de quo habetur in uita Aeſope,qui negabat comediſſe fi-
cus quos bibita aqua calida poſtea euomuit,& diligenter
uidere proceſſum,& elicere bene & prudenter dubia eli-
cienda,ſuper quibus ſi habet collegas,ab eis debet habe-
re conſilia. & collationem cum aduocatis partium qui de-
bent allegare ne poſtea poſſint dicere quòd alia dubia di-
miſit.ita formaliter Rota in antiquis,deciſ.dcclxi.ſciendũ.
ubi deci.dcccv.incip.not dicitur quòd non ſufficit uidere
proceſſus perfunctorie ſed bene & perfectè ne incurrat il
lud Eſaiæ ix.quod refert Hadr.Papa noſter in quodlib. q.
112 x.co.xxiiij.†ueritás.n.in omnibus principatum obtinet,&
eſt a quocunq; præferenda.ij.q.vij.c. quæritur. bene facit
Ang.conſ.cccxcj.ſub aliis.col.ij.ubi dicit,ꝙ triplex eſt ue-
ritas Roſarium Buſti libr. ij. ſerm.xxxi.litera l.& ſequent.
Decius in ca.quoniam contra de probat.iij.not.per illum
text.& in c.ſi duobus.col.iij.de appel. Et hoc conari debet
quilibet uir bonus & iuſtus iudex,ſecundum Hippol.in l.
j.§.ſi quis ultrò.col.iiij.de quæſtio.Marian.in tract.de te-
ſtib.in c.fraternitatis.iij.char.col.j. cum ad aliud deputa-
tus non ſit.Paul.de Caſt.lib.ij.conſil.clxix. uiſo puncto.in
prin.Barb.in Ioannina,colum.lvj.dicens,quòd propterea
illam inueſtigare tenetur.idem Corne.lib. iij.conſil.278.
113 uiſo & diligenter.litera l.ſubijciens † quòd ueritas eſt ma
ter iuſtitiæ.do. Alexa.de Neuo contra Iudæos fœnerantes
in conſilijs impreſſis poſt ſupplementum Piſanellæ. colu.
xxxij.allegat Eſdræ cap.iij.quòd ueritas magna eſt, & for
Veritas. tior præ omnibus,& Iſidorum de ſummo bono,ſic excla-
114 man.† O quàm magna eſt uis ueritatis quæ omnia inge-
nia, aſtutias, & calliditates ſuperat, quæ deniq; poſt Deũ
lataque figmenta ſeipſam defendit, quæ deniq; poſt Deũ
colenda eſt. Imo Deus eſt ueritas & uita,ergo amanda ſu-
per omnia.l.cùm ita legatum.ff. de condict. & demonſtra.
quia eſt mater iuſtitiæ.Bal.in l.libertum.ff.de ſtat.hom.&
in conſi.ſchiſmati.in princip.& eſt uera entitas.Bald. in l.
ſcire leges.ff.de legib.ubi Modern. in apoſt. plura glome-
rant prout etiam Bertach.in repertorio,in uerſic.ueritas.
Cæpol.conſil.lv.unus filiorum.col.i. Barbat. in Ioannina,
col.

col.clxiiij.uerſic.xiiij.& Ange.in l.ab antiquis.C.de teſta. allegat illud Scæuolæ, Veritati ſemper locum fore.& dicit Afflictus in deciſ.Neapol.ccliij.duo regij.colu.ij.quod ubi opponitur de ſtylo pōt replicari de ueritate, pro quo facit Albericus in Dictionario, in uerſic.ueritas.dicens, ꝙ Chriſtus dixit, Ego ſum ueritas, non autem dixit, ego ſum conſuetudo, facit Cyprianus Benetus in tracta.de authoritate Romanæ Eccleſiæ.chart.vij. allegando Iſidorum in capit. conſuetudo. j. diſtinct. uide pulchre Codrum ſer. vj.ubi de modo eam inueniendi ſecundum philoſophos. Et Claud.in Monarchia Franciæ.parte ij.cap. xiiij. dicit, quòd † ueritas bene demōſtrata & ſuſtentata ſemper uin 116
cit, quia nullo modo tolli nec lædi poteſt.Anchar. in reg. poſſeſſor.col.xiij.& licet uulnerari, nunquam tamen mori poteſt.Alberic.ubi ſuprà per text.in capit.ne quis.xxij. quæſt.ij.qui mihi non probat.facit Lācel.Politus in tract. de offic.aduocati. in rubric. de prudentia. circa medium. & † potius debet iudex permittere ſcandalum, quàm ue- 116
ritatem relinquere.Hadrian. Papa noſter quodlibet. j. eſt chart.vj colum. iiij. & quodlibet.iij.chart.xxix.colum.iij. facit liber Mirabilis prophetiæ. chart. xl. per Hieronymum Beniuenium.Non enim eſt ueritas immutanda propter ſubtilitatem Doctorum.l.in rebus. C.de iur.dot.no. Alber.in l.j. C.ſi ut ſe ab hæred . abſti. Et adiuuanda eſt, & non cum ingenij ſubtilitate laceranda.cap. cùm æterni de re iudic.lib.vj.cum alijs pluribus ſimilibus ut Calcan. conſil.j.colu.j.Et debet iudex ueritatis probationes ampliare,& eis fauere ut ſaluæ ſint iuribus allegatis per Hippol.in l.j.§.ſi quis ultrò.col.iiij.ff.de quæſtion. † Et iram 117
Dei ſupra ſe prouocat, qui ueritatē opprimi proſpiciens, eam pro uiribus non defendit.xj.q.iij.c.quiſq;.& c.nolite. Hadria.Papa noſter in Quodlibet. q xj.litera f.Scrutiniū chart.ij.ubi chart.iiij.dicit, quòd non ſolum eſt proditor ueritatis, qui palàm mendacium dicit, ſed qui liberè ueritatem non defendit ubi plura in char.ſequ.& charta.133. ubi dicit, quòd ueritas falſitate aliquando oppugnari poteſt, expugnari uerò nunquam: quia ueritas omnia uincit, gl.in uerbo, iniuriarum.in fi.in c.conſuetudo.8o.diſtinct.

Hoſtien.in cap.in audientia.de ſenten. excommuni.& ueritati omnia cedũt.cap.fraternitatis.de frigid. & malefic. & ueritas ſuper omnia eſt amanda.l.ſi cui ita legatum.ff. de condict.& demonſtr.Alexand.lib.iiij.conſ.lxij.in Chriſti.in princip.& in paucis conſiſtit, nec deſiderat uerborum adminicula.Barbat.lib.j.conſil.lxij.col.ij.Aret.conſ. cxlix.paucis.cap.non mediocriter. de conſecrat.diſtinct.v. capit.odi xxiiij.quæſt.j.l.j.C.ſi ut ſe ab hæred.abſti. Propterea dicebat Lactan.in iij.quòd Deus hanc rei uoluit eſſe naturam,ut ſimplex & nuda ueritas eſſet luculentior, quia per ſe ornata ſatis eſt.Ideoque ornamentis extrinſecis additis fucata corrumpitur.mẽdacium uerò ſpecie placet aliena.refert Eraſmus j.parte.prouerb.cclxxxvj. & ij. parte prouerb. etiam cclxxxvj.putre.falſamentum amat organum.hinc dicimus ueritatis ſimplex oratio.ſuperuacuo igitur quærenda eſt egregia dicendi perſuadendique uis aliqua,ſed per ſe purus nitidusque ſermo.In laborata pictaque putetur dubia ueritas ipſa.qui autem illam impugnare uult,talis inuadit utrunque poteſt.qui autem ueris aggreditur rationibus, re uera ſemper expugnat, debetq; iudex illam inueſtigare, ut dixi etiam per diſſimulationem,exemplo.Salomon.in cap.afferte.de præſumpt.de quo Pau.de Caſt.in l.ſciant.C.de probat. Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore.col.51.de uſucap.& Caroli Magni,quem ſupra retuli in ſexta ratione partis affirmatiuę de bono prolis.facit.l.obſeruandam.in fin.ff. de offic. præſid. gloſſ.in cap.quomodo uirginibus.xxxj.quæſt.j.Decius conſi.151. colum.xij.Hippol.in l.de minore.co.iij.ff.de quæſtio.ubi loquuntur de diſſimulatione iudicis.& ſingu.clxxvij. malitiis.Decius in l.ea eſt natura.ff.de reg.iur. Et dicit Bald. in rubr. de probat. quod iudex debet facere ut medicus. pulchrè Barbat. in capit.ſi ſacerdos.colu.iij. de offic.ord. Anch in regula.poſſeſſor.colum. xiij.eſt circa fi. j. quæſt.
118 & circa.fin.iij.quæſtio.† Et quod iudex debeat inquirere ueritatem per plura,& pulchrè tradit Paris de Syndicatu in uerſi. ſententia.§. reſtat. eſt.col. penul.uerſic. & aduertendum.quod dictum eſt char.lxxvj. Paulus de Caſtr. lib. ij.conſi.ccci.ego Paulus.ubi dicit quod iudex debet toto

poſſe

poſſe defendere ueritatem, & eam iuuare quando ipſam manifeſtè comprehendit, & reſiſtere calumniis, & punire periuros, & mendaces, in eis onus probationis transferendo. Idem Barbat. lib. ij. conſil. xlvij. incip. præclare. Ancha. conſil. cccxvij. in cauſa. in primis uerbis. Lucas de Penna in l. quotiens. C. de naufrag. lib. xj. Et propterea dicunt Doctor. in l. ij. C. de eden. ubi Iaſ. iiij. c. co. † quod teſtes debent iurare & deponere pro utraque parte, & ſi recuſent redduntur ſuſpecti. pro quo Bald. in l. peremptoria. colu. fin. C. ſenten. reſcin. non. poſſ. quem ſequitur Riminald. in l. ſi de certa. C. de tranſact. col. j. facit Maria in cap. fraternitatis. de teſtib. colum. penul. uerſic. xlix. ſi per alteram. ubi Fely. colum. x. Bartol. in l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. colum. penultima. de iureiuran. Bal. lib. iij. conſil. clx. factum. in fin. colum. ij. Curtius in authen. hoc ſacramentum. colu. j. C. de iuramen. colum. Ang. inſtitut. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. in fin. Alexand. in l. j. circa finem, C. vt quæ deſ. aduoc. iud. ſuppl. Et per authoritates prædictas ſaluatur id quod alias uidi practicari, nam reus contra actorem exhibuit libellum reconuentionalem, iuxta materiam in auth. & conſequenter. C. de ſenten. & interloc. & titulum extra de mut. pet. quando actor uoluit probare intentionem ſuam, & fecit iurari teſtes dato termino reo ad exhibendum interrogatoria, ne alias examen eſſet nullum. Practicus Papien. forma iuramenti teſtium: in gl. in uerbo, citati. reus reproducit ribellum ſuum reconuentionalem loco interrogatoriorum ſuper quo petit teſtes, aduerſantes interrogari. Caue tamen, quia ſit reproducendo uideris renuntiare oppoſitioni contra perſonam teſtium, quia uideris eos approbare. Innocen. & omnes in capit. præſentium. de teſtib. Lanfr. in repetit. cap. quoniam contra falſam. in uerſic. teſtium depoſitiones. col. xij. uerſ. ſed pone teſtis. contra eſt notab. iiij. Et quod poſſunt interrogari aliam de reconuentione, ſeu exceptione competente reo, Specu. in tit. de teſte. §. iam de interrogatoriis. col. iiij. uerſic. in ſumma. Hippol. in l. de minore, §. tormenta. col. ij. uerſic. ulterius circa. ff. de quæſtio. ubi ſi teſtis producitur contra me, ego eundem produco con-

Contra calumnioſos

119

tra partem, prius examinabitur expenſis partis cõtra me, poſtea expenſis meis pro me, dicens hoc uerum quãdo ſuper diuerſis articulis: ſed quando ſuper articulis unius partis, debet ueritatem pro utroq; dicere. & hoc uidetur obſeruare curia Romana, ut colligitur in formulario aduocatorum. ccv. ubi ponitur forma interrogatoriorum. hinc aliàs dicebam non placere illam practicem qua utuntur examinatores teſtium. quia ſi adiunctus uult interrogare teſtem ſuper materia de directo contraria, nolunt quòd teſtis reſpondeat, quaſi tale interrogatorium impertinẽs. & dicũt faciat pars aduerſa capitulo, & probet ſi uult: nam ut patet ex præmiſſis, teſtis debet reſpondere pro vtraq; parte. Ergo debet etiã deponere ea quæ ſcit de materia de directo, contraria capitulis producentis. Nõ obſt. quòd eſſet iniquum ſic facere, nam pars mea aduerſa ex quo ſemel produxit ſi ille teſtis aliquid dixerit contra eã, non poterit impugnare, quia uideatur eius perſonam approbaſſe. Inn. in d. c. præſentium. & Lanfr. ubi ſuprà. Quia reſpondetur, ꝙ quantum, ad perſonam, fateor contrariũ, ſed ſibi imputet ſi producit teſtes inhabiles. quantum ad dictum reſpondeo, ꝙ nihilominus poterit impugnare, qa nõ uidetur approbare id quod ignorabat, ſcilicet ꝙ deberet deponere contra eã. Henric. Boich. in d. c. præſentium. co. j. & ſentiunt oẽs dum dicunt ibi de ſuſpicione nouiter ſuperueniente teſti. & Innoc. met. ibi ante fi. & ſequitur Bal. in Margarita. in uerbo teſtis. in fi. col. vij. uerſic. proteſtans contra teſtes. ſentit quòd circa hoc non dicuntur approbari. Non obſt. Io. And. ad. Specul. ubi ſuprà. col. ij. quẽ ſequitur Albericus in tract. de teſti. char. xiij. ſub rub. de interrogatoriis. col. j. ubi ſi capitula ſint de mutuo, non debent fieri interrogatoria de ſolutione, ſed debeo facere nouum capitulum. Quia reſponſio patet ex dictis Aret. in d. l. ij. C. de eden. limitantis hoc non procedere quando ſolum iurauit teſtis ſuper illo articulo de mutuo facto per producetem, & adiunctus interrogabat teſtem, nunquid conuentus redíderit eidem pecuniam mutuatam. dicit enim Aret. quia non erat iuratus de hoc non tenetur reſpondere. imò ſi. reſponderet, non crederetur.

Secus

Secus autem ſecundum eum, quando teſtis iurauiſſet ſuper tota cauſa:quia tunc benè procederet eius opi.& alio rum ſuprà relata,etiam ſi pars daret poſtea articulos ſuper quibus uellet dictos teſtes examinari.Fely. in c. de teſtib.col.fi.de teſt.&.utraque uel altera parte petente, debet teſtis iurare ſuper tota cauſa.Felyn. in c. per tuas. col. pen.de teſti. & in d.c.de teſtibus. col.fi.eod.tit. dicit quod in dubio ita præſumitur iuraſſe, poſt Imol. quem tamen aliter refert Lanfr.in d.c.quoniam contra. in uerſ.teſtium depoſitiones.col.xiiij.uerſ.quæro nunquid iſtud. & idem quod Felyn.tenet. Ange.in l.ſi quis libertatem.§. quotiès. in fi.ff.de pet.hæred.& eſt de mente Lanfr.in princ.d.glo. teſtiũ depoſitiones.Idẽ uolunt Alberic.& Alex.quos ibidem refert Iaſ.col.pen. in l. ſi duo patroni. §. idem Iulian. de iureiur. Aduerte tamẽ,quia hoc iurare ſuper tota cauſa poteſt eſſe commodum & damnum producentis.Marianus in c.fraternitatis,de reſti.col. xxviij. eſt in ſi.vij.articuli principalis.commodum patet,ſi deponāt aliquid prò eo extra articulum, damnum, quia publicatis atteſtationibus non poſſunt etiam ſuper diuerſis articulis amplius teſtes recipi,eſſet benè cogitãdum, quia non inuenio hoc benè declaratum, & practica uidetur obſeruare quod ſuprà dictum.eſt licet iudicio meo melius eſſent ſeruare op poſitum ad euitandum impenſas & abbreuiandum lites. l.terminato C.de fruct.& lit.expen. Præterea ſi pars met tenetur reſpondere ueritatem contra ſe propter iuramẽtũ calumniæ quod pręſtatur, in quo continetur, Etſi quę retur uerum,non inficietur. Practicus Papien. in for. lib. in act.regali.gl.fi.quæ incip.per ſacramentum calumniæ. quanto magis teſtis in quo ceſſat ratio §. his authoritatibus.uerſic.tibi dico.de Pœni.diſt. i. † Itẽ pro ueritat e de- 120
fendenda ſi iudex uideat teſtem eſſe ſuſpectũ, debet illum ad unguem examinare, & inuoluere ſi poteſt.Bald. in l.j. col.j.de conſtit. in cap.ij. in fi.de confeſ.Alex. lib.v.conſi. clij.uiſis narratis.col. iiij. & ſeq.col.iiij. Decius in c. licet cauſam.col.v.de probat.Felyn.in cap.cùm in tua. col.j.de teſtib.non tamen facere interrogatorie impertinentia. Felyn.in cap.per tuas.col.pen. de teſt.ubi dicit quomodo debeant

Teſtis ex inuolua tur cũ interrogatoryſ.

Ex facto oritur ius. debeant fieri & reſecari. Et dixi quòd ueritatem facti debet diligenter iudex inquirere: quoniam ex facto ius oritur. l. ſi ex plagij. §.cliuo.ff.ad l.Aquil omniũ.C.om.agr. deſer. libr. xi. Et Carmelita ecloga ix. Vera loquar,tu iura tenes,ego facta docebo.Iudicium uerum reddit enarratio uera.bene facit Bald. lib. j.conſil.cccxix.à capite.imò nec eccleſia poteſt ſequi ueritatem quam neſcit.Prepoſ. in c.literas.col.iiii. de frigi.& malef. Bald.in c.quæ in eccleſiarum.col.iii.de conſtit. quòd veritas de terra orta eſt de factis hominum & iuſtitia iudicũ, poſtea de cœlo proſpexit in allegationib. d. Baptiſtæ Caſtellione impreſſis poſt ſingularia Cremen. col.j.ubi allegat. Lea eſt natura. ff.de regul.iur.quòd modica facti uariatio inducit magnã diuerſitatẽ iuris.Et propterea Scæuola de more reſpondebat ſecundum ea quæ proponerentur. Bartol.lib.iiii.cõſi. lxx.ubi epiſcopus. col.vj. Decius ſæpe in princ. conſiliorũ ſuorum.Et in facto etiam prudentiſſimi errant. c.licet de conſtit.lib.vj.l.fi.ff.pro ſuo. clarius in l.ii. ff.de iur. & fac. ign.non enim preſumuntur facta niſi probentur.d.c. licet. allegatur vulgò l. in bello .§. factæ .ff. de cap.& poſtli .reuer. Tu pro ſolatio uide quomodo hoc probetur in illo tex.Ideo melius probatur in l.quæcunque.§.pen. ff. de publi.cum ſim.ut Bald.lib.ij.ultimæ.impreſſionis.conſil.cxcviii.incip. ſtatuto ciuitatis Tergeſti. Panorm per illum tex.in cap.cum iure peritur, de offic. deleg. Aret. conſil.lxxxviii.in præſenti.colum.fin.allega.l.conſil.§. fin . ff. de cur.fur. Socyn.in conſil.xxvij.colum.iij. alleg.l. j.C.de prob.& l.aſſeueratio.C.de non nu.pec .Ideo potius allega iſta iura quam illum. §.factæ. Et propterea oportet ꝙ

Secundũ probationes. coram iudice ſit probatum, quia iudex cui nihil conſtat, nihil agit. Eſt enim iudex quoddam prædicamentum quod prædicatur. de prolatione Bald.in cap. fin. de iure-

121 iur.& ideo † debet iudicare ſecundum allegata,& probata.l.illicita.§.ueritas.ff.de offic.præ ſi. ad quam Ange. inſtit.quib.mod.tut.fi.in princip.in §.ſi minus co.v.inſtit.de act.Paris de Syndicatu.char.xlix. in uerb.iudicare col. iij. Bertach.in tract.de epiſcopo.iiij.par.iiij.libro. eſt charta xlvij.q.xj.late & mortaliter Luc.de Penna in l. quicunque

C.de tab.& ſcribis.lib.x.quem ſemper uide Angelica in. uerb.iudicare.§.vij.incip.utrum iudices. Fely. poſt Barb. in c. paſtoralis.§. quoniam.col.fi.de offic. deleg. ubi ponit vij.[illegible]len.ad quartam dum limitat in iuriſdictione uoluntaria,quia in illa iudex debet ſequi indiſtinctè conſcientiam,quia pro omnibus Deum in omnibus cauſis iudicẽ credendum eſt.l.properandam.§. ſinautem reus. in fin. de iudic. Hadr. Papa noſter in Quodlib.q.xi. eſt char. lviij. col.ij.ubi reprobat Hoſtien.& Card.qui tenebant contrariũ. Adde Philip.Dec.in l.antepen.quæ incipit, bonorũ. ad fi. C. qui ad ubi dicit idem quando conſcientia iudicis nemini nocet.facit.Aneharanus conſi. ccx .facit dubium. in fin.dum dicit quòd ſi inter coniuges ſit lis, nec liqueat de caſu eorum, conſcientia eſt in manibus eorum relinquenda.dixi in iij.ampliatione de ſene. Idem uult Curt. Iunior.in d.l.antepen.qui addit ultra Felyn.aliam limitationem,uidelicet quòd ſi pars fatetur iudici in ſecreto ueritatem cauſæ,licet.ex actis non poſſit de ueritate conſtare,tamen iudex nunquam debet iudicare contra illã confeſſionem. Fely.in cum uenerabilis.col. xiij. de except. Alex.in l.ſi is ad quẽ.ff.de re iud.Catell.in ij.parte memoral.in uerb. iudex debet,iudicare.quia ac ſubleuamen. bonorum,non ad tutamen malorum inuenta eſt tela iudiciaria.Papa Pius epiſt.v.chart.j.ubi dicit quòd ueritas eſt iudicij domina. huic ſeruiant iudices neceſſe. & ibi melius charta.vj.facit Cic.circa medium.ij.Officiorum, dicens, quod iudicis eſt ſemper in cauſis uerum ſequi patrem,nonnunquam uerisimile etiam ſi minus uerum ſit defendere. pulchrè Vdalr. Zaſius oratione xij. incip. apud literatos.latè & pulchrè Roſa.Buſti lib.ij. ſer. xxxj. litera x.& ſeq. Et dicit Bal.in l.fin. C. pœn. iud. qui ma. iud.pen.not.quod qui facit ſecundum conſcientiam, licet faciat contra iuſtitiam ſcriptam, non incidit in pœnas. c. cum æterni. de re iudic.lib.vi.facit Anch.conſil.cxcj.de pluribus quæritur. & quod dicam infrà charta proxim. Angelica in uerb.reſtitutio.el.j.§.viij.dicens, quod iudices non excuſantur ſi ſcripturæ porrectæ appareant de contractu licito, ſi conſcientia eis dictat q̃ ſit uſurarius.

Secundum conſcitiam.

Nũquã contra ueritatem.

Lud.Nitaldus in tractatu de reprob.ſcientiæ Pilati. quem refert Ioan.Montolon.in Promptuario Iuris.in uerb. Ieſus.eſt in j.parte.char.cccxxxvij.in fi.& char.ſeq. facit Paulus de Caſt.j.uolum.conſil. ccclxxx. incip. iudex eſt miniſter Dei in princip.Ang.in l.fi.C.de teſtam. dum dicit veritati ſemper locum fore.licet Corneus contra ſaltem in cauſis pecuniarijs, libro ij.conſil.xxiij.ego quoque . circa finem.uide Ioan.Andr.in addit.Spec.in titu. de diſput. & alleg §.ſicut iij.& authoritas.ll. non poteſt ueritatem naturalem tollere ſecundum Bald.in ca.contingit. col.ij. de reſtit. ſpol. & Bertach. in d.tractatu de epiſcopo, limitat etiam ubi agitur de ætate. Item quando agitur de materia confinium. Item quando ipſe uidet aliquem portantẽ arma,quia in iſtis poteſt iudicare ex his quę uidit,licet nõ conſtet de actis.pulchrè in propoſito Ang.conſil.cccxliij. in cauſa. col.fin.& ſeq.incip.primus punctus. Et hæc fortius procedunt in arbitratore,qui tenetur ſequi ueritatẽ, undecunque eam habeat etiã per garritum auium. Curt. Senior conſil.xxiij. ego quoque. circa fin. fortius in principe, qui ſecundum Paridem de Syndicatu. in uerb. ſententia.col.ix.in fin.ſolùm debet iudicare ſecundum naturalem æquitatem & ſubſtantiam ueritatis, omiſſis ſolennitatibus iudiciorum inductis à iure ciuili: quia coram principe iura ciuilia non allegantur pro authoritate. & de eius proprietate ſemper eſt, ut quandocunque cauſa ſibi de iure decidenda committitur,intelligitur ſola facti ueritate inſpecta.Curt.Senior conſi.lxv. ſuper præmiſſis. col.vj.uerſi.in abſoluta.Decius conſi.xj.col. fin. Brunus in feudal.conſil.lxxxij.col.j. & in tractatu de forma. charta lxxxix.colum.ij.Iacobinus in inueſtitura. in uerb. princeps.colum.iij.uerſi. nunc addo uobis.& uerſ. octaua ſpecialitas. ubi dicit quòd debet iudicare ſecundum ſuam cõſcientiam.& ſi aliter facit,peccat.hoc etiam dicit Curt. ubi ſuprà.Iaſ.in §.ſed iſte.colũ.xxix.inſtit.de actio. Et quia ſententia eius eſt irreuocabilis,ideò debet fieri cum maiori maturitate.Bal.in l.ne cauſas. C.de appel. & conſcientia eſt ſenſus ſanæ mentis.Iaſ.in l.ſi ſic.viij.not. de leg.j. & forus conſcientiæ & ueræ iuſtitiæ idem eſt.Bal. Præpo.in

c.j.col.j.in ti.quæ ſunt regalia. & in quo nec fictiones nec præſumptiones attenduntur. Iaſ.in rubr.ff.de acquir. hæred.in fi.l.& ſi inutiliter.col.ij.C.de fideicô. Et an leges in foro conſcientiæ ſint ſeruanda, uide per eum in dictis locis.& in l.nemo poteſt.ff.de leg.j.Peruſ.in ca.ſi pater. col. fin.de teſtam.lib.vj.Natam in cle.ſæpe.§.j.col.xij. de uerb. ſig.Decium poſt Fely.in cap.j.de conſtitut.col. ix. Felyn.in cap. Eccleſia S.Mariæ.col.xiiij.& ſeq.eod. titul.Ferratium cautela.xix.incip. ſententia. & Felyn. & Decius & Iaſon ponunt quid in præſcriptione in iure accreſcendi,in fraude gabellæ, in deceptione contrahentium, in electione non ſeruata forma. per Bald.in l.uniuerſa. col. penult. C.de preci.imper.offe. Quid in pœnalibus? Quid in damno dato? Corſet.ſing.cxxj.in foro animæ. & in uerb.forus. & Bald.in prælud.feudalib.char.iiij.ubi ponit an contrauenìens legi peccet mortaliter. de quo dicit Chriſtophorus Caſtel.in diſput.ſtatuto.col.j.Monferra.in c.j. de conſtit.lib.vj.el ij. Et quæ dicantur bona noſtra de iure,& nô de conſcientia,uel econtrà.Bal.in diſput.incip.ſtatuto cauetur.colum.iiij.& ſequenti.& an habens rem iudicatam pro ſe,facta executione, compertus habere iniuſtitiam, ſit tutus in conſcientia.Fely.in capitul.nouit. colum.v. de iudic. quòd non imò poteſt conueniri per denuntiationem Euangelicam. Veritatem itaque facti intelliget iudex, uel ex partium aſſertione.l.fin.C. ſi per uim, uel alio modo. uel ex probationibus. Et propterea dicimus quòd in probationibus ſtat cauſarum pondus. Bald. in l. ingenium. ff.de ſtatu homin.in l.matrem.poſt Cyn.C.de probatio.& licet ius non deficiat, deficiet tamen quandoque probatio.l. duo ſunt Titij. ff. de teſt. tutel. ubi dicit Bald.quòd deficiente probatione,deficit ſubſtantia cauſæ. Et debet bonus iudex animum ſuum confirmare argumentis & teſtibus, quæ rei aptiora & proximiora ſunt, & non dirigere animum ad unam ſolam ſpeciem probationis.Fulg.conſil.cxxxiij. proponitur. colum. fin. Paulus de Caſt.lib.ij. conſil.cccij. ego Paulus. & clxix. uiſo puncto.col.ij.Anchar.conſi.cccxvij.in cauſa. in princip. & cclxxvij.Curtius in repe.l.admonendi.ff. de iureiur. colum. lxxviij.

In probationibus ſtat cauſarũ pondus.

Non debet iudex artare ad unam ſpeciem probationis.

lxxviij.Barba.lib.ij. conſil.xlvij.incip. præclarè . in primis uerbis.& alibi ſæpe in cōſilijs ſuis.Et debent cōiungi probationes imperfectæ ad faciendum unam plenam probationem.gl.fi.ubi Fely.in cap.cùm cauſam.col.iiij. de probat.in cap.cùm Ioannes.colum.iiij. de fid.inſtrum. Catel. in ij.parte Memoral.in uerb.iudicia.Alex.lib.j. conſil. liij. in cauſa uertente. col.iij. Anchar. conſilio cccxvij.in cauſa . in princip.& cclxxvij. Fulg.conſil. cxxxiij. proponitur. colum.fin.Iaſon defendens Bald. in l.Gallus.§.fin. col.iij. ff.de liber.& poſthum.Rom.ſing.ccij.&.ſeq.Et dicit Bald. per gloſ.ibi in cap.accedens. ad fin.ut lit. non conteſtata. quòd non oportet quòd omnes allegationes concludant de neceſſitate, quia una allegatio iuuat alterā & ex pluribus conſiderationibus fit una conſideratio ſufficiens. & dicit eſſe notabile,quoniam & quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.cap.illo uos.de pign.l.ſpadonem.§. qui iura multa.ff.de excu ſ.tut.cum ſimi. ut Barbat.libr.j. conſilio xliij.præclarè . colum.ij.& lib.ij.conſil.vj. & ſequen.Soc. qui dicit quòd etiam deſtruunt conſil.cxviij.pulchrè Barbat.libr.iiij. conſil.lxxij.ſapienter. colum.vj.Prædicta tamen intellige ſanè ſecundum,ꝙ latè declarat Iaſon in repet.dictæ l.admonendi.ff.de iureiuran.col.lxxxij.& tribus

122 ſequentibus. † Et ſic patet quòd probatio & teſtium fides tota eſt in iudicis arbitrio.l.iij.§.j.ibi, tu magis ſcire potes.ff.de teſtibus.ca.ex literis. ubi Decius iij.not. de probat.ubi poſt Bart. & Paul.de Caſt.dicit, quòd licet teſtes clarè probent: iudex ſi ei uidebitur poterit fidem non ad hibere,& econtrà.tale tamē arbitrium debet iudex regulare prout bonus uir, & ſic ſecundum leges rerum abſoluere. Bartolus in l.Lucius. in fin.ff. de infamib. & l.crimine.ff.de adulterijs.Hippol.in l.quæſtionis modum.col. v.ff.de quæſtion.ſequitur ſimpliciter opin. Barto. & Paul. idem Decius conſi. xciiij. colum.j. cv. colum.v. & clxiij.in cauſa matrimoniali.colum.ij.& conſil.ccxxxiij.col.pen.& idem uult Paulus de Caſt.conſil.cxliij.uiſo proceſſu. col. ſecunda, libro ſecundo. quem ſequitur Socin. conſilio ccxlij.in cauſa magnific.colum.antepenult. dicens, quòd licet teſtes ſingulares non probet: poteſt tamen iudex

Probatio in arbitrio iudicis.

Regulare arbitriū ſuū ut bonus uir.

illis fidem adhibere, ſi ex eorũ dictis in credulitatem deducitur, licet iudices capitoſi credere nolint. idem Socin. conſilio clxxxvij. in controuerſia: col.iij. & in iij. volum. conſil.xxxvij.colum.pen.Hippol. in ſing. cxiiij. incip. vulgatum & tritum. † quod iudex poteſt plenè credere teſti 123
ſingulari quando eſſet perſona nobilis. Idem tenet ipſe in l.j.§.quod uulgò.colũ.iiij. & xij. & in l. ſi quis ne quæſtio. col. xxxiij.ff. de quæſtionibus. Franciſcus Brunus in tractatu de iudicijs & tortura. charta j. colum.ij. Cacialup.in repet.l.admonendi. de iureiurand.colu. xxix. & lv. ubi Curtius Sen.colum.xxxiij. de quo dubitat Cacialup. ibi propter text. in l. ut iuſiurandi. C.de teſti. gloſſ. in §. j.in uerb. per dignitatem. in authentic. de teſtib. tu uide Iaſon.in l.Gallus.§.ille caſus. iij. colum.ij.lect. de liber. & poſthum. maximè ubi proceditur ſola facti ueritate inſpecta, quo caſu iudex poteſt eredere probationibus perſuaſiuis, licet non perfectè concludentibus. ſecundum Aretinum conſilio lxxxiiij. & cxxvj. quem ſequitur Iaſ. & Socin.in l.certi condictio.§.ſi nummos.colu.j.ff.ſi cert.pet. Claud.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus. colum.v.ff. de uerb.oblig.Felyn.in c.j.col.xv.de conſtitu.Decius conſi.ij. colum.iij.& in c.dilecti col.iij.de iudi.Idem Socin.conſil. cxxvj.colum.ij.contrarium tamen uoluit Paris de Syndicatu.in uerb.ſententia.c.utrum iudex.uerſi.& adde. Bart. eſt chart.lxxiij. Alex.lib.iiij.conſi lxxx. uiſo proceſſu. col. fin.Socin. conſil.ccxxj. colum.ix. quorum opin. fortè non procedet, quando etiam talis clauſula eſt adiecta ſolùm in procidendo, non in decidendo.Iaſ.in ſimili.in l. ius autem.ff.de iuſt.& iur.col.iij.uerſ.iiij.iſtam materiam.Et ꝙ ſit in arbitrio iudicis: latè tenet Barb. conſi.vij. incip. ſapienter non fallor.colum.vj.in fin.& conſi.ſeq.col.x. libr. ij.& dicit Riminal.in l.ij.vlt.not.C.de eden.quòd eſt in facultate iudicis adhibere fidem uni teſti, uel non. ex his quæ uidit, & audiuit in teſtificatu. Idem uult. Iaſon in l. ſuis. ad quem colum.v.ff.de acquirend.hæred.quòd iudex etiam poteſt non credere inſtrumento. & dicit Felyn. in c. auditis col.xj.de præſcript.quòd iudex ſi uidet inſtrumentum continere non uerisimile, licet contineat poſſibile, non

In arbitrio iudicis.

Veriſimile.

non debeat eidem credere. Facit Socyn. in iij.uolu. conſil. xxviij.col.iiij.uerſic. præterea. & conſi.xcviij.colū.ij. Curtius iunior conſi.xvij.col.ij.Barb.li.j. conſil. xxxij. ſcribi-
124 tur.col.ij.& lib.iiij.conſi.lxxxiiij.ſupremus.col.fi. & lxxx. quàm egregiè. col.iiij. ubi dicit † quòd ſemper debemus ſequi ueriſimile.c.quia ueriſimile. de præſump.ubi Fely. l.non eſt ueriſimile.ff.quod met.cauſ.Curtius in tracta.de teſti. conclu.xxix. & xxxij. Corſ. ſing.ccclviij. Felyn. in c. auditis. col.xij.de præſcrip.Et minus ueriſimile excluditur per magis ueriſimile. Calcaneus. conſil.lxj. uentura. colum.vj.uerſ.& ideo tollitur.Iaſ.in l.ſi extraneus. col.ij. ff.de condict.cauſa data.Hipp.in rubr.C.de probat. colū. xxv.in l.j.in princip.col.xv.de quæſt.& in §.j.col.vj.eod. ti. Debet tamen iudex in ſententia cauſam exprimere propter quam non credit plenæ probationi, ex quo recedit à regulis communibus. Decius in c. conſuluit. el.j. de probat.Fely.in c.j.col.xiij.uerſic.ex prædictis adde. & in cap. quæ in eccleſiarum.colum.xix.in ca.eccleſia.col.ix. uerſic. ij.limita de conſtit.& aliàs tenetur ſtare ad id quod eſt ſcriptum,ne teneatur in Syndicatu. Felyn. in cap. cùm ueniſſent.colum.j.de teſtib.Et ſibi debet conſtare de qualitate unici teſtis,cui plenè vult credere propter illam qualitaté, ita Barb. conſi.xxix.illud. col. fin.lib.j. & alibi ſæpe Doct. Iſtis enim authoritatibus & dictis nouiter aggregatis poteſt aduocatus & iudex uti ad conualidandum probationes ueritatis,non autem iniquitatis & mendacij.

Ioannes Neuizanus de Butigleria capitaneatus Aſten. diœceſis Taurinenſis,ciuis Aſten.& incola Taurinenſis.

LIBRI QVINTI FINIS.

SYLVAE NVPTIALIS LIBER SEXTVS.

ARGVMENTA.

1 IVdex communi opinione non informatus ſequatur textus legiſlatoris.
2 Stante opinionum ambiguitate aut diuerſitate, inſequenda eſt mens legis.
3 Opinionum differentium illa ſequẽda eſt quæ eſt iurium amica.
4 Iudex redditur excuſabilis ubi exiſtens in dubio eligit opinionem quam ſua dictat conſcientia.
5 Peccatum quandoque impedit ueritatis deciſionem & agnitionem.
In maliuolam enim animam non introibit ſapientia.
6 Dubium rationabile & circa legem difficilem quandoque iudicem excuſat à deciſione iudiciali.
7 Stante opinionum dubietate ſtandum eſt ſaniori & ſanctiori, & pugnandum eſt pro ueritate.
8 Iudex tenetur partibus concordiam perſuadere.
9 Lites iudiciales euitandæ ſunt.
10 Deſiſtens à lite an præſumatur de ſuo iure dubitare.
11 Doctores non debent ſe litibus iudicialibus immiſcere.
12 Boni uiri lites iudiciales execrantur, eligentes ſuum ius indiſceſſum relinquere, quam liti ſe exponere.
13 Pax certa præualet ſperatæ uictoriæ.
14 Aduocati multa poſſunt animarum ſuarum pericula incurrere.
15 Mens rectrix eſt diſpoſitionum.
16 Deus ſolus ſcrutator cordium eſt, poteſt tamẽ per indicia præſumi uoluntas & intentio alicuius an ſit recta uel non.
17 Vitæ conſcientiam oſtendit.
18 Mens & uoluntas teſtatoris eſt in teſtamentaria diſpoſitione conſideranda.
19 Teſtatoris uolũtati cõtraueniẽs dicitur pietatis iura uiolare.

20 *Mens contrahentium ſemper eſt inſpicienda potius quàm uerba.*

21 *Regulæ iuris in dubio adhærendum eſt, & pro ea in iudicijs pronunciandum.*

22 *Regulas iuris ignorans in latam culpam eſſe dicitur, ſecus de fallentijs ſeu limitationibus.*

23 *Dubio ſtante ea opinio amplectenda eſt quæ minus lædit ius commune. Item eam per quam redimus ad ius antiquum.*

24 *Stantibus paribus probationibus quibus ſtandum ſit.*

25 *Receſſus à iure communi eſt odioſus: & reditus fauorabilis.*

26 *Voluntas teſtatoris potius interpretatur ſecundum ius commune quàm ſecundum conſuetudinem.*

27 *Viduæ, pupilli, pauperum & ſimilium perſonarum cauſæ qualiter ſint in dubio decidendæ.*

28 *Perſonis miſerabilibus non eſt in præiudicium aliarum fauendum.*

29 *Mercator dum eſt in actu mercantiæ eſt ut perſona miſerabilis habenda.*

30 *Vidua dici poteſt illa quæ caret marito licet nunquam fuerit nupta: vel quæ habet maritum ſed inutilem, vel bannitum, vel abſentem.*

31 *Perſonæ miſerabili fauendum & patrocinandum eſt etiam ſine ſalario.*

32 *Diues litigans cum paupere an teneatur ei expenſas ad litigandum miniſtrare.*

33 *Debilioribus in iudicio quare fauendum ſit.*

34 *Iudicis arbitrio remittitur inſpiciendum quæ ſint perſonæ miſerabiles.*

35 *Vidua vel pupillus an paupertate non concurrente dicantur perſonæ miſerabiles.*

36 *Perſona quæ per ſe non poteſt eſſe in iudicio an dicatur miſerabilis.*

37 *Beneficium nomine miſerabilitatis impetrare volens, debet qualitatem miſerabilitatis allegare.*

38 *Perſona miſerabilis an lite pendente poſſit mutare litem.*

39 *Ratione adiuncti conſequitur quis ex perſona alterius quod ex ſua non poſſet.*

Regula

40 Regula quòd magis dignum trahit ad ſe minus. an procedat etiam non obſtante maioritate minoris dignitatis.
41 In connexis delictis abſolutoria ſeu condemnatoria non extenditur de vno ad alium.
42 Sententia arbitri contra duos quorum vnus eſt clericus & alius laicus, an virtute connexitatis in duobus procedat.
43 Connexitas an aliquid operetur in cauſis diuiduis.
44 Perſonæ miſerabiles dicuntur eſſe ſub protectione iudicii eccleſiaſtici.
45 Dubio ſtāte in cauſa index debet benigniorem amplecti viā
46 Caſus multi quibus benigne agendum eſt in dubio.
47 Stante dubio diuerſis vijs vtendum eſt diuerſis cauſis exigentibus.
48 Iudex qualiter ſe habere debeat in exequendo.
49 Principum reſcripta an ſemper ſint in executionibus obſeruanda.
50 Decreto iniuſto an ſit parendum.
51 Supplicium pro veritate pati melius eſt quam beneficium pro adulatione.
52 Princeps quandoq; plus voluntate quam ratione mouetur.
53 Principes non debent petentiam inuerecunda inhiatione ſic conſtringi ut non concedenda tribuant.
54 Principum indebita reſcripta præſumuntur per importunitatem conceſſa.
55 Lætitia reddit principem quandoq; leuem ad illicitum concedendum: quo caſu conceſſio eſt habenda nulla.
56 Mulieres perſæpe ſolent à principibus illicita impetrare: qua propter talis conceſſio antequam exequatur conſideranda.
57 Poteſtatis plenitudo non extenditur ad iniquitatem.
58 Poteſtatis plenitudo non debet exerceri niſi diſcretionis claue præmiſſa.

COgnita igitur ueritate facti.c.j.de pœ. diſt. vj. illud applicet ad ius: & ſi habet communem Doct. opinionem, illam ſequatur iudex, ut ſuprà dixi.† ſi uerò non habeat, conſideret diligenter textus Legum in mate- 1

Conſide- ria loquentes, ne faciat contra conſcientiam fonte ueritatis omiſſo, opinionum riuulos ſectari. Hierony. in proœ. Eccleſiaſt.in fin.frater Auguſt.in ſcrutinio,chart.vij. Saly.in l.j, C.de rapt.uirg.dicit ꝙ in dubijs ad principia,id eſt leges,eſt habendus regreſſus.& Barb. in Extrauaganti, Ad reprimendum.in uerſ.non obſt. circa medium dicit, † quod quando eſt perplexitas ſeu ambiguitas debemus recurrere ad mentem legum,& dicitur uera mens legis, illa quæ procedit ex bono,& æquo,ſecundum Salom.in repet.§.reſponſa inſti.de iur.nat.char.j.Gammarum in trac. de extẽſione.char.iiij.col.j.poſt medium. Et dicit Formularium prouinciale,char.xxiij.quòd Cancellaria apoſtolica maximè innititur teſtibus. Et gl. regularum Cancellariè.char.xxiij.dicit,quòd in dubijs debemus recurrere ad regulas iuris,& rationem naturalem.& dicit frater Iſidorus in tract.de cõceptione lib.ij.c.iiij.quòd in dubijs euenientibus in fide catholica quæ excedũt naturalem rationem recurrendum eſt ad ea quæ ex diuinis ſcripturis poſſunt haberi, quæ à ſanctis Doctoribus, qui ſpiritu ſancto fuerunt inſufflati,& ab Eccleſia acceptati allegat Dionyſium de diuinis nominibus.c.iiij.&Inno.in c.ne innitaris. de conſtit.& ſic dicetur ite per uiam ſilicatã, ſecundũ Bal. quẽ refert Cacialup. in repet.l.admonẽdi. ff. de iureiur.in fin.colu.88.& idem eſt de mente Iaſ. in l. ita ſtipulatus. la grande.ff.de uer.oblig.col.antepe.dum dicit, † quòd ſequitur illam opin.quæ eſt magis amica iuriũ.& in l.diuortio. in prin.col.vi.ff.ſol.matr. quòd cùm habeat deciſiones legum claras,illis potius uult inhærere,quàm gloſſ. & doct. Si uerò eundo per text. legum & rationes naturales, & coactas circunſtantias rimari, capite iudicantem xxx. q. v.nec feſtinet, nec pręcipitet ſententiam. Felyn. in princ. ſuæ lect..uerſ.in gl i.libri.Hi ppol.in l.ſtatuliber. col. pen. ff.de quæſtion.Decius i n cap.cùm uenerabilis.colum.v.de excep.Iaſ.in l.iudices.C.de iud.& quæ dixi in char.præcedenti,ſed mẽte tranquilla peragat.Card.per illum text.in c.illa.xi.q.iij.cũ ſubtili inueſtigatione diligenter perquiſiuerit ueritatem,& eã inuenire nequeat, quia præmiſſis illis res tunc dicetur dubia. Socyn. in l.ſi fuerit.§.planè.ff. de reb.

Conſiderare textus legũ.

Articulus iuris quomodo dicatur.

le reb.dub.occurrunt enim plura indiſſolubilia,ut refert Steph.de Pheder.in tract.de interpret. Legum.col. 53. & ibi inter cætera refert unum poſt Gellium v.Noctium Atticarum.c.x.de Pythagora & Criſtallo eius diſcipulo, qui Pythagoræ centum promiſerat dare ea die qua primam cauſam oraſſet,& uiciſſet,& quamuis ualde edoctus fuiſſet à Pythagora, cauſas non accipiebat, ne ſolueret illa centum.unde Pythagoras egit contra eum, concludendo hoc modo,ſi uicero, neceſſe habebis ſoluere propter ſententiam,ſi tu uiceris,habebis ſoluere propter pactum. & econtra diſcipulus retorquebat in eum,ſi uicero,iam ſum tutus ope ſententiæ,ſi ſuccubuero,tuebor ex pacto.& hāc q.refert etiam Barba.in procem.clem. Iaſ.in l.ita ſtipulatus.la grande.col xv.ff.de uerb.oblig.Et in uoce licet non tradiderit in ſcriptis in l.ſi poſt mortem.in princi ff.de legat.j.Et dicit quòd poterat decidi. per regulam conſtat. lib.vj.ſed poſtea inueni hoc dicere Cacialupum in tract. de tranſact.q.xxx.aliud ſophiſma ſimile prædicto recitat Codrus ſerm.ij.chart.fin. Aliam etiam uoluit decidere Aulus Gellius.ut referunt Iaſ.& Lan. in l. qui acccuſare. C.de edendo..aliud ponit Præpoſ.quem ſuprà retuli in §. inconuenienti.de incontinentia muliebri. aliud ponit Petrus Iacobi in practica poſt arborem regum Franciæ.col. iiij.Et plures caſus emergunt qui egerent Pontificia uel Cæſarea deciſ.ut patet ex diſcurſu Doctorum. & Barb.in cap. literas.de iuram.calum.dicit ſe tot aggregauiſſe quod facerent unum uolumen maius quàm Clementinas. idem dicit ipſe in cap.quoniam,colum.ij.ut lite nō conteſt. ubi ſubdit quod apperiret in morte,niſi dubitaret quòd alius ſibi attribueret.& in cap.accedens.colu.xij.eod. titu. dicit,quòd Papa Paulus hoc feciſſent niſi.fuiſſet morte præuentus.† Iudex tunc apud Deum & homines excuſabi- 4 tur, ſi in tanta ueritate & dubio eligit illam opinionem quam ſecundum eius bonam conſcientiam credit eſſe ueram,etiam ſi poſtea contrarium declaretur per authoritatem habentem,ut ſupra.dixi circa princip.huius. x. ampliationis.Bald.lib.v. conſil. j. incip. qualiter. uide Gell. lib.xiiij.cap.ij.incipien quòd primum.Bald.in cap.j.c.l.ij.

Sequatur quo ſibi iu-

 de

& ius uidetur in conſciētia.

de offic.ordin.Hadrian.Papa noſter in quodlibet.ij.char. xxj.colum.ij.uerſ.ad ſecundum.& char. ſequen. colum.j. uerſic.ad quintum. Tunc potiſſimè recurre ad auxilium
5 diuinum, quia † aliquando propter peccata neſcimus dubia reſoluere.Bald. quem refert Afflictus in ſua ultima deciſ.ad fin. Papa Hadrian. noſter quodlib. iiij.eſt char. xxxvj.colum.j.quia ſecundum eum q. ix. colu.xvj. omnis ueri cognitio à Spiritu ſancto eſt,qui non intrat in maliuolam acimam, & Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cognitionibus. Sapientiæ ij. exemplo Moyſi,quem refert frater Lud. de Veritate contritionis,char.x.allega.xc.q.iij.cap. ſummopere. Et proptereà principes debent aduertere quòd in iudices eligant non ſolum peritos, ſed & habentes conſcientiam timoratam. Tunc enim Anchara.cōſi.ccxj.incip.inter contraria,& uaria.quem ſequitur Cacialup.in tract.de trāſact.q. xij. col. ii.Socin.conſil.150.inci.& nos.col.xxix.ſeu antepen. Decius conſi.lxviij.in fin.colum.v.& conſil.ccclxxvj.col.pen. in c.j.prima lect.col.vj.de probat. uerſ. illud utiliter not. Sādo.in l.ſi fuerit.colu.iij.ff.de reb.dub.facit gl.inſtit. de
6 ob.quæ ex quaſi delict.in fin.princ.quæ dicit, † quòd excuſatur qui dubitat circa.l.difficilem,ut eſt.l.Gallus.ff.de lib.& poſth.vbi Iaſ.in prin.ij.lect.facit mentionem de illa gl.Et Decius conſ.lxii .col.pen.Curtius Iun.in feudal. cōſil.vj.col.xix.& dicit gl. dummodo non fuerit dota pecunia.facit Felyn.debita peritia excuſatur deponens iuxta ingenium ſuum informatum ex rebus apparentibus cum diſcurſu mentis.multa enim conceduntur ratione dubij, quæ alias non.Cy.in l.fin.C.de tranſact.Bald.in tracta.de præſcrip.iij.parte.vj.partis principalis.ij.q.princi.in ij. q. eſt char.lxviij.col.ij.Et dicit ibi Ancha.& Doct. prædicti, quòd ſi hoc facere nolit,uideat partes componere, aut ſaltem diuidere per medium.de quo gl. in l.Neſennius.ff.de neg.geſt.quæ dicit hanc eſſe ſententiam ruſticorum. de qua d.Iaſ.in l.ſi tibi decem.§.ſi pactus.ff.de pact.col.ij.facit Anton.de Prato in tract.de ſecun.nupt.char.xxxv. col. j.Bauerius in §.ſi ſeruum.in fi.inſtit.de hæred.inſtit. Ang. in l.ſi expreſſim.col.iij.ante fi ff.de appellat.ubi in confli-

ctu

ctu opin. iudex debet ſequi illam quæ ſibi magis iuſta uidetur in conſcientia. Bal. lib. iiij. conſil. ccclxx. in cauſa. in fin. ij. col. ubi poſt Inno. dicit, † quòd in dubijs opinio. uni 7
adhærere non reputatur peccatum, tamen ſanctum eſt in talibus pro ueritate pugnare. Purpuratus in l. ij. C. de edé. allegando Philoſophum j. Ethic. Barbat. in d. c. paſtoralis. §. quia uerò. col. viij. de offic. deleg. in clemen. ne Romani. num. xiij. de elect. facit Angelica in uerſi. reſtitutio. quam ſuprà retuli. bonus tex. in l. non ſine. C. de bon. quæ liber. quem allega. Cacialup. in repet. l. precibus. C. de impuber. char. penul. col. iiij. facit Afflictus deciſ. ccclxxxiiij. incip: non ponam. ad fin. † Et perſuadendo partibus concor- 8
diam prout iudex tenetur. Decius in ca. ut debitus. ij. not. de appel. poteſt illis memorare, id quod dicitur in cleme: dudum. de ſepul. & illud quod eſt ſculptum in lapide marmoreo penes ſcalas per quas aſcenditur palatium Broleti Mediolani, quòd in cõtrouerſijs cauſarum corporales inimicitiæ oriuntur, ſit amiſſio expenſarum, labor animi exercetur, corpus quotidie fatigatur, multa & inhoneſta crimina deinde conſequuntur, bona & utilia opera poſtponuntur. Et qui ſæpe credunt obtinere. frequentius ſuccumbant, & ſi obtinent computatis laboribus & expen. nihil acquirunt. Item & memorare illud quod dicit Saluator Matth. v. cap. Si quis uoluerit tunicam tuam tollere & iudicio contendere, dimitte ei & pallium. xiiij. q. j. c. j. v. refert Flor. in l. fin. in fin. ff. famil. erciſ. dicens, † quòd 9
propterea quis non debet eſſe nimis promptus in litigando, & eſt ratio, quia ſiue quis habeat iuſtam cauſam, ſiue non, non poteſt litigare ſine ſumptibus. Bald. in c. cum dilecti. colu. pen. de dolo & contu. Pragmatica de cauſis. in gl. in uerſi. litium. eſt charta. cx. facit diuus Hieron. in tertia parte tract. viij. epiſtol. xxxvj. incip. cuncti mei ſenſus. & dicit Ang. in l. nemo. ad fin. ff. de acquir. poſſ. quòd ille cui mouetur controuerſia, licet ipſe non dubitet, tamen præſumitur de iure ſuo uacillare, quia dubius euentus belli. hinc Eraſm. iij. par. prouer. 398. cum licet fugere, ne quære lites. Ioan. Montolonius in promptuario iuris. in uerb. tunicam. † hinc qui deſiſtit à lite, non dicitur diſ- 10

Suaſio ad concordiam.

Da tunicã & pallium.

fidere de iure ſuo, ſed lites execrari. Fely. in c. illud. col. v. de præſcrip. Cuilibet ergo conſulimus bona fide ꝙ pronior ſit ad cōponendum, quàm ad contendendum. xc. diſt. per totum. Maria. in c. ij. col. lxj. uerſic. xiiij. princip. art. in j. concluſione. de libel. oblat. ubi ſubiicit. hoc ego in pri-
11 mis ex charitate uobis conſulo, † potiſſimè cum eritis doctores, ut cum dictis authoritatibus non ſolum perſuadeatis, uerum etiā impellatis & aſtringātis partes ad compoſitionem & cōcordiam, & à cauſis propriis omnino abſtineatis propter prædicta, & etiā quia dubius ſit euentus litis, ſi propriam cauſam amitteretis, eſſet uobis magnum dedecus, & ſic perderetis cauſam & honorem, & propria affectio poſſet inducere intellectū ueſtrum ad perniciem. Et ibi allegat Marianus Thomam Doctium dicere quòd poſſet contingere, quòd doctor non haberet ſoluētem ſibi mercedem, propter quod cauſa de facili perderetur. Et ſi non bene ſatisfit aduocato, nō poteſt bene ſtudere. Cardin. in clemen. j. de reliq. & uener. ſanct. col. x. uerſicu. excellentiſſimum. Fugiendas ergo eſſe cauſas proprias tanquam rem pernicioſam, exemplo piſtoris qui panem ponit in furnum, & non ſe. Et ſi neceſſitatis litigare in cauſa propria, aduocatum quære. Et Decius in c. cùm ueniſſent.
12 col. iiij. de iudicis. † vnde boni uiri lites execrantur. Iaſ. in l. filio. pater. j. no. ff. de le. j. Nauis Stultifera, char. lxxxj. de litigantibus in iudicio. propterea dicit Fely. in d. capit. illud. col. v. & in cap. nihil. in primis uerbis. de præſcrip. quòd plures ob execrationem litium limittunt ius ſuum indiſcuſſum. Nec mirum, quia eſt difficile obtinere ſententias, ſed difficilius obtinere executionem. l. quod debetur ff. de pecul. quam ſi non obtineas. fruſtratorium fuit tuum iudicium, cuius executio tendit in uanum. Bal. in cap. eccleſia. colum. j. ut lite penden. & quia in executione ſtat uis. Alexand. & Iaſ. in proœmio rubricæ. ff. de re iudic. dicunt quod ille titulus eſt plenus auro. propterea dicit Felyn. in capitul. nihil. in primis uerbis. de præſcriptio. quòd plures propter execrationem litiunt dimittunt ius ſuum indiſcuſſum, & iſti perpetuò litigantes præſumuntur calumnioſi, & ſunt exoſi legibus. Barbat. in clemen. vt

Doctor non litiget.

Boni uiri lites execrantur.

calumnijs.de re iudic.lib.ij.cōſilio vij. incipien. ſapienter. colum.xj. & conſilio xxxj. omnia quæcunque. col.ij.libro iiij. & in dicta clemen.ut calumnijs.col.ij. dicit quòd hoc intantum procedit,ut ille qui de leui litigat non ſit admittendus in teſtem, nec accuſatorem. idem Barbat.libro iiij. conſil.xxxij.omnia.colum.ij.Eſt bene uerum quòd licet concordia poſſit ſuaderi, non tamen poteſt imperari: nec quis cogi poteſt ad tranſigendum regulariter.Iaſ. in authen. ſi uerò contigerit.col.fin.C. de iudic. Lanfran. in tract.de arbitris. quæſt. xlv. Cacialupus in tract. de tranſact. quæſt. xx. Fely. in cap. quæ in eccleſiarum. col. xiiij. de conſtitut.latius in rubr.de treu.& pac. Decius conſilio cxxv col. ij. Galiaura in l. j. §. ex his igitur. ff. de uerbor. oblig.col.v.Iaſ.in l.ſi conuenerit.col.ij.ff. de re iudic. in l. quidam æſtimauerunt.ij.col.in ultima not.ff.ſi certum petat.& ibi Socin.& dicunt Fely.in dicta rubr. ad fin. & Lanfran. quòd non ſolùm partes non poſſunt cogi: imò ſi iudex uidet alteram partem litigantium fouere iuſtitiam non modo cogendo,ſed perſuadendo facere compromiſſum: facit contra conſcientiam,ſi propterea pars fouens iuſtitiam aliquid relaxet de duo.& de hoc contra Socin. inuehit Lancel.Politus in tract.de ſubſtitut. viij.quæſt. in materia pupillaris. col. iij. quod tamen limitat ibi Felyn. niſi alia pars relaxet ſibi ſcienter, quia uidetur donare, uel ſecundum Cacialup.ubi ſuprà.& Barbat.lib. iij. conſil. j. col. penult.niſi fortè uideat expedire parti iuſtitiam fouenti ex aliqua cauſa,puta quia lis poſſit multum protelari per appellationes, nam poſſet tunc perſuadere actori, & etiam reo quòd uelint potius tranſigere quàm diu ſit ligare,† quia melior eſt certa pax, quam ſperata uictoria. Aeneas Syluius epiſtola cccxlvj.fuimus, & epiſt. lxxvij.quæſtus. dicit quòd melius eſt de iure ſuo aliquid tradere cum pace, quàm totū litigando conſeq. pro quo Cicero in Officjis char.xcj.quod eſt non modo liberale paululum nonnunquam de ſuo iure decidere,ſed interdū fructuoſum.Idem Aeneas, poſtea Papa Pius epiſtola vj. ſatius cenſuit dubia pacis bona, quam certa belli mala ſubire.& uerum quod à ruſtico nunquam conſequeres

Nemo cogitur concordare.

13

quod

quòd uelit de ſuo iure aliquid detrahere. Cardin. Papien. dixi ſuprà de capiente uetulam propter diuitias. Et potius dietim ex municipio ad urbem cum aſino lignis onuſto,& fortè furatis ſtatim pretium aduocato, uel procuratori deferet,& ſæpius reprehendi eos quòd faciant, eo ꝙ eos pigeat agriculturæ,& tamē infamiam otij litigio excuſant. Sed eis euenit ut furi qui ſi tempus & impenſam quam cum tot periculis cōſumit in furando exponeret in aliquo honeſto exercitio, ditior & quietior eſſet. idē uult Felyn. ubi ſuprà quando eſſet unus pauper qui litigaret cum uno diuite, nam licet foueat iuſtitiam, non poterit eam conſequi cōtra illum potentem, nam contra maiorē nemo præſumat honorem gloſſ. ij. in l. quia etiam. ff. de alien. iud. mut. cauſa fact. faciunt quæ dixi reſpondendo ad vj. ampliationem de diuite, & ꝙ lex eſt araneæ tela, ut dixi in materia partialitatis, licet fieri deberet oppoſitū, ut infra dicam, quòd in dubio iudex debet ſequi uiam benignorem. Tunc enim iudex partes concordando ſi aliquid detrahat de iure illius pauperis, non peccat, ſecundum Corſet. in tractatn de poteſt. regia. in xxiij. priuilegio pacis. Roch. in capit. nouit. viij. not ff. de iudic. plures alias fallentias & caſus in quibus quis poſſit cogi facere compromiſſum ſeu concordare, ponunt Iaſ. in dicta l. quidam æſtimauerunt. Felyn. in d. rubr. & Cacialupus in di-

Qūo poſſit quis cogi ad cōcordiā etiam remittendo de ſuo

14 cta quæſt. xx. ubi in fi. dicit † quòd inter alia pericula aduocatorum illud eſt primū, quando ſcit partem ſuam fouere iniuſtitiam, & illam inducit ad tranſactionem & ſic conſulit quòd alienum capiat, & allegat beatum Thomam dicere quòd ſi in progreſſu litis uidet cauſam clientuli ſui iniuſtam, debet eum inducere ad cedendum, uel ad componendum ſine damno aduerſarij. In talibus ergò iudex ſemper debet aduertere & inſequi mentem diſponentis. Socinus in l. in ambiguo ff. de rebus dubijs. Iaſ. in l iuriſgentium. §. prætor ait. colum. ij. ff. de pactis. Ange. conſilio cclxxj. uiſis & examinatis.. colum. final. Barbat. libro. j. conſilio xiij. clementiſſimi. col. ij. etiam uerba impropriando, ut Barbat. conſilio lxj. colum. ij. incipien. ſcribitur. libro j. & librò ij. conſi. x. ſapienter. colum. vj. nam

mens,

mens,ratio,& cauſa idem ſunt.Bal.in conſilio ſchiſmatis, columna xj.ubi ſubijcit, quòd iuſtificat ſuum cauſatum, licet in ſua conſtitutione principis ſpiritualis poſſit de minima ratione magnam facere; ex quo placet Hoſtien. in ſumma de reſcript.§.quas uires. colum.ij. ideo non in folijs,ſed in radice rationis conſiſtit euangelium.j. quæſt. j.Marcion. Hadrianus Florentinus. de traiecto Cancellarius Bononienſis, nunc Papa noſter in ſuis Quodlibetis. quæſt.ij.colum. antepenultima. facit Maraſcotus in capit.j.de conſtitut,libro vj. colum.ij.& qui tantum uerba ſectatur,nihil habebit,qui autem poſſeſſor eſt mentis, eſt cuſtos prudentiæ. Prouerbio.xix. & Felyn.in capit. ad audientiam.el j.colum.iij.de reſcriptis.dicit, quòd uirtus humanorum actuum non ſtat in modico atramento, id eſt in uerbis,ſed in eo quod maximum eſt,ſcilicet in mente hominis, latè Barbat.in c.j.col.x. de iur. calumn. Paul. de Caſt. libro j. conſilio ccclxxx. incip. iudex eſt miniſter Dei.in princ.& dicit Seneca, quem refert Barb. in repet. rub.C.qui admit.col.xliij. philoſophia non eſt populare artificium,neque oſtentatione parata, non in uerbis, ſed in rebus conſiſtit Philoſophia. ſicut anima regit corpus, † ita mens regit diſpoſitionem. Curtius conſil. xliij. ſtatuto.colum.vj.Calcaneus conſi. j.colum. xvij. & ibi colū. xv.dicit,ꝙ ratio & mens idem ſunt.l.cum mulier.ff. ſolut. matr.prout Barb.in d.conſil.x.unde in legibus, & ſtatutis debemus attendere rationem & mentem, ut per eum, & Barb.lib.iij.conſi.lxxxj.præclare.col.pen.Lancel. Politus in tract.de offic.aduoc.rubr.de ſcientia.char.j. Nata in repet.c.quamuis.de pact.libr.vj.col.pen.dixi in meis clauſulis generalibus inſtrumentorum.in uerbo,& hæredes.ubi latè de ratione legis.Et hoc etiam procedit in diuinis ſcripturis.Roch. in tractatu de conſuetudine.chart.x.colum. ij. Et non ſolùm ex coniecturis elicitis ex diſpoſitione, ſed extra diſpoſitionem. Ang. in l. hoc iure. ff. de euict. Bald.in l.uoluntatis. C. de fideicom. quas tamen ſecundum aliquos oporteret probari per ſeptem teſtes ſi ſint in materia teſtamenti. Bart.in l.cum proponebatur. ff. de leg.ij.diſtinguentem ut per eum, quem ſequitur Curtius 15

tius Senior in repe.& admonendi.de iureiur. col.lviij. Iaſ. in l.errore, col.fi.C.de teſtam.Fely.in cap.ex literis, col.iij. de fid.inſtr.Alex.in rub.ff.de acquir.poſ. Et non ſolùm attenditur expreſſa, ſed etiam præſumpta, uidelicet illa, de qua ueriſimiliter ſtatuentes, ſeu diſponentes interrogati reſpondiſſent.gl.in l.tale pactum.ff. de pact. ubi Iaſon dicit hoc procedere in legibus, ſtatutis, conuentionibus, & reſcriptis, ut illud habeatur pro diſpoſito, quod ueriſimiliter fuiſſet ſtatutum, ſi de hoc fuiſſet interrogatus. Idem

Mens ueriſimilis.

uult Fely.in c.cum eccleſiaſticæ.de excep.formaliter Curtius conſi.xliij.ſtatuto. colū.v.Iaſ. in l. cùm res per illum tex.col.iij.ff.de leg.j.text.melior de iure ſecundum Clau. ibi in l.mulier.in princ. ff.ad Trebel. qui de hoc remiſſiones allegat in l.ex facto.colum.ij.ante fi.ff.de uulg. & pup. Angel.Maleficijs.gl.facit inſultum.iiij.colum.Campezius de dote.ult.parte.q.xxiiij.Decius conſil.lxxix. colum.v.in c.ſuggeſtum.col.iij.de appel.Hipp.in l.ſi quis uiduam.col. iij.ff.de quæſt.& licet Iaſ.in d.l.tale pactum.ad fin. impugnet unā limitationem d.Ant.de Butr.ad hoc dictum. tamen ego uidi unum conſilium eius, ubi in chart.fi. illam ſequitur.Aliter limitat Lancel.in l.Gallus. col. penul.ff.de lib. & poſth. ut procedat quādo talis caſus erat in poteſta-

16 te diſponentis aliàs. † Vnde licet ſolus Deus ſit ſcrutator, xxxii. diſt. c.erubeſcā.quia nec dæmon poteſt ſcire cogitationes hominum.Panorm. in c. nouit j.de iudic.ubi Decius, Marſilius Ficinus li.vj.epiſt.mitto uaticinium. chart. cxvj.poteſt tamē mens & intentio alicuius eſſe nota prudentibus per indicia, & coniecturas, ſicut uult reſpicientium reſplēderet in aquis. Ang.in l.inter ſtipulantem. §.j. col.iij.ff.de uerb.oblig.ad quem locum ſe remittit ipſe in l.ab executione.ad fin.princ.ff.de appel.Idem Ang. conſil. xxxix.uiſis & inſpectis.col.iij.circa medium.& cccxiiij. uiſo d.teſtamento. ante fin. Quæ mens non ſolùm declaratur ex uerbis, ex quibus iuſta mens ipſa probatur. Fortunius de fine iuris.col.lvj.Felyn. in rubr. de fid. inſtrum. in primis uerbis.ut Barb.lib.iiij.conſil.lxxvj.magnus. colum. ij.& lxxxij.ad fi.in eodem.& etiam ex factis. Quia magis realitatem actus, quàm uerba.Bald.in c.j. de poſtul. præ-

Verba & facta declarant mentem.

la.col.j.ideò facta ſunt fortiora ad declarandum mentem quàm uerba, quæ ſæpe proferuntur contra intentionem proferentis.l.de quibus. ubi Iaſ.col.ix in iiij.not.ff. de legib.Socin.conſ.cxxxiij.profectò. in fin. col.iij. & cxcij.capio.col.iij. per l. Paulus.non tantùm uerbis.ff.rem ratam habe.Lancel.in l.cùm filio. col.ix.in fin. ff.de leg.j. Nicol. Boerij in tract.de ſeditioſis.charta xxviij.Alex.lib.vj. conſil.cxxxv.redēptoris. nu.v. & conſil.liij. nu.xliij. replicatò conſil.cxix.idem Lancel.in l.reprehendenda.C.de inſtit.& ſubſtit.Paris de duello & re milit.char.xl.ſub rubr. quando unus pugnantium, dixit Ioan. Mirand. col.fin. ubi allegat Iudæos dicentes, Aue rex Iudæorum. & tamen dabant ei alapas.facit Monferra. in repet.l. ſi conſtan.ff. ſol. mat.col.xxxv.allegat c.ex ore.de his quæ fiūt à maio. part. capit.facit Decius in ſerm.concil.Piſani. poſt ſuum conſilium clj.col.fin.Igneus in repe.l.dudum.C.de contrahen. empt.col.iiij.Socin.conſil.clx.in præſenti. col.ij. Petr de Vbaldis in tractatu de ſocietate.iij.parte.cap.cùm iſti fratres.eſt conſilium Romæ.Bal.in proœ.rex pacificus col.iij. & in fi.allegando Iob: animam meam in manibus porto, id eſt cor meum in operibus meis. & in c.ne innitaris. de conſtit.dicit,† quòd tenor uitæ oſtendit conſcientiam. be 17
ne fateor quòd illud quod uenit ex mente & uerbis cenſetur fortius quàm id quod uenit ex mēte ſolùm. Signor. conſil.clxxv. factum. colum.v.in fin. uerſic.ij. ſicut Barbat.lib.iiij.conſi.lxxxvj. magnus.col.ij. & lxxxij. ad fin. in eod.ſed etiam ex factis.† Et propterea dicimus, ꝙ uolun- 18
tas teſtatoris in ultimis uoluntatibus ſemper eſt inſpicienda.l.in conditionibus primum locum.ff.de condict. & demonſt.l.iij.ubi Iaſon aggregauit concor.C.de lib.præt. Decius conſil.xv.& lxxx.col.ij.lxxxix. col.ij. & in capit. in præſentia.col.xxxiiij.de proba.ubi dicit quòd eſt illa quæ facit totum,& hoc procedere etiàm ſi faciat contra religionem. Angel. conſilio ccxciij. quoniam ubi in primis uerbis hoc dicit procedere etiam ſi uerba repugnarent. Galiaura in repet.l.centurio.ff.de uulg.& pup. charta xv. nu.ccxliiij.pulchrè Fortunius in repet.l.Gallus.§. & quid ſi tantū.colum.xxxix.num.xcix.ff. de liber. & poſthum. &
col.

col.xxxviij.num.xciiij.dicit quòd eſt metrum & menſura iuris teſtamentorum.& dicit Iaſon in l.ſi res obligatas. j. not.ff.de leg.j. quòd omnis regula contraria fallit in hoc, quia in ultimis uoluntatibus præter l.nemo poteſt.de leg. j.uoluntas teſtatoris tanquam regina eſt illa quæ dominatur & attenditur: & ſola mens teſtatoris attendi debet etiam quòd ſit tacita,& ex coniecturis colligatur.l. pen.ff. de leg.j.cum proponeretur.in fin.ff.de lega.ij.cum ſim, ut Decius conſil. cxxij. col.ij.Panor. conſi.lxxviij. punctus in j.col.lib.ij.Bol.conſi.xliij.col.vij.pulchrè Angel. conſi. ccxciiij.incip.quoniam in princip.Alex.li.iiij, conſil.lij. col. j. & ij. Et dicit Claud.in l.Gallus. in princip.ff.de libe.& poſthum.col.ij.quòd uerba impropriantur ad hoc ut mēs defuncti ſeruetur in forma ſpecifica.l.Proculus. ff.de uſufru.& dicit hoc eſſe ſingulare,pro quo Curtius conſi.lxxv. dominus Lud.col.v.& lj.ſuper col.j.Et dicit Aret.in l. uerbis ciuilibus,iij.not.ff.de vulg.& pup.per illum text. quòd debet ſeruari uoluntas defuncti, etiam ſi diſpoſitio redderetur inutilis.dicit ſemper menti tenendum.Et poſt multa alia dicit Baldus Nouellus in tractatu de dote.in princ.
19 v.partis, † quòd ueniens contra uoluntatem teſtatoris, dicitur iura pietatis uiolare, etiam ſi homini uoluntas tendat contra fauorem libertatis.l. contra uoluntatem. C.de teſt.manu.Et dicit Igneus in ſua ſubtili repet. auth. ex cauſa.C.de lib. præter. col.xxij.quòd uoluntas teſtatoris debet impleri in forma ſpecifica, præſertim ubi lex nō inuenitur reſiſtere tali uoluntati,licet non aſſiſtat. Et ibidem columna xxxiij. quòd opinio teſtantis præfertur ſignificationi terminorum.l.ſeruo manumiſſo. cum gloſſ.ff. de condic.indeb.facit Iaſ.in l.quotiens in ſtipulationibus. v.col.ff. de uerb. oblig. Calc. conſil.lxviij.magiſter Toninus col.iij.

20 ¶ † Item mēs contrahentium ſemper eſt inſpicienda.l. fin. C.qui res pign.oblig.poſſ.l.in conuentionibus. ff.de uerb. ſigni.eſt enim ipſa, quæ dat eſſe contractui in genere. Igneus in l.contractus.col.vj.ff.de reg.iur.Soci. conſ.xliiij. in præſenti.col.iiij & conſ.ccxij.in præſenti.col.fi.Decius conſ.xlviij.col.fi. & xlij.col.pe.cxc. col.ij.Iaſ.in l.ij.C. de

liber.

liber.præter.ual. Et adde ꝙ regula Paul.de Caſt.lib.j. cõſ. cxviij.uiſo & examinato.col.j. ubi etiã ponit quo cognoſcitur talis mens contrahentium facit Corn.lib.j. conſil. xvj.repet.lib.iij.conſi.xij.in præſenti.colu.ij.in fi.Alex.in l.ſi tibi.ff.ſi cer.pet.ubi Iaſ.& Socy.iij.not.dicit & ſi oportet impropriare uerba.Riminald. in l. ſi de certa. C. de tráſact.dicés ꝙ uerba generalia contrahentiũ reſtringuntur ſecundũ eorũ mentem.facit Bon. in tract. de nobilitate.iij.parte.nu. clxxxj. Pauinus in tract. de autho.capituli ſede uacante.in iij.præludio. ubi dicit idem in reſcriptis. late Hippo.in l.ſed ſciendum.col.ij.ff.de pariç.Panor.in c. paſtoralis.de deci.in fi. Calc. conſil.xiij.uiſo inſtrumento. col.viij.ubi dicit quod ad mentem contrahentium & non ad uerba inſpicere debemus, prout & fit in legibus, quæ autem ſint de mente contractus,dixi in meis clauſulis generalibus.in uerſicu.contenta. Intellige ſemper prædicta procedere quando diſponens proceſſiſſet ad diſpoſitioné, aliàs enim non ſufficeret ita uoluiſſe, niſi diſpoſuiſſet.ita Iaſ.in d.l.iij.C. de liber. præte. in j.fallent. in l. quicquid aſtringendæ.col.iij.uerſi.adde.in j.membro.de uerb.obli. in l.ſi res obligata.col.v.uerſic.circa ſecundam partem. ff. de uerb.oblj.Pich.in rep.§.Titia.col.lvij.Roynus in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.col. xviij. poſt med. ubi Monfer.in fi.co.xiiij.de lib.& poſth.Socyn.in l.in ambiguo.ff.de reb. dub.ubi facit x.concluſiones circa hoc.quanquam Igneus in d.authen.ex cauſa. colũ.lxxxv. dicat, quod ubi expreſſa morientis uoluntas apparet, licet non ſit teſtatus, tamé ſeruatur illa uoluntas ex quadam æquitate legis, per.§. quamobrem.in authent.de nupt. l. ab inteſtato. ff.de iur. codicil. per rationem l. quædam. ff. de acquirend.hæred. Et quia Iaſ.in d.l.iij.C.de lib.præter.ponit quatuor fallẽ. adde aliam quam ipſe ponit in d.l.ſi res obligata. j. not. ut non procedat quando talis diſpoſitio eſſet contra legem.

¶ Item in dubio in princ.cauſæ.& ſic in his quæ reſpiciũt ordinationé litis, magis fauetur actori quàm reo in medio cauſæ.&ſic circa proceſſum & probationes pariter fauetur utrique.In deciſione,& ſic in fine cauſæ plus fauemus reo.Bart.Iaſ.& alij in l.inter ſtipulanté.§.j.ff.de uerb. obligat. *In iudicio cui fauendum.*

oblig.fuit doctrina Azon. quam latè examinat Modern. in l.de die.ubi Iaſ.col.ij.& iij.ff.qui ſatiſd. cog. & dum dicitur fauendum reo,limita niſi in cauſa,teſtamenti,dotis, uel aliàs fauorabili,quia ille fauor præponderat. Decius in cap. j.col.iiij.de probat.uerſic.vj.limita. facit Philoſophus,par.xxix.probl.xiij.& ſeq.

14 ¶ † Item in dubio adhærendum eſt regulæ,& pro ea pronuntiandum.l.ab ea parte. ff. de probat.c.ij. de coniugat. lepros.Et ei tenaciter inhærendum.Bartol.in l. ſi tutor.in fin.C.de ſer.pig.da.man.Iaſ.in l. ex quacunque. columna ij.ff.ſi quis in ius uoc.non ierit.in l.fi. colum.v.C.de edic. diui Hadria.col.in l.qui ſe patris. col.xv.C. unde lib. in l. ab antiquis.C.de teſtam.col.iij.Fely.in c.j.col.iij. & ſeque. de re iudic. Alex. in l. ex diuerſo.§. in iudicio. col.iij.ff.ſolut.matrim.Rom.conſi.ccviij.incip. hæc impetratio Barbat.lib.j.conſilio ij.colum.j.Et ei inhærere debemus, ut Bononienſis Carrotio. Iaſon in l.à diuo Pio. num.viij.ff. de re iudic.in l.ſi conſtante.num.xv.ff.ſol. matri. Roch. in tractatu de iure patronatus. in uerb.honorificum.col. pe. Et quando à regula receditur, debet exprimi cauſa. Decius in cap.conſuluit el j. de appel. & qui habet regulam pro ſe dicitur habere rem certam. Decius in cap. cum à Deo.iij.not.de reſcript.Et dicit Iaſon in l.cætera.iij.not. ff.de leg.j.quòd ſemper eſt pro regula pronuntiandum,& pro regula plura ponit Decius.in cap.tranſlato. iiij. nota. de conſtit.& in ij.lect.& in c.cùm à Deo in fin. iii. not. de reſcript.& in ca.ſicut colum.ij.& in cap.in præſentia. col. ix.de probat.& in c.ad noſtram.in fin. & in conſilio cxlij. colum.iij.in rubr.ff. de regulis iuris numero viij. & dicit Curtius Iunior conſil.vii.columna.viii.quòd in dubio tenendus eſt intellectus, per quem minus læduntur regulæ

22 iuris communis.† Et eſt lata culpa ignorare regulas. ſecus de fallentiis.Iaſon in l.quod te.col.iiii.ff.ſi certū peta. ubi Socin.colum.fin. Ioannes Pyrrhus in rubric.ff. de regul.iur.in l.qui cùm alio.circa medium.eo.titulo dixi ſupra in viij.limitatione de deciſ.in terminis. ubi quòd eſt nihilominis ineptum, regulam non fallere, ubi æquitas ſuadeat, & quòd exceptio eſt fundata in æquitate, dic ut

ibi-

ibi. Et dicit Salycetus, quem refert Cacialup. in tract. de modo ſtudendi. col. xj. quòd debemus ſtare regulis, & non ponere caput ad caſus ſingulares & peregrinos, quia eſt doctrina periculoſa. Salomon. in §. reſponſa. inſtit. de iure naturali. chat. v. Afflictus de iure protomiſeos, col. ij. Nec mirum, quia dicit Fortunius in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu. num. clxxxvij. quòd quando Doct. aliquid iniuſtũ eliciunt ab aliquo text. illud notandum dicunt ſingulariter, & menti tenendum. eſt tamen temerarium dicere text. uel gloſſ. ſingularem, ut ſupra dixi loquendo de authoritate gloſſæ.

¶ † Item in dubio amplectimur eam opin. quæ minus lædit ius commune. Galiaura in repet. l. centurio. charta x. nume. clj. 23

¶ Item in dubio amplectenda eſt opin. per quam redimus ad ius antiquius. Codrus ſer. xj. neſcio. ubi, char. j. dicit, Legibus quidem antiquis utere ius cibis uero recentibus. Quotiens tractamus de redeundo ad ius primeuum, ſiue commune, etiam ſi ſumus in materia correctoria, ſemper dicitur fauorabilis & extendeda. gl. not. in c. ſtatutum. in uerb. numerandum. de præben. lib. vj. quam ad hoc reputat notabilem doct. Alexan. in l. ſi conſtante. in prin. in iij. col. ff. ſol. matr. quam per plura comprobat. Iaſ. in l. nemo poteſt ij. lect. col. viij. de leg. j. in l. ſi unus. §. pactus ne peteret. col. iij. ff. de pact. & in l. omnium. in princ. iiij. col. C. de teſta. in l. properandum. in prin. col. pen. C. de iud. Monfer. in d. l. nemo poteſt. col. x. Socin. conſult. ij. uol. ad fin. Brunus de ſtatutis. vj. art. q. ij. Felyn. in c. cum omnes. colum. iij. in c. cum acceſſiſſent. col. iij. de conſtit. in c. ueniens col. iij. de preſcript. Guilelmns Monferrat. in trac. de ſucceſſione regum. chart. vij. num. x. in quibus omnibus locis inter cætera dicunt per illũ gl. quòd ſi populus fecit aliqua ſtatuta contra ius commune, quæ poſtea fecit confirmari à principe. ſi idem popnlus uoluerit poſteà tale ſtatutum deſtruere, poterit hoc facere ſine licentia principis. Hinc eſt quòd Curt. Iun. conſ. ij. in fin. per illam gloſſ. dicit quòd in diuerſis conſuetudinibus ſtamus illi, pro qua eſt ius commune. † Hine eſt quòd ſtantibus 14

In dubio redeundum eſt ad ius antiquum.

paribus probationibus ſtamus illi quæ concordat cum iure communi. Bald. in authen. omnes peregrini. C. com. de ſucceſſ. cum ſim. ut tradit Fran. de Curte in tract. teſtiū. concluſ. ix. & conſil. xxiiij. col. ij. Decius in ca. cum in præſentia. col. xxviij. & probat Corſet. ſingu. ccclviij. incip. ſtatur. Hinc dicit Aegidius Bellamera deciſio. dvij. concluſio. quòd in caſu, quòd ſi ius commune concedit aliquid ſpecialiter in aliquibus caſibus, ſi obtineatur poſtea aliquod priuilegium reducens nos ad ius regulare; dicitur fauorabile. idem tenet. Aret. in c. fin. in fi. col. antepe. de reſcript. Campezius inter feudalia Brun. conſil. ij. colum. x. Et dicit Hieronym. Zanetinus in diſputat. incip. in ſacro. colu. cviij. quod ubi poſſumus aliquid interpretari ſecundum ius commune & ſecundum ſpeciale ſemper debemus interpretari ſecundum ius commune. Et dicit Decius conſil. cxiiij. col. iiij. quòd factum ſuperioris debet ſemper intelligi ſecundum ius commune quantum fieri poteſt. & conſi. cxviij. dicit, quòd pactum conſonans iuri communi nunquam poteſt dici ſimoniacum. Et dicit Curtius Iunior conſil. v. col. xvij. & conſil. ix. col. fin. & conſi. ſeq. colu. iij. in l. qui ſe patris. chart. xx. quarta. C. unde liberi. quòd ſtatuta excludentia fœminas à ſucceſſione propter maſculos, quia reducunt nos ad ius primæuum xij. Tabularum, ſunt fauorabilia. Et dicit idem Curtius conſil. vj. col. xj. poſt Philip. Corneum per eum relatum quod l. fin. C. de indict. vid. tol. quæ corrigit l. Viſcelliani, eſt fauorabilis & extendenda, licet ſit correctoria, ex quo reducit nos ad ius primæuum, quo etiam reijciebatur conditio uiduitatis. Et dicit Ioannes de Monferrato in rubric. de re-
25 ſcript. lib. vj. col. penult. † quòd ſicut omnis receſſus à iure communi eſt odioſus, ita omnis reditus ad ius commune eſt fauorabilis. Et dicit Brunus in tract. de forma. char. lviij. uerſ. decimooctauo. inuenio limitari quòd regula, quòd actus ſit nullus non ſeruata forma, non procedit quando per talem actum redimus ad ius commune. & plures deciſ. allegat ad hoc. Et debemus redire ad ius commune quantum poſſumus etiam per improprietatem uerborum Rom. conſi. cccxviij. col. fin. Et dicit dom. Fabianus

nus de monte ſancti Sauini in tractatu de emptione & uendit. in ii j. q. vij. quæſtionis principalis. quòd ideo priui legia contra ius facilius tolluntur: quia unaquæque res de facili redit ad ius commune, quod uocatur natura. & ibidem in fine ſubdit, quòd propterea tenenda eſt opinio illa ꝙ non præſcribatur pacto, ꝙ quis poſſit perpetuo recatare rem uenditam, quia res facilius reuertitur ad priorem Dominum: ideo interpretatione iuuandum. Et dicit Igneus in authen. ex cauſa, colum. xxj. in fi. † quòd uoluntas teſtatoris potius debet interpretari ſecũdum ius commune, quàm ſecundum conſuetudinem. Et dicit Rochus de Curte in d. c. cùm acceſſiſſent. de conſtit. chart. x. quòd talis materia bene eſt fauorabilis, niſi quis priuaretur iure ſuo. Et dicit Rom. conſi cccxviij. incip. quæritur etiam, quòd uerba nouæ conſtitutionis per quam reditur ad ius commune primeuum, ſunt latiſſimè intelligenda. Et dicit Corn. lib. ij. conſi. xiiij. ad huius colum. ii. quòd ſtatutum derogans iuri communi reducens ad ius antiquum dicitur fauorabile & extendendum. Et liiij. uidetur litera p. quòd in interpretatione cuiuſque legis nouæ debemus minus recedere à iure antiquo, quàm ſit poſſibile. Et dicit Socyn. conſil. iiij. in Bononienſibus. colum. v. & ſeq. incipien. ſuper quæſtione. quòd exemptus poteſt ſubmittere ordinario ſine licentia, quia res de facili reuertitur ad naturam ſuam & ideo Caſtrum quod ab antiquo non erat, de demaiano licet poſtea factum, de demaiano poteſt alienari, quia de facili redit ad naturam ſuam. Et dicit Cacialupus in repet. l. omnes populi. col. j. quòd ſtatutum diſponens quòd idem ius redditur clericis in foro ſeculari quod redditur laicis in foro eccleſiaſtico: uidelicet, quia reducit clericos ad ius commune. 26

27 ¶ † In dubio etiã iudicandũ pro pupillo, uidua, paupere, vel infirmo, intellige quãdo dubitatio habuit originẽ in propria pſona taliũ perſonarũ fauorabiliũ uel ſaltẽ poſtquã ius deuenit ad perſonã fauorabilẽ. aliàs ſecus Matheſi. in tract. de elect. verioris op. co. j. Iſti. n. ſunt tales miſerabiles perſonæ, ut dicit Alber. in ſuo dictionario in uerſ. miſerabilis. Barb. Felyn. poſt Canoniſtas in c. ſignificantibus.

Pro pupillo, vidua, & paupere.

Miſerabiles perſonæ.

de offic.de legat. Bar.& alij in l.j. C. quando imper. inter
28 pupil.& uidu. † Non tamen propterea illis tantum fauere debemus quòd cæteris iniuſtitiam faciamus.c. ex tenore. de foro competen.facit l.fi.§.ſed ſi quis.in fi.C.com.de legat.Decius in c.j.col.fin.de conſtit.in ca.in præſentia. col. xxxv.de probat. frater Ludouicus Viualdus in Opere regali,de laudibus trium liliorũ, circa fi.iij. q. allegat illud
29 Deuter.xxiij.pauperis non miſereberis in iudicio. † Et dicuntur miſerabiles etiam mercatores, dum ſunt in mercimoniis & peregrinat. Alexan.lib.vij.conſil.cxxxj.omnipotentis.ad fin. Demum dicuntur miſerabiles,ſecundũ Albericũ.ubi ſuprà omnes ad quorum commiſerationẽ natura nos inclinat. Afflictus in conſtitutione, lege præſenti. iij.not. licet ipſe ſentiat contrarium in conſtitutione, omnes noſtri.ij.no.quia meretrix eſſet miſerabilis, & tamen non eſt digna legum laqueis innodari. idem tamen quod Albericus tenet & Ioan.Lup. in tracta.de don. inter uir.& uxor.char.lxvj.col.iij.eſt in repet.c.per ueſtras. ubi
30 dicit † quòd quantum ad hoc dicitur uidua illa quæ caret marito.licet nunquam fuerit nupta.uel quæ habet maritum inutilem,puta bannitum,uel abſentem,uel damnatũ ad perpetuum carcerem.l.fin.C.ad leg. Flam.de plag.ubi glo.& Bald. Alex.iiij.uol.conſil.cxxvj.incip in hac hæſitatione. & intelligere debemus de uidua honeſte uiuente.
31 Felyn.in d.c.ſignificantibus.† Itẽ orphanus dicitur miſerabilis.Formularium prouinciale,chart.xxiiij. Item pauper eſt miſerabilis. hinc dicimus quòd in dubio pro pauperiore in autho.de eccleſiaſt. titul. §. ſi quis in nomine magni Dei, & cauſa pauperis debet citius expediri, quàm cauſa diuitis.glo.in c.in primis.ij.q.j.Et pauperi litiganti debet aduocatus patrocinari ſine ſalario.Iaſo.in l. j. in fin.j. colum.ff.de officio proconſul.& leg.in §.tripli.colum.pen. inſtit.de actio.ubi ſubiungit quòd notarius conficiens inſtrumentũ inter pauperes, nihil debet ab eis petere pro ſalario.idẽ vult Decius in c.j.col.iiij.de probation.& Rota in antiquis deciſ.dcccciij.incip.nota.idem dicit de alijs
32 ſcripturis. † Et ſi diues litigat cum paupere, diues cogitur ſibi miniſtrare expenſas ad litigandum l. ſi inſtituta.
C.de

C. de inofficioſo. el. ſecundo. ff. de inofficioſo teſtam. ubi Paulus de Caſt. in ſimil. ut Paris de Puteo in tract. de Syndicatu. in uerſ. expenſæ. col ij. eſt char. xxiiij. Bal. Nouellus in tract. de dote. ix. parte. vij. ſpeciali. in c. ſi qui teſt. col. pen. de teſtib. Et hoc facit Rex Francorum pauperibus ſecum litigantibus. dixi inter feudalia Bruni conſ. xij. col. iij. intellige quando pauper habet pro ſe præſumptionem iuſtitiæ. Ioan. Lup. de donat. inter uirum & uxor. char. lxj. col. j. uer. ampliabitis. viij. & xx. † Et rationem 33
quare ſit fauendum debilioribus, ponit Iſocrates in oratione panegyrica, incip. illos. char. vj. ad rē redeo, ad iſtam miſericordiam, quæ eſt inſtinctus naturæ ſecundum Fabia. in authent. nouiſſima. C. de inoffic. teſtam. ij. quæſtio 34
ne moueri poſſumus pluribus de cauſis. † Ideo lex remittit in arbitrio iudicis quæ dicatur perſona miſerabilis: ut per omnes Doct. in dictis locis. Iaſ. in l. Titiæ. textores. colum. iiij. de legatis. j. qui refert Alexand. conſilio cxxj. 35
lib. j. ad fin. dicere. † quòd uidua ſeu pupillus non dicerentur miſerabiles, niſi concurrat etiam paupertas. & fuit originale dictum Spec. in tit. de inſtrumen. edit. §. nunc aliqua. uer. lxiij. pro quo. Petrus de Vbald. in ſua canonica epiſcopali. x. c. principali. Sed illud dictum reſoluit Decius in cap. cæterum. col. x. de iudic. uerſicul. aut ſi agatur; dicens quòd etiam una Regina inſpecta qualitate eius perſonæ poteſt dici miſerabilis. arg. l. ſed ſi ſuſceperit cum gl. in uerſ. modica. ff. de iudic. Et quòd etiam ſi ſit diues. eſt ſub protectione eccleſiæ. licet d. Roch. ibidem pro Alex. alleget Panor. in cap. ex parte b. col. penul. per generalitatem illius text. & cap. ex tenore. de foro comp. Illud dictum Alexan. & Spec. Secundo reſoluit Bulg. in l. j. ff. ſoluto matrimonio. col. vij. uerſ. tertius caſus. poſt Bal. Nouellum in tractatu dotium nona par. in xvj. ſpeciali, dicens quod opinio Specul. procedit quantum ad effectum de quo ibi, ſcilicet an delictum eis factum dicatur relictum ad pias cauſas. Sed quantum ad effectum competentiæ iudicis, omnis uidua diceretur indiſtinctè miſerabilis. facit, † quia per ſe non poteſt ſtare in iudicio. Cardi. quem refert Afflictus in conſtitutione præſenti lege iij. not. licet di- 36

Regina eſt miſerabilis.

cat quòd opin. quòd requiratur etiam paupertas, eſt uerior quod uidetur caſus in d.c.ſignificantibus. Ad rubricã quam ponderat Alex.C. quando imper.inter pup. & uid. reſpondet Parpalia in l. j.C.de ſacroſanct. quòd ibi ſubijcitur uerbum, alias, quòd non obſtante diſiunctiua importat ſimilitudinem & æquiparationem.Felyn.in cap. ſedes col.fin.de reſcript.unde ſequeretur quòd illa rubrica non loqueretur niſi in diuitibus propter diſiunctiuam,uel. Et ſic oporteret incurrere in alteram de duobus inconuenientibus, nam ſi tenemus quòd in princ.illa rubrica loquatur de non miſerabilibus propter diſiunctam,ſequitur contra Alex.& Specul. quòd etiam diuites gaudebunt illo priuilegio,quia ibi textus æquiparat. Si uero tenemus quòd loquatur de pauperibus, oportet concludere quòd ſiue diuites.ſiue pauperes ſemper ſunt miſerabiles.& propterea dicit Parpal. melius eſſe tenere quòd relinquatur arbitrio iudicis. Afflictus d. conſtitutione, omnes noſtri.

37 ii.not.ſubiiciens, † quòd impetrans priuilegium à principe propter miſerabilitatem,debet exprimere qualitatem miſerabilitatis.Et illud priuilegium illius tit. C. quando imper.inter.pup.& uid.quod habet ut non poſſunt cogi litigare extra prouinciam. Item & ut poſſint quandocunque petere ſe remitti coram ſupremo principe omiſſo medio.In tantum procedit quòd non poteſt illi renuntiari,ſecundum gl.in d.l.j.in uer.excedere.quam ibidem ſing. reputat.Bolog.poſt alios ibidẽ. & in l. pen. C.de pact.Rom. conſi.cclxix.incip.non eſt dubium.Felyn.in cap.ſi diligenti de foro compet.in iiij.Fallen. in ij. correlario. Bertach. in tract.de Gabellis.vij.parte.q.xxvij.Bald. in cap. de cau-

Priuilegium miſerabiliũ perſonarum.

38 ſis,colum.antepenulti.de offic. deleg. † Et propterea d. meus Thom. Parpalia in d. l. penult.dicebat ſe uidiſſe in cauſa cuiuſdam uiduæ quæ coram ordinario iam erat apunctuata ad ius, & quæ petijt remitti coram principe,quòd ipſa ibi remiſſa fuit: quia per conſenſum præſtitum in litigando coram ordinario,non potuit renuntiare priuilegio dictæ l.j. Idem tenet Afflictus conſtitutiones ſtatimus.col. x. q. xiij.limita tamen niſi cum miſerabili eſſet admixta perſona non miſerabilis, quia ratione conne-

Etiam lite pendẽte poteſt ire ad princípẽ.

nexit atis

nexitatis debebit remanere. coram priori iudice. Aret. cõſi.lxxxiij.quia multa col.iij. uerſ.ult.dicebam. quod ui detur durũ,quia magis priuilegiatus deberet trahere mi nus priuilegiatũ. Iaſ.in l.imperiũ.ff.de iuriſd.om.iud. col. iij.ubi infert quòd ubicunque in eodem negotio interueniunt clericus & laicus, ſemper iudex eccleſiaſticus tanquã iudex clerici,qui eſt dignior,de eo cognoſcet,quia magis dignũ trahit minus. Bar.in l.præcipimus.§.eodem obſeruando.C.de appel.Barb.lib.ij.cõſi.j.in fi.co.vj.& conſ. xxxj.clementiſſimi.col.ij.Rom.conſ.cclxxv.in caſu propoſito.Monferrat.in trac.de ſucceſſione regũ.char.x.nu. 22. facit Panor.in ca.ſuper quæſtionum.in §.ſi uerò. de offic. deleg.ubi in cauſa commiſſa inquiſitori & ordinario appellabitur ad Papã ſuperiorẽ inquiſitoris. & ſic ad digniorem,non autem ad Metropolitanum. hinc infertur quòd ſi plures laici inquiruntur à iudice ſeculari, ſi inter eos reperiatur unus ſolus qui ſic clericus, debebunt omnes remitti corã iudice eccleſiaſtico tam laici, quàm clerici ita in terminis Ant.de Prato,quẽ refert & ſequitur Marian. Socin.relatus per Hipp.ſuo not.clxxx.incip.plura.vbi ualde extollit iſtud dictũ ultra omnia eius dicta ſingularia. poterat dicere, ut in ſimili Barb.in c.j.col.j. de probat. nec eſt de plebe Deo, ut inquit Ouid. & Cicer. in Paradox.quę Stoici vix in otio,in gymnaſijs probant.& Hipp. etiam hoc dictum extollit in l.de inceſtu.ff. de quæſtion. Socin.in l.cum ſenatus. ad fi.ff.de reb. dub. & Fely. quem latè refert Thom. Ferrat.cauſ.x.incip.ſi contingat. Roch. de Cur. in cap. ex literis. iij. not. de conſtit. facit etiam quia de connexis idem eſt iudicium. Iaſ.in l.j. C.de tranſ. Decius in cap.tranſlato.iiij.not.de conſtit. ubi Roch. col. ij.poſt Felyn.dicit,quòd connexum dicitur quando uno & eodem tempore quid factum fuit, per illum text. ibi, ſub eadem ſponſione.unde continentia cauſæ diuidi non debet. Iaſ. in l. nulli. C. de iudic. Fely. in cap. ex tenore. colum. fin. uerſi. extra dictos caſus. de reſcript. † Facit, quia ratione adiuncti quis cõſequitur ex perſona alterius 39 quod ex perſona ſua conſequi non poſſet. Alexand. lib. iij.conſi.cxxij.uiſo puncto.columna iij.Barbat. libro. ij.

conſi.xxxvj.Sapienter.col. ix.& tribus ſequentib. Hippo. in l.de minore.§.tormenta.columna iiij.de quæſt.late Nata in repe.cap.quamuis.colum.iij.de pact. lib.vj. & in locis relatis per Bonif.in tract.de nobilitate.iij. parte.num. clxxxvj.Stephan.Malereti in tractatu. de electione. char. xx.& ſeq.Eſt fortis deciſio & utilis, quia longè mitius agitur cum delinquentibus in foro eccleſiaſtico, quàm in foro ſeculari.Et licet non inueniam illam deciſionem hactenus ab aliquo impugnatam.

¶ Tamen contrariũ facit quod uult Spec.in tit. de cleric. coniug.col.iij. uerſ.quid ſi clericus habens. ubi ſi clericus & laicus fratres habent patrimonium indiuiſum: tamen laicus propter hoc non conſequetur excuſationem à muneribus,quia publica utilitas non debet uacillare obtentu priuilegij clericalis.

40 ¶ † Secũdò facit quod uult Bart.in l.fi.col.iij. uerſic. corã quibus.ff.de colle.illic.ubi ſi in uniuerſitate ſint tot laici quot clerici,bene procedit illa regula, quòd magis dignũ trahit minus.ſecus autem quando laici eſſent plures. licet allegatur Barto.contrarius, ut per Nizel. concord.cciiij.incip.notum eſt poſt Matheſil.not. cxliiij.incip. not. quòd ſi in cauſa indiuidua, tamen ipſi eum concordant.

¶ Tertiò adduco quod uult Bald. in l.fin. vlt. char. in vj. quæſt.principali. C.de edict.diui.Hadr. tollend. ubi dicit quòd forus.delicti tanquam principalior debet attendi.& quia maior pars patrimonij ſpectat laico , ideo punitio ſpectabit iudici laico.

¶ Quartò facit quod uult Nicol.de Neap.& Bal. in l. iuriſperitos.§.j.ff.de excuſ.tut. ubi dicunt quòd ſi unus arbitrorum ſit clericus,alter laicus , ambo iudices ſuperiores arbitrorum debebunt adiri.in delictis autem, quia de eis non conuenit ſæpius quæri,is procedet coram quo prius lis fuerit conteſtata.

41 ¶ † Quintò facit quod uult domi.Alexand.in l. ſæpe. ff. de re iudicata. colum xj.ubi etiam in connexis delictis abſolutoria ſiue condemnatoria lata de uno ex delinquentibus,non nocet,nec prodeſt alteri.

42 ¶ † Sextò facit quod uult,Panorm. libr.ij. conſil. xxxiij. incip.

incip.præſidio.col.fin.ubi lata ſententia per arbitros con tra duos ſocios quorum unus erat clericus, poterit iudex ſecularis adiri pro executione contra alium ſocium qui erat laicus,non obſtante connexitate cauſæ.

¶ Septimò facit quod uult Felyn. in rubr. de appel. col. penult.ubi uult, quòd quando qualitas clericatus non concurrit neceſſariò ad actum qui tunc fit, puta ad exercitium iuriſdictionis,tũc nihil repugnat quominus poſſit adiri ſuperior laicus.

¶ Octauò facit Felyn.in cap.quem ſit. de Iudæis.j. nota. quem pro contrario allegat Hippoly. in dicto ſingulari, in fine.ubi laicus ita demum gaudet priuilegio clerici conſocij,ſi aliter priuilegium clerici non ualeret.ſed hic bene ualet,ergo laicus non gaudebit.

¶ † Non obſtat quòd præmiſſa procederent ubi cauſa eſſet diuidua.ſed Antonius de Prato loquitur ubi eſt indiuidua,quo caſu omnes uidentur uelle quòd eccleſiaſticus etiam cognoſcat de laico,ſaltem ubi ſunt æquales.Roch. in c.quanto.ſecundo not. de iudic. Roma. conſilio cxcv.in caſu præmiſſo.ad fi.Bologn.conſil.xxxiiij.colum. iij. Bertachin.in tractatu de epiſcopo. ſecunda parte libro iiij. quæſtione uigeſimaſeptima. eſt charta xxvij. Felyn. in cap.cùm M.v.colum.uerſi.eſt tamen.de conſtitut. in cap. fin.colum.j.uerſicu.fallit quartò. de exceptioni. & in terminis quæſtionis noſtræ,in capite primo. colum. iiij. de præſcriptionibus.ubi ſemper doctores faciunt iſtam conſiderationem, An ſit pro cauſa diuidua, uel indiuidua. unde cùm hæc cauſa ſit indiuidua,ergo congnitio ſpectabit eccleſiaſtico.imò ſi eſſet diuidua,dũmodo tamen cum difficultate fieret diuiſio,ex quo deberet tunc integra vni aſſignari.§.fin. inſtitut. de offic. iud. Modern. in l.ſi idem cum eodem.§.j.ff.de iuriſdictione omnium iudicum. ideo eccleſiaſtico ut dignior aſſignabitur. Sed reſpondet Felyn. in dicto cap. ex tenore. col. fin. uerſic. extra dictos caſus. dum dicit inſpiciendam eſſe originem facti. unde cum à principio potuerit diuidi proceſſus, & formari inquiſitio contra quemlibet de per ſe,uidetur quòd poſſit adhuc hoc fieri remittendo clericum coram eccleſiaſtico. 43

ſtico. Et ſic cauſa erit diuidua: Aliter poteſt reſponderi prout Decius in dicto c. ex literis. v. notab. Et ibi Roch. allegando Marianum in c. primo. uerſic. xiiij. declarando. & uerſiculo ſequen. de foro competen. Et propterea bene cogita, quia diſputatiuè id dictum uelim, iuxta illud Apelles faciebat. ut in ſimili dicit Ioan. Pyrrhus in l. prima.
44 C. unde liber. † Tales enim miſerabiles perſonæ ſunt etiam ſub protectione iudicis eccleſiaſtici, taliter quòd ipſe de eis licet eſſent perſonæ laicæ poſſet cognoſcere. Barbat. Fely. & alij in dicto capit. ſignificantibus. pulchrè Imol. in capit. nouit. de iudicijs. columna octaua. Et ſi Ius Ciuile contradicat iuri canonico, ſtabimus iuri canonico. Felynus in cap. in cauſis columna prima. de teſtibus in dicto capitulo ſignificantibus. in capit. eccleſia ſancta Mariæ, de conſtitutionibus. colum. xv. Alexander in apoſtilla ad Bartol. in l. priuilegia. C. de ſacroſanct. eccle. in Defenſorio montis, per Buſtum, charta xlv. colum. iij. Et Afflictus deciſione ducentiſima quinquageſima ſeptima. incipiente, dicit conſtitutio. ampliat priuilegium huc procedere in eccleſia quòd dicatur miſerabilis. & limitat procedere, niſi ille qui aditur pro iudice habeat iuriſdictionem in conuentum à miſerabili perſona.

Sunt ſub protectione eccleſiæ.

¶ Item limitat quando reus eſſet priuilegiatus de iure communi, ut per eum. ſed pone quòd perſona miſerabilis petat ſe remitti coram præſide, quia non eſt comp. regis uel ſupremi domini, nunquid debeat remitti? credo quòd ſic, per rationem iurium prædictorum, tamen non inueni in ſpecie deciſum, & quòd iſtis pauperibus & miſerabilibus ſit fauendum, & in dubio pro eis pronunciandum, tenet Matheſil. in dicto tracta. de elect. uerior opin. Iaſ. in l. inter pares. ff. de re iudica. colum. j. ubi dicit etiã quòd in omnibus caſibus in quibus ius uult alicui fauere in iudicando, pari modo, idem fauor debet præſtari in probationibus. idẽ Iaſ. in l. dic. ad ſi. princip. ff. qui ſatiſda. cog. Barb. in tractatu de Cardin. quæſt. xj. col. j. & benignior dicitur illa quæ minus obligat. Ange. conſi. cccxxxvij. non reuocando. libro ij. col. ij. Et illa quæ fauet doti. & matrimonio, maximè ubi agitur de impedimento inducto à canone.

none.Fely.in c.licet ex quadam.de teſti.col.ij. & quòd fauenduni ſit benigniori, pulchrè text.in c.fin.de tranſact. ubi in quibus ius non inuenitur expreſſum, æquitate ſeruata procedendum eſt ſemper in humaniorē partem declinando.ſecundum quòd perſonæ,cauſæ,loca, & tempora poſtulant. Signorol. conſilio fin. col.xij. quod tantùm procedit,quia licet in dubio probatio ſit interpretāda cō tra probantem.l.non hoc. C.unde legit.tamen benignior interpretatio ſolet etiam ſumi. Et ideo concurſu iſtarum interpretationum hæc ultima præualet: ita quòd in dubio interpretatur probatio pro producente, ſi hoc ſit benignius. Alex.in l.diuortio.iij. colum.ff. ſoluto matrimonio.Ruinus in repet.§.Cato.col.xlij.in fi.ff.de uerb. oblig. Benignor etiam dicitur quæ fauet teſtamento.

¶ † Et idem in dubio iudex debeat amplecti uiam benigniorem l.benignius. ff.de legi.cap.fina. de re iudic. idem pro miſerabilibus perſonis & alijs de quibus infrà. Iaſ.in l.inter pares. primo notab.ff.de re iudic.ubi limitat, niſi euidens nullitas ſeu iniquitas, uel niſi ubi agitur de utilitate animæ,quòd illa præfertur uiæ benigniori. Hippol. not.clj.incip.ſemper. 45 *Benignior uia.*

¶ † Item in dubio pro dote,matrimonio,teſtamento,pro poteſtate clauium,ut etiam ſuprà dixi in ix. limitatione. 46
¶ Item pro cauſa ſtudij. Decius conſil.lxx. in fin. Item in dubio capimus partem tutiorem pro corpore.l. imò. ff. de lib.cauſ. Ripa in tractatu de Peſte. charta lxvij.nume. cccclxxxiiij.

¶ Item pro ea opin.qua euitatur peccatum, & ſic quæ fauet animæ.cap.ad aud. de homicid.cap.iuuenis. de ſponſal.Roſarium Buſti prima parte.ſerm.xxvij. litera x.ad fin. Ripa ut ſuprà in cap.auditis.col.xxj. de præſcript.uerſicu. ij.limita.Iaſ.in authen.quas actiones. colum.viij.C. de ſacroſanct.Ioannes de Anan.in cap.de ciuitate.de uſuris.colum.iij.Anton.de Prato in tractatu de ſecund.nup. chart. xv col.j.& ij. Ang.in uerſ.dubium.nu.j.& ij.dicens,ſeruus in foro contentioſo. inferens propterea an in dubio quis debeat iudicari irregularis. *Euitatur peccatum*

¶ Item in dubio exiſtentes in iure matrimonij melius eſt

dimit-

dimittere copulas, quàm diſiungere cõiunctos contra ſtatuta Dei. c. licet ex quadã. de teſti. Angelica ubi ſuprà in fi. ex quo infertur, ꝙ in dubio debemus tenore opi. quæ facit ſeruare iuramentũ. Ant. Baueria in tract. de uirtute iuramenti. col. fi. uerſi. item hoc præcipuum. Barba. in tract. de Card. vij. q. col. fi. Ferra. cautel. xvij. incip. magna. in fi. ij. col. Alex. li. iiij. conſil. xlix. incip. paucis. in fi. & propterea dicebat Gemin. conſil. cxij. in fi. ꝙ in dubio iudicandus eſt contractus uſurarius. Calc. cõſ. xxv. col. xij. incip. prima facie & lxxiiij. quod dictus. in fi. facit Hippo. not. clj. ſemper. Marianus in repetit. c. ad audientiam. de homic. Cæppol. de contractibus ſimulatis. col. fi. ſed contrarium uult Soci. in l. rogaſti. in fi. principij. ff. ſi cert. pet. Burgos in c. ad noſtram. de empt. & uend. col. j. facit, quia in dubio quãtum ad forum iudicialem iudicamus, potius quòd quis non ſit excommunicatus, Decius in ca. præterea. col. fin. de appel. Et ſic dicere poſſumus, quòd contraria procedunt in foro pœnitentiali. Marianus ubi ſuprà. & Corneus uolu. ij. conſil. ccj. in hac. ad fi. dicens quòd licet ſit fauendum animæ, per hoc tamẽ non debemus à iuris cenſura recedere.

47 ¶ † Item in dubio tutior uia eſt eligenda. c. niſi. circa fi. de renunt. Et in dubio tene certum relinque incertum. c. nullus. de pœnit. diſt. vij. Calca. conſil. ccx. ſpectabilis. col. iiij. Item in dubio pro cauſa funeraria ſeu primipilari. Iaſ. in l. j. col. ij. ff. ſol. matri.

¶ Item pro illo qui eſt in poſſeſſione. Iaſ. ubi ſuprà. facit §. commodum. inſtit. de interdictis. hinc dicimus, Beati poſſidentes. gl. in cap. j. §. ſi tres. in uerſic. à duobus. de pace tenenda. Alexan. lib. j. conſil. cxxix. col. j. Decius in cap. ex literis. col. ij. de probat. Sando. in l. ſi inter. colum. ij. ff. de reb. dub. decem alias utilitates poſſeſſionis ponit Curtius Senior in repet. l. admonendi. col. lxxxvj. & ſeq. ff. de iureiurando.

¶ Item in dubio iudex debet eſſe procliuior ad approbandum donationem factam per maritum uxori. Monferr. in repe. l. ſi conſtante. col. lviij. in fi. ff. ſol. mat. Et quòd non ſit reuocata, Socin. & Sando. in dicta. l. ſi inter uirum. ff. de rebus dubijs.

¶ Item in dubio quòd inſtrumentum non ſit falſum, gl. in l. iuriſgentium. §. quod ferè. ff. de pact. Alexand. lib. j. conſi. lxxiiij. uiſo teſtaměto. col. penul. & lxx. uiſo proceſſu. col. j. Cæpol. qui in illo caſu conſuluit conſi. xj. col. viij. & conſi. ſeq. col. iiij. Idem uult Barb. in rub. de fid. inſtr. col. v. Corſet. ſing. ccxvij. iu uerſi. probatio. dicẽs eſſe gl. ſingularem, ut Bolog. & Iaſ. ſuper ea. Alex. lib. v. conſi. xciij. in cauſa & lite. col. pen. Curtius Senior conſi. 50. incip. præſens conſultatio. in fi. col. xj.

¶ Item in dubio quòd actus potius ualeat quam pereat. l. quotiens. & l. ubi uerborum. & utrobiq; Socin. ff. de reb. dub. Hipp. in l. j. §. ſi ſeruus. iij. colũ. ff. de quæſtio. Decius conſ. cxl. col. ij. Iaſ. in l. uerbis ciuilibus. ij. col. ff. de uulga. & pup. in l. j. j. not. ff. de eo quod cer. loc. Latius in l. quotiens de ſtipulationibus. ff. de uerb. oblig. ubi quòd in dubio tenenda eſt opin. quæ fauet ſubſtantiæ actus. Et iſta præſumptio al[i]js præfertur. Decius conſ. lxxvij. col. v. quod facit ad multa. Sed Ferdinandus in repetit. §. diuinum. xxvj. dicit ꝙ interpretatio ut odium excludatur, præfertur iſti. Iaſ. in l. nominatim. ad fi. ff. de libe. & poſth. *Quod actus ualeat, non pereat.*

¶ Item in dubio quòd cõtractus ſit potius cẽſualis, quam emphyteuticus. Iaſ. in auth. qui rem. C. de ſacroſanct. eccl. in trac. de iure emphyteu. colum. lxxix. uerſic. viij. Modern. in apoſt. Panor. in c. conſtitutus. col. fi. de relig. domib. Hippoly. no. xcv. incip. contractus. uide tamen Socin. conſilio clxvij. col. ij. & iij.

¶ Item in dubio debet intelligi ut minus liget, quàm magis. Nata in clem. ſæpe. §. fin. col. iiij. ff. de uerbor. ſignific.

¶ Item compromiſſum non eſſe fiendum. Soci. conſil. ccc. *Compromiſſum.*

¶ Item actus principis potius adaptetur ad iure factum, quàm ad non iure. Felyn. in c. ex literis. col. ix. de conſtit.

¶ Item quòd quis excuſetur à muneribus. Angel. inſtit. de excuſa. tu. in princ. in colum. penul.

¶ Itẽ pro religione, & pro eccleſia ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſump. funer Roch. in c. at ſi clerici. chart. xij. de iud. non tantum ꝙ propterea deſit iudiciũ rationis. c. non ſolùm. de reg. li. vj. circa prin. Iaſ. in l. ſi ſic. in princ. de leg. j. Decius in ca. quę in eccleſiarum. col. iiij. de conſtit. nec in-

tantùm

tantum quod propterea eneruetur iuriſdictio laicorum. Io. Andr. & alij in c. nouit. de iudi. c. per uenerabilem. uerſ. rationibus igitur. qui fil. ſint leg. Moder. in tract. de perfecto clerico. char. lxxxv. Buſch. in rep. rub. de conſtit. colum. xv. Hadr. Papa noſter in Quodlib. chart. xiiij. & chart. xv. quia eccleſia eſt cultrix iuſtitiæ. Decius conſ. cl j. col. xiij.

¶ Item pro reo Decius in cap. ex literis. col. iij. de probat. Iaſ. in l. de die. ad fi. princip. ubi limitat quatuor modis. ff. qui ſatiſd. cog. Matheſil. ubi ſuprà.

¶ Item cõtra illum qui probat, Decius in c. in præſentia. de probatio. col. xj. dicens hoc procedere etiam ſi materia ſit fauorabilis.

¶ Item in materia ſucceſſionis in dubio pro agnatis contra agnatos. Bolog. conſi. l ix. ut in præſenti. col. fin.

¶ Item in dubio pro hærede contra legatarium. l. unum ex familia. §. ſi rem. de leg. ij. Lancel. in l. talis ſcriptura. iiij. colum. de leg. j. Paul. de Caſt. & Soc. in l. ſi fuerit. ff. de rebus dubijs. Decius conſi. xcij. col. ij.

Pro hærede. ¶ Item in dubio iudicamus id quod eſt utilis filio in materia filiationis. Decius in c. per tuas. col. ij. ff. de probat.

¶ Item iudicamus in dubio ſubſtitutionem eſſe prout erit utilior filijs. Soc. in l. j. col. lx. de uulg. & pup.

¶ Item in dubio iudicamus quòd ſubſtitutio potius ſit directa, quàm fideicommiſſaria. Soc. in l. centurio. col. xij. ff. de vulg. & pup. ubi Aret. col. xix.

¶ Item in dubio iudicamus quòd diſpoſitio ſit potius modalis quã conditionalis. Alex. li. j. conſi. cij. incip. uiſis. col. ij.

¶ Item in dubio quòd uerbum ſtet ſpecialiter, non regulariter. Bart. in l. hoc legatum. ff. de leg. j.

¶ Item in dubio uerba ſtatuti adaptantur ad frequentius continentia. Bolo. conſ. xlj. col. ij.

¶ Item in dubio tenere debemus opi. per quã fratres reducuntur ad æqualitatem. Soci. conſ. iiij. lib. j. ante fi. & lib. iiij. conſi. cviij. caſus, ſer. ad fi. in repet. l. cùm auus. col. xx. dixi in meis clauſulis generalibus. in uerb. & hæredes.

In dubio appellatio admittitur. ¶ In dubio appellatio debet admitti. Iaſ. in l. j. colum. iij. in vj. not. ff. ſi quis cau. Decius conſi. xxviij. col. ij. & fi. & xxxiiij. col. ij. & xlix. col. ij. clxij. col. iij. in c. ut debitus col. antepen.

tepen.de appel.Præpoſ.in c.ex ratione. col.ij.eo. titu. Socin.cōſ.dxcv.circa primū.co.iij.Fely.in c. ſignificauerunt. de teſti.in prin.ij.col. Alex.lib.vij. conſil.cxxxix. uiſo puncto.col.x.in c.ſuper eo.iij.col.de app.ubi etiam dicit,quòd in iudicio debemus dicere appellationem non eſſe deſertam, quia ſecundum eum in dubio iudex debet eligere uiam,per quam utrique parti cōſulitur. quod limitat Decius ibi,niſi eſſemus in materia,in qua regulariter appellatio non admittitur,nam in dubio debemus ſtare regulæ,ut latè dixi paulò ſuprà.

¶ Item in dubio omnia interrogatoria debent admitti. Imola & Panor.in c.per tuas.de teſtib.Idem de poſitionibus & capitulis.Curtius de poſitio.in ix.Breuiloquio. Iaſ. in auth.ad hæc.C.de ind.

¶ Itē in dubio cōtra fiſcū.l.non puto.ff.de iur.fiſ.& contra uolentes eū impinguere,practica Petri Iacobi de contradi.l.§.quadrupli.inſtit.de act.col.antep.& rub.ſeq.col.iii. Intellige tū ſemper qñ fiſcus tractaret de lucro captando, & priuatus de damno euitādo, puta quia fiſcus ageret de pœna ſibi acquirenda,ſecus ſi ueniret ex cōtractu, uel ſuc ceſſiſſet alicui priuato,quia tūc in dubio faueremus fiſco, ut eſt de mēte Bolog.ibi in ſuis nouis interpretationibus. in j.part.& in Theodoſiana in uerbo,die nono. eſt charta xxv.cùm & Alex.in l.j.ff.ſol.mat.ubi Iaſ.colū.xj. Ange. de Aretio.quē ſequitur Iaſ.in l.de die.ad fi.prin.ff.qui ſatiſd. cog.Et utrobique allegat Ange.de Aret. & dicit Iaſ.ſe ita conſuluiſſe.Felyn.in cap.paſtoralis. col.v. de reſcript. in c. duobus.col.ij.de re iud.Roch.de Curt.in rubr.extrà de iu dic.chart.ſi.ubi Decius in ij.lectu.ad finem.intelligit eam procedere quando agit de priuilegio fiſci contra priuatū, quia in dubio contra fiſcum ne fiat multiplicatio priuilegiorum: prout etiam ipſe dixit in cap.iij. de probat. Hippol.in repetitione rubricæ, C.de probat. col.lxxix. uerſic. teneas tamen menti. confirmatur hæc opin. ex eo quòd ſuprà dixi quòd in dubio fauendum eſt pauperiori, & debiliori contra fiſcum, qui eſt ditior & potentior. Item quia communiter quodammodo iudex in cauſa propria, quod eſt ualde abſonum. Bauerius in §.ſi ſeruum. col. iij. inſtit.

Contra fiſcum.

inſtit. de hæred.inſtitu. Maleretus in tractatu de electione.cap.lxxxix. Corſet.in tractatu de pot. regia.q.xlv. Propterea dici notanter Bartol.in l.qui iuriſdictioni. in ij.lectura.ff.de iuriſd.omnium iudi. quòd ſicut recuſatur quis ne ſit iudex in cauſa propria: pari modo poteſt recuſari ille quem ille in iudicem dare uoluerit, nec memini me alibi legiſſe. Eſt uerum quòd intellectus illius l.non puto multùm trutinat.ut per Modernos in d.l.j.ſol.matr.ubi Socin.col.ii.& Bulgar.col.iij.& Curtius in l.j. C. de edendo.tenebat opin.Bulgar.quòd ille text.non probaret hanc regulam, ſed ſolùm ibi dicatur quòd iudex non errat ſi pronuntiat contra fiſcum,quaſi uelit quòd fiſcus nõ ſit priuilegiatus,quòd pro eo in dubio debeat iudicari,ſed relinquat in diſpoſitione iuris communis,ſecũdum eum ſi hæc regula eſſet uera, deſtrueretur tota materia tit.C.de iur. fiſ.& de priuileg.fiſ.Bal. Nouellus autem in trac. dotium in ix.parte in j.priuilegio. dicit d.l.non puto. ſolùm procedere quando eſſet aliquod dubium ſuper aliquo articulo iuris,quia tunc fieret interpretatio contra fiſcum, ſubdens idem eſſe quando eſſet ſuper dubio facti.

¶ Item in dubio proniores ſumus ad abſoluendum quàm ad condemnandum.l. abſentem. in principio. ff.de pœn. Barbat.lib.iij.conſil.lj.illud ad finem. Et propterea dicit Decius conſilio clxxv.in cauſa falſitatis.colum fi. quòd curia maiorem honorem conſequitur ex abſolutione,quàm ex condemnatione.fuit dictum Pittaci philoſophi quando pepercit occiſori filij ſui.

In dubio minor pœna eligitur. ¶ In dubio minor pœna eſt eligẽda.l.pe.& fina.ff.de pœn. facit Iac.in inueſtigatione. in uerſiculo dicti uaſalli promiſerunt recognoſcere dictum feudum.col.v.dicẽs, quòd pœnæ ponuntur magnæ ut homines magis timeant, non ut exigantur ad unguem. facit quod vult Ang.in §. furtũ. inſtit.de obligationibus quæ ex delicto naſcuntur.ubi dicit quòd quando pœnæ fuerunt taxatæ,homines erant doctiores,quia habebant rem publicam,nũc autem ſunt ſub dominis. Ideò non poſſunt in totum exigi.Baldus in l.j. C.de ſecund.nuptijs. in figuratione caſus, dicens quòd pœnæ imponuntur ad malos mores corrigendos, non

ut fiſcus locupletetur: facit Felyn. in cap. irrefragabili. §. cæterum. de offic. ordin. dùm inuehit contra cōditores legum, qui dùm fingunt tendere ad correctionem morum, gerunt curam marſupii. pro quo glo. in clem. 2. in uerb. cōſumit. de cenſi. Faciunt enim ut Iudas. Ioan. 12. dum fingebat pietatem pauperum dicens, poterat unguentum hoc uenundari multo, & dari pauperibus; & uolebat implere loculos. Facit illud quòd dicitur de lupo, qui dū agnū errantem ſine matre conſpexiſſet, compaſſionem fingēs quòd expaueſceret agnus, quia ſolus eſſet & ſic teneræ ætatis, illū deuorauit. & uide glo. in regula Cancellariæ. 8. & 26. 29. & 33. ult. char. 46. dixi in meo inuentario librorum iuris, char. pe. addo nunc Hædr. Papam noſtrum in Quodlib. q. vi. littera h. eſt char. lvi. colum. i. a. Lūc. de Penna in lege mulieres. colum. 7. C. de incol. lib. 10.

¶ Item in dubio debemus tenere illū intellectum ad legē per quā uidetur eam fuiſſe conditam ſuper caſu magis dubitabili. Ioannes Lupus de don. inter uirū & uxorē. char. 78. columna prima. in uerſi. x. & ultimo. quia lex debet eſſe de dubitabili. l. quod Labeo. ubi gl. ff. de Carbon. edic. c. cùm in iure peritus. ubi Panorm. & Barbat. primo not. de offic. deleg. capitulo rurſus. ubi Præpoſ. ult. no. qui cler. uel uouē. qui ſubiungit quòd in quæſtione indubitabili, non eſt aliter reſpondendum, niſi quòd non habet dubiū. Panor. in c. ſuper quæſtionum. §. ſi uerò. colum. tertia, de offic. deleg. Et dicit Roch. de conſuetud. char. 11. columm. prima, quòd ratio eſt, quia lex debet eſſe edita ob neceſſitatem: ergo non debet eſſe de caſu in dubio, quia eſſet ſuperflua. pro quo facit Salomon. in repetitio. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. columna ſecunda. ff. de liber. & poſthum. dicens quòd aliquid noui debet lex decidere. Limita tamen prædicta, ut ſufficiat quælibet minima ratiō dubitandi. not. in l. eunuchis. C. qui teſtam. fac. poſſ. ita Gammarus in tracta. de extenſione. columna 8. uerſicu. quintū igitur. Secundò limita in caſu quo eſſemus clari quòd legiſlator decidit etiam de caſu indubitabili: quia tunc nō procedunt prædicta. & propterea formata eſt concluſio in dubio. Decius in capitul. primo, prima lect. de iudic.

col.xi.uerſi.& ideo aliàs ſenis. & ſæpe exēplificari poteſt in legibus Imperatoris,quia ipſe reſpondebat ſuper facti contingentia.ideò ſi proponebatur factum indubitabile, oportebat quòd ſuper illo reſponderet Lancel.in l.quod in rerum.§.1.col.3.ff.de leg.1.Tertiò limita ut ſufficiat fuiſſe dubium ante talem legem ronditam,& quòd non fuerit poſtea.l.3.ff. de nat.reſt.& inſt.pro ſocio.ibi, nec unquam fuit Bar.in repetitione.l.ubicunque.ff.de inter.act. colum.ſexta.uerſiculo ultimo oppo.ubi ponit quartam limitationem ut ſufficiat fuiſſe dubium apud imperitos,licet non eſſet apud doctos.facit.l.fin.C.de indict.uidu.col. circa princ.uerſicu.nec tamen.

¶Item in dubio debēmus euitare abſurdum.dixi ſuprà in argumentis. Præpoſ.in c.rurſus.colum.v. qui clerici,uel uouen.Cæpol.in l.fugitiui.colum.vi.& ſeq.C.de ſer.fug. Claud.in l.ex facto.§.facto.colum. fin.ff.ad Trebel.ubi inter plures deciſiones quas referunt,not.unum quam ibi ponit.& etiam in repet.l.ut uim.colum.26.uerſi.ad idem. ff.de inſti.& iur.quòd ſi ſtatutum pro delicto ponat pœnam capitalem uel capitis,intelligitur de minori,& ſic de deportatione,quæ etiam pœna capitis dicitur: dicens eſſe ſignandum, quia quis poſſet de hoc lucrari unam bonam ueſtem: quia ubi agitur de uita, pecunia concurrit : quia ubi agitur de cauſa capitali, debet aduocato benè ſolui. Angel.& Roch.in l.ſi pater.ff. de donat.& quòd intelligatur de minori uult. Io.de Vilemati in repetio.l.diuus.ff. ſicar.not.57.Idem Iaſon in l.tranſigere.columna 3. C.de pact.in l.ſi quis iniquum. §. hæc pœna col.1.ff. quod quiſ. iur.in diuortio col.3.ff.ſol.matri. Decius in capitul.at ſi clerici.in prin.colum.25.de iudic. Alexander libro tertiò. conſil.116.in cauſa inquiſitionis. Bolog. in ſuis nouis interpretationibus primæ partis. in l.2. C.ne Chriſtianum mancipium. Felyn.in capitulo ex litteris, columna 10. uerſicu. & tenendo hanc partem. de conſtit. Card.in c.dictum eſt à domino.§.quod dicam.in fin.1.quæſtionis. 1.ubi dicit quòd propterea Bonon.fuit liberatus quidam falſarius monetæ.Idem Gaſpar Portugalenſis in repet.l. imperiũ.ff.de iur.omnium iud.colum.47.uerſic.circa ter-

tium gradum.& col.44.uerſi.eſt tamen aduertendum.Eſt uerum quòd in contrarium uidi aliàs ponderari.l. quoniam.nouella.Cad.legem Iul.de ui publ.ubi appellatione ſupplicij uenit pœna mortis.& tex. cum glo.in l.j.§. fin.ibi,ſupplicio capitali. iuncta etiam alia gloſ.fin.l.2.C. de fal.mo.Ideo uide Riminal.in dict. l.imperium.col.18. ff.de iuriſd.omnium iudic.ubi diſputat nunquid prædicta lprocedant quando ſtatutum uteretur uerbo capitis.Et ibi limitat,niſi aliter appareret de mente ſtatuentium. Ité niſi eſſemus in caſu quo ius ciuile pœnam mortis imponeret: quia tunc tale ſtatutum deberet intelligi ſecundum ius ciuile.ſuper qua cogita, quia mihi non placet.

¶ Intellige primò hanc regulam,dummodo per eam non recedamus à proprietate uocabuli.Iaſ.in l.ſtipulatio iſta. §.eum qui ita.ff.de uerborum obliga.in l.ſi quis teſtamento.in princ.de leg.j.Lancel.in l.fi.ff.de annu.leg.

¶ Intellige & ſecundò regulam procedere prout loquitur,ſcilicet quando agitur de maiori uel minori pœna:ſecus quando dubitaretur an pro delicto de quo conſtat quis ſit puniendus uel abſoluendus in totum:quia potius eſt condemnandus, quàm abſoluendus.Socin.qui dicit eſſe not.in l.quidam relegatus.colum.3. ff.de rebus dub.Iaſon in l.cùm quidam.columna fin.uerſic.& ſi contra iſtã. ff.de liber.& poſthum. Et iſto modo poteſt ſaluari dictũ Barto. in l.quemadmodum.C.de agri.& cenſi.lib. xj. ubi circa med.dicit, quòd cùm ſit fauor reipublicæ delicta coercere, quòd lex pœnalis eſt extendenda.refert Iaſ.in l. ſi certis annis.in principio. C. da pact.in l. ſi quis id quod colum.9.& in uerb.y.ff.de iuriſd.omnium iudic. ubi etiã Clau.colum.2.Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore.ff.de uſucap. colum.86.uerſicu.vj.pro iſta. Decius in conſil.lxv.ij.collum.Roch.in capitulo quanto.colum.v. de iudic.in capitulo at ſi clerici.§. de adult.char.xii.eodem titul.ubi per multa ponit qualiter exorbitantia poſſint dici fauorabilia.Claud.in l.ut uim. colũ.25.ff.de iuſtit.& iur.in l.j.ii.columen.ff.de oper.noui nuntia.in l.qui Romæ.§.ea lege. ult. colum.ff.de uerbo.obligatio.in l.ii.columna penult.C.de in ius uocand.ubi etiam ponit quando dicatur pœna ſtatuti Materia

Pœnalis eſt fauorabilis.

tuti eſſe fauorabilis, & ſic extendenda. Angel. in maleficiis in uerbo necnon ad denuntiationem.colum.14.in §. in perſonam.8. colum.inſtit. de act.in §.ius autem ciuile. colum.xvii.inſtit.de iur.nat.facit Bald. per illum text.in c. i.§.porrò.quæ fuit prima cauſa benef.amit.dicēs eſſe meliorē tex.de iure,quod ſtatuta pœnalia extenduntur. Ancha.in capitu.canonum ſtatuta. penulti. char. Alexand.in l.i.in princip.ff.de uerb.obliga.ubi Socin. colum.3.dicit, quòd cauſa mediata eſt odium delinquentis. Et immediata eſt utilitas publica. Lancel.in l.cætera.§.ſed & ſi quis. ad fi.ff.de leg.primo.Nata in clem.ſæpe.§.fi.colum.33.de uerbo.ſigni. Corrſet. ſing. cap.incipien.licet. eſt in uerb. extenſio.Monfer.in cap.ii.colum.fin.de conſt.lib.vi.Et dicit Iaſ.in l.fratres.in fi.ii.colum.C.de inoffic.teſta. quòd in correctoriis dummodo agatur de fauore publico. ſecundario,licet non principaliter licita eſt extenſio.

¶Tertiò limita in grauioribus delictis,quia in illis ſeueritatem legum ſubſequi oportet.l.reſpiciendum.ff.de pœ. Cæpol.conſil.34. incip. ſi unquam.colum.antepe.uerſ.x.

¶Item in dubio dicimus,quòd quis cenſetur condemnatus eo modo quo euitatur infamia.Decius in l. Certi cō dictio.vij.colum.ff.ſi cer.peta.

¶Item in dubio pœna uidetur temporalis,non perpetua. Decius in cap.ex literis.col.v.de conſtitut.ubi col.ix.dicit quod in dubio quis præſumitur potius condemnatus ex contumacia, quàm ex delicto.

¶Item ad pœnam euitandam in dubio contractus diceretur conditionalis.Decius conſi.ii.colum.iiij.

¶Item in dubio ſequitur illud quod eſt minimum.l.cum teſtamento.ubi Socin.limitat.ff.de reb.dub.

¶Item in dubio fauemus illi qui tractat de damno euitādo.l.fi.§.ſi uerò.C.de iur.delib.Item eſt aliquando ita fauorabilis una cauſa ſicut alia : ut in cauſa filij quæ eſt ita fauorabilis ſicut cauſa eccleſiæ. Propterea infert Socin. in l.j.iii.col.ff.de reb.dub.quòd ſicut in legato fundi facto eccleſiæ ueniunt adiacentia poſtea empta:Ita in legato fundi facto filio: quia ſicut diſpoſitio c.in præſentia de proba.locū non habet eccleſia inſtituta: ita non habet lo

cum

cum filio inſtituto:& quòd ita fuit iudicatum Senis. Catel.in ii.parte Memoral.in uer. amor licitus. & idem Socin. in repet.l.cùm auus. ff.de condit.& demonſt.col .xx. infert,quòd diſpoſitio l.ſi unquam.C.de reuoc.do. procedit etiam in donatione facta eccleſię.Idem uult Alex.lib. iii.conſi.xcii.ſuper eo.col.ii.Fab.in repet.authen.nouiſſima.char.xiiii.q.xiiii.Corſet.ſing.lxxxvii.incip.licet donatio.eſt in uer.donatio.Quod tamẽ non procederet in donatione remuneratoria. Marian. in d.tract.de oblat.lib. xv.in primo caſu.Imò in legitima plus fauetur filio, quã eccleſiæ.gl.in l.ſi quis ad declinandum.C.de epiſ.& cler. Panor.in repet.cap.cùm eſſes.col.vi.de teſtam. Signorol. conſi.lxviii. quædam mulier. in fin.Baueria. inſtit.de teſtamento in princ.in col.xxxiii.& in §.teſtes autem.col.v. quia filius etiam ſi ſit hæres patris,illam detrahit de legatis factis eccleſiæ. Marian.in tract.de obla.lib.xv. in primo caſu.Doct.in l.j.§.ad municipium.ff.ad leg.Falcid.Felyn.in c. eccleſia ſanctæ Mariæ.col xxxvi. uerſ.ubi lex. de conſtit. Scrutinium char xxiii.Iaſ.in l.ſi fundum ſub con. dit.§.Stichum.col.ii.de leg.j.Bar.conſil.xxxii. Maximus. Barb.j.uolum.conſi xiii.clemẽtiſſim.col.vii.xxxii. ſcribitur.col.j.xxix.illud col.ii.xxxiiii.clementiſſim.col.j.

¶ Item limita dictam gloſ.l. ſi quis ap declinandum. non procedere in legato facto pro exoneranda conſcientia teſtatoris Barb.libro ii.conſilio.v.præclarè.col.xi.

¶ Item limita ut procedat quãtum ſit pro legitima debita filio:quantum uerò ad reſiduum ultra legitimã bene plus fauetur eccleſiæ quàm filio.Barb.Fabian. Marian.& Socin.& alij in locis prædictis.Decius in c.in præſentia. col.xxxvii.uerſi.& circa iſtam.de probat.Iaſ.in l.j.ii. lect. col.v.C.de ſacroſanct.eccleſ.in l.licet.iiii.not.C.de pact. in l.tale pactum.§.fi.col.iii.ff.eod.in l.generaliter. §. cùm autẽ col.ii.de inſtit.& ſubſtit.in l.ſi cui legetur.§. hoc autem.col.fi.de leg.j.Alexãd.& Riminal. in l. pactum quod dotali.col.ii.C.de pact.Et propterea inferunt Alex. in d. conſi. & Socin. in d.l. cùm auus.col.xx.quòd ſi ſubſtituta eccleſia non habet locum diſpoſitio l.cùm auus. cum ſimil.Idẽ uult Hercul.in diſpu.incip.Peruſinus.col. pen.

Paul.de mōte Picho.in repet.§. Titia.q.iij.Cornel.lib. j. conſi.cclxxvj.uiſo.Et ſic una cauſa eſt fauorabilior altera. Item pro cauſa fauorabili in dubio iudicabimus contra reum,licet aliàs diceremus quòd in dubio pro reo.Iaſ.in l.de die.ad fi. princ.ff. qui ſatiſda.cog.Decius in rubri.de probat.col.liij.uerſ.vj. limita.& conſ.cix.col.fin.

¶ Item quia potius pro mulieribus religioſis, quàm ero religioſis maſculis,Præpoſ.in cap.uerum.col.iiij.de cond. app.Decius in cap.in præſentia.col.x.de probat.

¶ Item plus fauemus minori, quàm mulieri in dote.Monſer.in repet.l.ſi conſtante.col.lij.ff.ſol.matr.

¶ Item in materia feudali plus fauemus filio,Prępoſ.in c. j.col.iij.de eo qui ſibi uel hæred.ſuis maſc.

Item plus fauemus libertati,quàm pupillo,uel reipub.l.illud ſciendum.la.ij. de appel.imò plus quàm piæ cauſæ.l. Papinian.§.quarta autem.ubi Ful.in iij.not.ff.de inoffic. teſtamen.Iaſ.in l.ſi cui legetur.§. hoc autem.§. fin.in l.ſi fundum ſub conditione.§. Stichum.col.ij.ff. de leg.j.

¶ Item in dubio plus fauemus eccleſiæ Rom.quàm alijs eccleſijs.Card.Alex.in c.omnes.xxii. diſtin.

¶ Item plus fauemus animæ, quàm cunctis alijs rebus.c. præcipimus.xij.q.ij.c.cùm infirmitas.de pęnit.& remiſ.l. ſancimus.C.de ſacroſan.cum ſimil.

48 ¶ † Viſo qualiter debeat ſe continere iudex in iudicãdo, ſupereſt uidere qualiter debet ſe continere in exequẽdo. Sed quia duo magna luminaria, ſcilicet dom.Alex.& Felyn. cumulatiſſime commentarunt illos titulos extrà & ff.de re iud.ad eorum dicta recurri poteſt.

49 ¶ † Qualiter autem debeat ſe continere in exequendo reſcripta principis, dicendum eſt, quòd ſi iuſta ſunt,illis parẽdum eſt:ſi iniuſta,debet iudex ſuperſedere & reſcribere principi,& expectare ſecũdam iuſſionẽ. §. fin.in authẽ.de iudicibus.in auth.ut nulli iudicũ.§. & hoc uerò iubemus. Iaſ.& Parpal.in l.nec dãnoſa.C.de precib.imper.off.Dec. conſ.cxxxvij.col.ij. Barb.dicit quòd ſi Papa peccat,eſt ſine reparatione ad inſtar diaboli,ut ipſe not in c.at ſi clerici.col.pe.de iudic.not.clj.Pręſumunt enim talia reſcripta per importunitatem obtenta.quando lædunt tertium,ut

Qualiter obediendum reſcripto.

per eos.& Riminal.in l.cauſas.col.j. C.de tranſact. Alexã. lib.j.conſ.xxxvij. incip.in cauſa mota.per Ang.col.ij.uerſ. & ita repetito.iij.uolu.conſ. xxxvij. Imò tales malitioſè impetrantes puniuntur.Bald.in rubr.de reſcript.colũ.iij. uerſ.quæro nunquid debeat Guido Papæ lib.iij.cõſ.cxcv. incip.in cauſa.col.iij. Etenim princeps contentatur ſi reſcriptũ quod uidetur iniuſtum continere,non mandetur executioni per inferiorem: & ei nullam iniuriã facimus,ſi eum bonum & æquum reputamus. Barbat. inter conſilia Alex.lib.iiij.conſ.cxxiij. Riminal.in d.l.cauſas. Maraſcotus in repet c.j.col.liij.de conſtit.lib.vj. uerſ.amplia.adeò poſt Cæpol.caute.ij.in fi.ij.col.inuehit cõtra miſeros prę latos,qui intantũ literas domini Papæ timẽt quòd cõtra dicere non audent. facit Papa Pius epiſt xix.Bald. lib.iij. conſ.xliiij.d.Bailardinus.Io. Monton.in promptuario Iuris.in uerſ.Ozias.ante fi.nam quando imperator facit cõtra ius,dicitur unum pecus. Laud.in c.ſi facta.ſi de feudi. fuer.controuer.inter dom.& agnat.& propter peccatum citius moreretur.dixi inter feudalia Bruni conſ.xij.in fin. primæ orationis.hinc dicit Socin.conſ.clxv.col.viij.in fin. quòd mors regum eſt frequens.facit Ioã. Andr.in cap.j. col.ij. de priuil.lib.vj. qui ſubiungit quòd ſi eſſet contra publicam utilitatem,deberet reſcriptum auferri de manibus exhibentis.Card.conſ.cxlij.incip.punctus quæſtionis. col.penult dicens,quod ſaltem cogitur impetrans cum literis redire ad principem.licet quidam officiales qui conſueuerunt ſeruire domino per fas & nefas.Fely.in cap. in literis,col.ij.de teſtib.pulchrè Vdalric.li.ij.ff. de orig.iur. col.xxij.& ſeq.Bald.in cap. quanto. de tranſlat.epiſ.& qui fortè ſunt hi, de quibus loquitur Sidonius lib.v.epiſt.vij. incip.indagauimus.qui faciunt ut Pilatus, qui ob timorẽ Chriſtum iniuſtè damnauit. & ſtulti præponentes amorem principum diligentium obedientiores non aduertũt quòd obediendo peccent. Lancel. Politus in tracta.de offic.aduoc.in rub.de ſeruili timore.tex. & ibi Angel.in §. fina.in authen.de iudic.afflictus deciſ.cccxcj.colum.penu. in ſimili. Iacobi in inueſti. in uerſi. & promiſerunt debita ſeruitia. colũ. iij.quæſtio.j. An uaſallus debeat iuuare

dominum in bello iuſto,& deberent dicere, da ueniam o Imperator,tu carcerem,ille gehennam minatur.cap. qui reſiſtit.11.q.3.Cyprianus Benetus in tract. de authoritate Romanæ eccleſiæ. char.8. & Plus obediendum Deo, quàm hominibus.Actuum v. Had. Papa noſter quodlib. ii.litera g.eſt char. xix.col.i. Pet. Bertrandi in tract. de orig.iuris.q.ii.Et uideatur rationabile,quia principes aliquando iubent in iracundia,quæ quantum noceat principi,ponit Guil.de Montefer.in conſilio pragmaticæ Sanctionis.v.par.eſt char.lxv.frater Lud.de Veritate contritionis in tract.de ira.c.iiii. quod ira tollit miſericordiam & compaſſionem,& alia pulchra. & frater Iſidorus de regim.princ.lib.iii.c.x.Iodocus in tract.de nobilitate.c.xiii. char.ii.allegando uerſus Senecæ. & cap. xiiii.ubi latius. hinc dicimus quòd ſi Dominus iratus expellat famulum qui debebat ſeruire per annum,non intelligitur famulus liberatus.Benedic.de Plumbino in l.ſtatuliberos. §.ſi ita ſit,qui eſt §.fin.ff.de ſtatu lib.dixi ſuprà de ira mulierum, uel inaduertenter aliqua concedunt poſtea dolent eſſe executa : ut dicitur de Theodoſio Imperatore in c. apud Theſſalonicam. xi.q.iii. qui propter ea facit. l. uindicari. C.de pœ.ad quam Cępola cautel.ii.col.ii.Felyn.in c.purgantium.col.fin.de re iudic. Iaſ.in l.j.ii.lect.col.iii. C.de ſum.Trin.in l.puniri in fi.C. ſi contra ius uel util. public. in l.debitoribus.col.fi.ff.de re iud.ubi enumerat vii.caſus in quibus ſuperſedetur ab executione ſententiæ. Paris de Syndicatu.char.v.de exceſ conſiliariorum.& char. lxxxix. c mandauit.& char.lxix.eſt in uerſi. reſiſtentia. col.2. Iodocus in tract.de nobilitate.cap.xiiii.Marti. De Laude.in tract.de conſiliarijs princ. q.vj. incip. conſiliarij maxime Igneus in repet.l.donationes.col.v.& in diſput.ſeq. incip. cùm me legente.col.xlviii.ubi reſpondet ad quædam dicta Cy. Honoratus in Arbore bellorum, lingua Gallica cõpoſito.char.ultim.de quo meminit curia Delphinatus. q.cxiiii.in facto guerrarum.circa fi.facit Guil.de Monteferrat.in commento Pragmaticæ Sanctionis.v.par. char. lxv.Bene faciunt quæ moraliter dicit Pontanus in tract.
50 de obedientia.lib.iiii.in rubr.† an parendum ſit decreto

Princeps dolet iuſſum ſuũ fuiſſe executum.

quod

quod iniuſtum uidetur. ubi refert plures principes antiquos & Modern. in iracundia quoſdam iuſſiſſe interfici, quos poſtea deſiderauerunt.laté Decius in c.ſi quãdo. ii. not.poſt Felyn.de reſcrip. ubi dicit quòd ſaltem debet reſcribi principi & expectari ſecunda iuſſio.Riminal.ubi ſuprà.& dicit eſſe tutius Igneus d.col.xlviij.& Parpal. in d. l.non dãnoſa.Pariſ.in tract.de Syndic.char.xii.uerſ.ſi per ſtatutum.& char.lviii.col.ii.uerſ.officialis non debet, & char.lxix.in fi.col.ii.quæ ſi emanauerit adhuc non debet obedire, ut laté inuehit Fortun. in repet.l. Gallus. §. & quid ſi tantũ.nu.230.ff.de lib.& poſth.facit Corſet. in repertor.ad Abbatem in uerſ.abſoluto. col.ii. maximè ibi igitur de uita hominis. Ariſtot.quem allegat Afflictus d. deciſ.cccxcj.ubi vult quòd licet aliquando ex cauſa toleretur factum iniuſtum principis,nũquam tamen ubi agitur de uita hominis.facit d.c.qui reſiſtit. & potius debet renuntiare officio ſi vult eſſe tutus in conſcientia, quàm parere. Felyn.in c. conſanguinei. de re iudi.in c. ueniens. col.fin.de ſimo.ubi loquitur de rectore collegij.& ita tenet glo.Pragmaticæ.char. xxvij.col. 1. reprehendẽdo Cy. 51
† melius eſt enim pro ueritate pati ſupplicii, quàm pro adulatione beneficium.cap.nemo peritorum.xj.q.iii.potius pati omnia mala, quàm malo conſentire. xxxii.q.v. ita Hadr. Papa noſter in quodlibet. ii. eſt char. xx. col. ii. pulchrè Afflictus conſtitutione,inquiſitionis.§.etiam dura.in fin.Luc.de Penna in l.quotiens. C.de naufra.lib.xi. col.iii.uel intret religionẽ, ut frater Io.de Capiſt. quem refert Hippol.in l.de minore.col.iii.ff.ad quæſt.Afflictus in conſtitutione paternorum.col.iii.Barbat.in cap. 1.col. iii. de iura. cal. † quia hodie quandoque principes plus 52
moueutur uoluntate,quam ratione.Iaſ. in l.ſi teſtamentum.col.j.C.de teſtam.ideo ſi principibus ſeculi plus liceat quàm par eſt,plus ualẽt quàm liceat. Steph. Malereti.in tract.de elect. char. xliiii. in fi. col. iii. ubi char. lxv. col.iiii.quod à Deo non capiunt poteſtatem peccandi.Quandoq; & ſecundo † princeps ita inuerecunda petentium 53
inhiatione conſtringitur, ut etiam non concedenda tribuat.l.j.C.de petitionib.bon.ſubla..ibi.x.cũ ſim.ut Dec.
poſt

poſt Felyn.in c.quæ in eccleſiarum.col.antepen. de cõſti.
Hippol.not.vj.incip.in princ.Barb.lib.ij.conſi.xxiiij. cle-
mẽtiſſimi.col.iij.Aret.conſ.xv.reuerendiſſimi.col.iij.uer
ſicul pręterea quando.Fulg.conſi.xx.pro pleniori.uerſic.
ſupereſt tertius.& conſil.lxj.domina Caterina.col.ij.uer.
iiij.quia reſcriptũ.Io. Lup.de donat.inter uir.& ux.char.
54 xlix.uer.tertius caſus. Quandoq; & tertiò † princeps per
curiales & magnates in curia infeſtatur:& talia reſcripta
etiam præſumuntur impetrata per importunitaté.l.j. C.
de fün.limitroph.li.x. & dicit ibi And.de Barulo, quẽ ſe-
quit Bar.& Iac.Rebuf.quòd eſt ipſo iure nullũ qñ infert
alicui præiudiciũ.Lancel.in l.ſi mihi tibi.§.in legatis.col.
iiij.uerſic.ij.not.de leg.j. Fulgo.d.conſ.xx.Et allegat illud
Lucan.Nulla fides pietasq́; uiris qui caſtra ſequũtur &c.
Corſet. ſing.cclxxxv.reſcriptum. Ioan.Lup.in rub.de do-
55 nat. inter uir.& uxo.char.xlix.Quandoq; & quartò † præ
nimia lætitia, quo caſu quod faciunt nihil ualet,tanquã
ſint extra mentem.arg.c.unuſquiſq;.iuncta gl.xxij.q.iiij.
tex.cum glo.bene intellecta inſtit.de liberti.§.ſerui uerò.
in uerſ.balneum.gl. in proœ.regularum Cancellariæ. Io.
de Selua in tract.de benefic.j.parte.q.ij.col.x.uerſ.j.bene-
ficium eſt.char.v.vbi dicũt quòd ſignaturæ,quas facit Pa
pa antequàm exeat de cõclaui,ſunt nullæ propter nimiã
lætitiam Papæ.& Io. Lup.in rubr.de donat. inter uir. &
uxo.char.xliij.col.iiij. dicit quòd donatio per Regẽ facta
tẽpore guerræ uel in principio acquiſitionis ſtatus & re-
gni nõ ualet. Eſt enim lætitia conſilio inimica, ut Petrar-
cha epiſt.lij.ancipiti.& dicebat.Cato ſenior,quòd ſecun-
dæ res lætitia tranſuerſum trudere ſolent à uero conſulẽ
do & intelligendo.Vdalr.in l.ij.ff.de orig.iur.colum.lj.
56 ¶ Quandoq; & quintò † ad requiſitionem mulierum.pro
pterea Burgos in c.peruenit.col.v.de empt.& uend.refert
Barb.mirari quòd Papa ad allegationes unius mulieris fe
cerit illam deciſionem. ideo tunc ſuccedit quod in ſimili
dicit Fely.in c.ſi quando col.viij. uerſi.ubi uerò.col.ij.de
reſcript.dum loquitur de rege Franciæ.Bald.in c.j.colum.
fi.de conſtit.ubi refert Imperatorem dicentem quandam
mulierem, cuius amplexus dicebat illicitos Imperatori
dixiſſe

dixiſſe: Domine, ſi libet, ſcilicet facere quid uis de plenitudine poteſtatis. Et meritò Bald. adducit, quòd eſt dictũ mulieris impudicę. prout in ſimili de Virgin. dicit Cępol. in tract. de imper. mil. delig. char. xiij. eſt in c. pro imperatore uerò gentili. col. vij. ubi dicit quòd meritò Virgil. induxit illud, Dolus an uirtus, quis in hoſte requirat. eſſe dictum pueri, non autem uiri grauiſſimi. † Quia plenitudo poteſtatis nõ extenditur ad aliquid iniquum. Curtius. conſ. lxxiij. col. xxix. in fi. Fulg. in d. conſ. lxj. col. penul. Barba. lib. ij. dicto conſ. xxiiij. col. iiij. Card. conſ. cxliij. incip. punctus. col. ij. Barb. in c. quanto. de iureiur. dicens figendum cordi in c. cùm omnes in princip. de conſtit. Moder. in l. reſcripta. C. de precibus imper. off. Nec debet exerceri niſi cum magna cauſa. Iaſ. in Barbarius. col. vij. ff. de offi. prætor. Inno. ubi Panor. in fi. in c. innotuit in c. illa quotidiána. ij. not. de elect. aliàs diceretur uti plenitudine tẽpeſtatis. Io. de Selua in tract. de beneficio. j. q. ij. partis. colũ. vj. & tribus ſeq. Socin. lib. iij. conſ. cxx. memini. col. pe. Alberic. in Dictionario, in uerſ. argumentum. col. vi. Peruſ. in rubr. de teſta. lib. vi. col. fi. ubi loquitur in Papa quĩ habet maiorẽ poteſtatẽ in ſubditos, quàm imperator: ſecundum Præpoſ. in rubr. de appel. col. vi. uerſi. ſed diceret quiſpiam. poſui inter feudalia Bruni, conſ. xii. col. xxvi. & diſpenſatio ſine cauſa dicitur diſſipatio. Archid. in c. conſequens. xi. diſtin. Io. And. in c. de multa. colũ. v. de præbẽ. Roch. in c. fi. de cõſuet. char. x. col. j. uerſ. extra iſtã. † Et nõ debet exerceri plenitudo poteſtatis: niſi præmiſſa claue diſcretionis. Inno. in d. c. quanto de iureiuran. Et de raro. Bald. in l. j. §. cũ autem. C. de cad. tol. in l. ii. C. de com. rer. alien. & nõ in præiudiciũ ſubditorum. Pet. de Rauen. in alphabeto iuris. uerſ. priuilegium. col. ii. aliàs peccat mortaliter. Paul. de Caſt. conſ. xxvi. incip. ſuper primo uidetur dicendum eſt in ii. uol. conſ. xxxiiii. Paris de Syndicatu. iii. char. de exceſſibus. col. ii. in fi. & propter peccatũ princeps quandoque perdit dominium. c. ſi de rebus. xxiiii. q. j. & citius morit. c. epiſcopi. xi. q. iii. põt ad prædicta uideri Socin. conſi. clxiiii. incip. uiſa bula. & ex pluribus alijs etiam cauſis quãdoq; coguntur principes ad cõplacẽdum poſtu-

57 *Plenitudo poteſtatis.*

58

lantibus indebita quæ uix enumerari poſſent.Sed caueāt in debitè cum iſtis impetrationibus opprimētes tertium à precibus, quas dicit ſe pro epiſcopo ſuo effudiſſe Franciſc.Vuillonus in ſuo teſtamento lingua Gallica compoſito: nam cum uox oppreſſorum clamitet ad cœlum, uiſi ſunt plures annum non ſuperuixiſſe.

¶ Et hæc pro nunc ſufficiant, & omiſſis quæ dicit Andr. Barbat.in fin.rubr.C.qui admit.ſi quid boni eſt,laudetur Deus:ſi mali,cōpatiatur benignus lector, & dignetur corrigere ſenſumq; uerbis pręferre.Cupiebam enim prodeſſe,& nemini diſplicere, quod eſt ualde dfficile loquēti de moribus,quin ſaltē ſeruare deberet illud Hora. ꝙ refert Perſius ſatyra j.ubi Britānicus cōmentator, Omne uafer uitiū ridenti Flaccus amico &c.& quod feci quoad potui. ueritas enim,quia corrigit odiū parit.Matth.Boſius epiſ. vii.col.j.proceſſiq; celeri faciliq;cōpndio, ut ſe dicit feciſſe Gellius in ulti.c.Noctiū atticarū. & potius ꝑ modū cuiuſdā repertori j,ut ſe facere dicit Nellus in tract. bāniturū.col.j.licet aliter Præpoſ.in proœ.feudo.ad fi.ſed ibi erat in lectura licet tacita,hic quiſq; ex inſpectione facile percipiat nō me ex repertorijs collegiſſe: ſed longo diſcurſu uariorū operum:quia de his copioſius diſſerui, de quibus nulla mētio in aliquibus repertorijs habetur,nullius authoritatē ſpreui,modernā uel antiquam, poſtquā omnes ſcripturæ de quarū improbatione nō conſtat poſſunt allegari.Io. Eagnioni in tract.de poteſtate dominorum,imò & hæreticorum in his quibus errarunt. Bald. in c.fi.de ſum.Tri.ubi de origine.facit Luc.de Pēna.in epiſtola ante lecturā triū librorum.C.de Iſern. in prologo feudorū.q.vj.col.fi.facit.frater Sylueſt.contra Luth.char. lxvii.dū loquitur de Io. Taulero.facit Barb.in c.cùm oēs. col.xii de conſti.ubi dicit ꝙ licet in cauſis allegare Philoſophos & ſacrā Scripturā.latè Iaſ.in l.j.col.vi.ff.ſi cer.pe. Felyn.in c.ex part.el j.de reſcrip.char.pe. in c.qualiter & quādo.el ii.de accuſ. Bertach.in trac.de epiſcopo.j. parte lib.ii. q.xlvii.eſt char.xii.facit illud Ouid.quod ſuprà retuli loquendo de exēplis in iiii.ratione,ꝙ eſt utile nubete,fas eſt & ab hoſte doceri.Et quæ ſuprà dixi reſpōdēdo

ad vi.de fatuitate,quòd etiam dicta fatuorum imò & ab anniculo paratus eſt Auguſt. edoceri.Bertach.ubi ſupra pulchrè Symphorianus in libello Medicinali.char.ix.allegando Augu.de Chriſtiana religione dicere, ꝙ ab Ethnicis ea quæ ad doctrinā faciūt Chriſtianā, eſſe ſurripienda,tanq̃ ab iniuſtis poſſeſſoribus. Et dicit Hug.lib.3. Didaſcalicon,ꝙ ſapientior oībus eris,ſi ab oībus diſcere uolueris.& allegat Chryſippum:Quod tu nō noſti,fortaſſis nouit aſellus.facit ꝙ dixi ſuprà de iuuenibus doctorib.& de laudibus Homeri,& ꝙ allegeē à Iure cōſultis.Codrus ſer.ii.latè. & in illo opere.char.xxix.lxv.lxvi. & ſeptem urbes certant de eius ortu,ut ibi.& Iaco.Bonon.in annotationibus uariorum.char.cxcvii.ad epiſtolas Plinij.& in eo bene uerificatū eſt illud, ꝙ cæcorum ſunt perfectiora phantaſmata.Lācel.in l.cæcus.ff.de iudi.& ad illud Hier. quòd fuerit uapulatus, quia legeret Ciceronem, uide Carmelitanum in apologia ante Parthenices Marianas. incip.quoniam.char.pen.Imò quòd fuerit ſomnium, nō ueritas teſtatur ipſe Hieron.quem refert Polytia, centuria.j.c.j.col.ii. Quinimo & Vetus teſtamentum allegaui ſæpius,quia licet omnis obligatio diſpoſitione ueteris legis inducta,morte Chriſti ſit extincta.Hadr. Pap. noſter in Quodlib.q.v.col.v.& multa ꝑmittūtur in ueteri teſtamēto,quorū exēplis hodie uti nō licet.xii.q.ii.c.quod ait fratribus ſuis Ioſeph.multaque cōcedebantur,quæ nunc prohibētur.c.nos.ſi incōpetēter.ii.q.vii.col.ii.§.his ita. & patet in exēplo quod ponit Prępoſ.in rub.de ſpōſa duorū ad fin.ꝙ hodie etiam pro habenda prole, quam quis non poteſt habere ab uxore,nō eſt licitum tenere concubinā. Itèm multa ſunt Dei opera quæ admirari magis conuenit,quàm imitari.Papa Pius epiſt.v.col.vii.& d.cap.nos ſi incōpetenter.§.his ita.Mart.Laud.in tract.de primogenitura.col.pen.Hoſtien.in ſumma de cleric.pugn.in duello. §.an ſit offerēdum.tamem ſi quis negat hiſtorias Veteris teſtamenti,pertinaciter eſt hæreticus. Afflictus conſtitutione,inconſutilem.col.vii.in ix.q.ubi an liceat tenere libros hæreticorū.Et uetus teſtamentū & Iudæis & Chriſtianis & Sarracenis cōmune eſt.Papa Pius epiſ.vii. in o-

pere

pere eſt char.lxvi.ubi ſubiungit,quòd uana eſt argumentatio ſine diuinæ legis ueritate, & teſtimonio. allegaui etiam philoſophos, & poetas, & hiſtoricos, & medicos, quoniã ueritas à quocunque dicatur, à Spiritu ſancto eſt Zacha.in ſermone concilij Piſ.in princ.uarietas huiuſmodi omni operi plurimum ornatus & gratiæ ſolet afferre, ſecundum Iodocum in tractatu de nobilitate,in ſua peroratione,quam poſuit in fine operis.char.pen.& ut uarietas ciborum inducit appetitum, ita uarietas allegationũ excitat appetitum uidendi.facit Bagnionus in tractatu de poteſtate dominorum in j.membro ii.ratione.Item quia multiplici lectori melius eſt ſatisfactum ex aliqua allegatione ſuæ profeſſionis. Et etiam quia fortè horũ ſcripta ſunt diutius duratura quàm Legiſtarum,cũ propter multitudinem ſcriptorum neceſſe ſit iura reformare.ſecundũ Petrum Iacobi de ſtatu Curiæ Romanæ, quem refert Formularium Cancellariæ.char.l. & ſeq.Et inter Iuriſtas nouiſſimos libentius allegaui non pro authoritate: quia fons,non riuuli,eſſet adducendus.c.ieiunium.el.ij.lxxvj. diſt.Auguſtinus in Scrutinio conſiliorũ.char.xlix.ſed hoc feci ſtudio breuitatis: quia per hos riuulos fontes poſſumus inuenire de facili,qui ad eos nos ducant, cũ moderniores antiquos referant.& ita fieri docet Felyn.in c.Rodulfus.col.14.uerſ.ortus autem.de reſcrip. Afflictus in deciſ.Neapol.quæſtio. cap.incipien.in cauſa.Pet.Franciſ.de Rippa in tract. de Peſte.char.72.nume.23.ubi propterea damnat conſuetudinem taxandi ſalarium allegationũ per numerum chartarum. nullius nomen ſubticui, quia ut Aeneas Syluius in tract.de educatione liberorum in rub. qui oratores legi debent.poſt Plinium, nullus liber eſt tã malus,ex quo non poſſit aliquid utilitatis excerpi.Et quãuis liceat delibris antiquis elicere & in ſuos tranſportare. gloſ.4.in au th.de mand.prin.& quæ dixi ſupra.char.j.facit Luc. de penna in prooemio trium librorum. C. Roſ. poſt ſuum tractatum libellorum,in prooemio ſuarũ quæſtionum Sabbatinarum.Antonius Zazi.in florida corona medicinæ.c.2. d. Sapia. in oratione funebri. Iaſ. char.3. Imò magnarum uirium eſt auferre clauam de manu Her

culis

ſculis:ut reſpondebat Virgilius, quem refert frater Ludo-uicus Viualdus in tract.de Veritate contrit. dum loquitur de inuidia. ubi per plura capitula ſequentia ibi proximè. Et ſi aliqua cogitamus quę ſcripta & cogitata ſunt, non minus nobis debetur, quàm his qui prius cogitauerunt. intelligendum ſemper eſt, dum tamen furtum non committamus, nec credendum eos modernos fures qui di uitijs ingenii ſui ſatis fruuntur. Fortun. in l. iuriſgẽtium. §. prætor ait. colum. 10. ff. de pact. licet quidam dedignentur modernos allegare. ut inuehit Barbat. contra dedignantes allegare Panorm. in cap. in præſentia. columna 80. de probationibus. in cap. ſignificaſti. columna fina. de foro competenti. Alii dedignantur referre aliquos, contra quos Igneus in diſputatione an rex Fräciæ recognoſcat Imperatorem. columna 2. benignum tamen & plenum ingenui pudoris eſt, fateri per quos profeceris. ſecundum Plinium, quem refert Cardin. Alexander in fin. commenti ad 4. Decretal. Iaſ. in fine commenti inſtitut. de actio. Barbat. in fine proœm. de conſtitut. in c. nonnullis. §. ſunt & ali. columna v. de reſcript. regula Cancel. 27. in commento, in annotatis uariis, Baptiſta Pius in poſterioribus. cap. 21. facit Curtius Senior conſilio 65. ſuper præmiſſa, dicens quòd ſecus facientes poſſunt dici fures alienæ laudis. l. hæreditatum. §. final. ff. ad l. Falcid. Iaſ. de iure emphyteutico. colum. 159. Sandol. in repetit. l. quòd te. ff. ſi certum peta. colum. 25. Parpal. in princip. prelud. feud. Lucas de Penna in l. i. C. de ſtud. liber. lib. 11. columna 8. ubi allegat Victruuium. Barbat. in rubr. C. qui admit. colum. 6. Alber. in proœ. C, incipiẽ. quoniam. colum. 2. & contra tales etiam inuehit Lancel. in l. licet. in fin. ff. de iudic. Felyn. in cap. ex parte. in uerſi. periurus. ad fin. eſt colum. 3. de reſcript. Opizo. in repetio. diui. col. 71. & 44. ubi taxat. de hoc Alexandrum colum. 83. ii. fallen. Et ibidem de hoc eum damnat poſtea Monferr. columm. 18. uerſicu. demum. Bart. meritò ergo. Lancel. Politus in tractatu Subſtit. in materia exemplaris, columna quarta, exclamat quòd homines quandoque in aliis reprehendendis ſunt adeò incircunſpecti quòd in illud uitium in repre

hendenhenden-

hendendo incidunt. cuius alterum arguunt, ut quidam qui compoſuit tractatum contra ſuperbiam & uana gloriam, & ipſe ſemper inter ſcriben.illum ſuum tractatum adeò extollebat quòd ſe glorioſiſſimum demonſtrabat.videtur Plato de Diogene, quòd factum faſtu calcaret.taxant enim alios de furto,ipſe qui nedum fures,ſed trifures exiſtunt.ſecundum Codrum. At non ſic fecit Hoſtiē. in ſumma de teſtibus.§.quis poſſit eſſe teſtis.col.penulti. dum dicit quòd neſcit ſi ſcriptor errauerit etiam de tali furto. Bald. taxat Bart.in l. precibus.colum.antepenultima.C.de impub. Et in l.donatione.colum.ſecunda.C.de collationib. quod ibidem ſibi attribuit quædam dicta Nicol.de Matarel.eum etiam taxat Barbat.in c.licet.col. quinta.de foro competenti.dicens quòd Barto.ſibi appropriauit unam diſtinctionem Pauli de Leaza. & Ioannes Petrucius idem facit de motiuis.Imol.ſecundum Barbatiam in Ioannina, columna cix.ubi columna cxiii.dicit, quòd multi hac ætate miſeri aſcribunt ſibi dicta.Et ambo Raphaeles idem de opin.dom.Chriſtophori de Caſtel. ſubtilitatum principis eorum præceptoris, cuius nouas opin.ſemper ſibi impudenter aſcribunt.ſecundum Iaſon in l.prima.colum.54.ff.de pact.idem fecit Iaſ.de dictis Cornei,ut detegit Lancel.in l.prima.C.de ſecund.tab. Et de Saly.de Alexand.ut idem Lancel.in l.ſi quis duobus.C. de impub.& Ioan.Andr in addi. Spec.de conſiliis Oldra. ut Iaſ.ſæpe legendo dicebat.& patet ex locis glomeratis in fin. conſiliorum Oldra. & dicit Brunus in tractatu de augmento, charta 23.columna ſecunda, quòd illorum conſiliorum ſolebat Ioan.Andræas eſſe fur.& fecit idem practicus Pap. de practica Petri Iacob.ſecundum Cæpol. de ſerui.urban.cap.l.de furno & Alber. d.Signorol.in rubri.ff.de uerbo.obligatio.colum.prima. & prout & Raynerius ut in conſiliis Signor. conſil.68.quædam.colum.4. in princip.& Ioan.Igneus allegando pulchrum tex.in diſputatio.ſua, An rex Franciæ recognoſcat Imperatorem. col.ſecunda,& contra quæritur Angel. de Aret.inſtit. de exhæred.lib.in ſi. princip. qui quidem ſibi appropriauit quoſdam caſus,quos ſibi cumulauerat. Et etiam Felyn.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

in c.j.de treug.& pac. col.vj. de una apoſtilla ſua quam alius ſibi appropriauit,nimirum ſi doleant de tali furto,ut Virgilius dum fecit,Sic uos non uobis. Dicerentur enim nati quarta Luna hi qui exemplo Herculis alijs tantummodo laborant. Politianus centus.j.in c.viij. licet ipſe nō curet in fin.primæ centuriæ, & facere ut Candela quæ ſe conſumit pro illuminando alios.c.ſi.xv.q.ſi. ubi ille piger Neapolitanus nolebat operari,dicens quòd nobilius ſuus ſibi poſtea pecuniam extorquebat, à nobili poſtea baro, à barone rex,& quòd rex ipſe operaretur ſi uellet, alteri tamen prodeſſe cogeris ſi tibi uis uiuere.Bald .in l.liberti libertæque colum.ij.C.de oper.liber. Et licet Iaſ. legendo ſæpe diceret talia furta non mereri furcam. pro quo Luc.de Penna ubi ſuprà & Græci magni fures fuerunt,ut Euſebius de Euangelica præpa.lib.x.c.j.ſunt tamen irridendi.Politianus in Lamia.col.j. Fely.in c. poſtulaſti. col. ix. de reſcrip.ubi irridet Barb.quia mutiplicata impreſſura omnia eius furta detigit,& ideo nullo modo cōmittēda,ut patet ex prædictis. Quinimo nedum alia dicta furari prohibemur,ſed & earum longa recitationē uti uituperoſum ſemper fuit,de tempore antiquorū, ut Cyn.& Io. Fab. ſtatim allegandi,quanto magis in tanta librorum ubertate,quàm ut dicit cauda addita gl in uerb.tribus annis,in l.ij.C.de ueter.iur. enucl.Fely. in d.c.poſtulaſti.impreſſura nobis præbuit & de recitatione uide quomodo Cyn.in l.iudices in princ.C.de iud.irrideat Specul. quod referat tractatum Ioann.Faſioli de Piſis de uerbo ad uerbū more corniculæ ad conſilium accedentis, facit quod dixi ſupra charta j.& Barbat.in cap.quærenti.j.not.de officio.de leg.nec debemus transplantare de charta in papyrum.Iaſ.in l.non dubium.in fin.vj.colum. C. de leg. Pan. in ca.relatum.de cler. non reſi.Felyn. in cap.etſi conqueſtus.de ſimo.colum.ſin.Igneus.in auth.ex cauſa. C. de liber.præter.colum.lxviij. Afflictus in conſtitutione,ſi quis in poſterum in fin.poſt Ioan.Fab.in §. adeò.inſtit. loca.ad fin.qui dicit quòd dicuntur lauare ſinapum,id eſt mutare de una ſcutella in aliam.Monſer.in repet.§. diui. col. xiij. niſi fieret cū aliquo additamento.Bon. in tractatu de no

Xx bilitate.

bilitate.ij.part.num.clix.poſſunt enim uocari pedarij ſenatores: id eſt qui ſententiam in ſenatu non dicerent, ſed in aliam ſententiam pedibus irent.Gellius li. iiij. c.xviij. non pauci.hinc Barb.in c ſi diligenti.col.iiij.de foro com pet.dicit quòd non curat referre alios, quia habito uno uidetur haberi omnes,quia nihil noui afferunt. hinc Bal. in l.j.ad fi.C.de ſacroſan.dicit,quòd non intendit eſſe trāſcriptor,ſed aut inuentor,aut declarator, uel niſi in legibus dubijs,quia nō debet pudere totum repetere.Igneus in d.auth.ex cauſa.col.lx.facit Gellius lib. ix. c.ix. quādo. & ſic uides quomodo unus doctor alium mordet. ut etiā in l.Gallus.ff.de lib.& poſth.per diſcurſum, & frater Ludouicus Viualdus de ueritate contritionis, dum agit de inuidia.Polidorus Prouerb ccxlviij. & Eraſmus in parte. j. Prouerb. dcccc xcviij. ſuſpendio arbor eligenda. in annotationibus uarijs chart.xxix.Ang. Polit.centur.prima. c.xc.poſt medium.& in char.cv.Baptiſta Pius c.incip.Auguſt. Luc. de Penna. in epiſtola ante commentum ſuum trium librorum C.& Celſus irridebat ſententiam Labeonis in l.ſed an ultio.§. j. ff. de neg. geſt. poſtea Labeo irridebat conſultationem Celſi l.Domitius Labeo. ff. de teſtam.ad quam Fortu.in l.Gallus. .idem credendum.colu. iij.ff.de libe.& poſth. ubi Galiaura in primis uerbis illius j.in prin.Baueria in §.ſed hæc.col.penult.inſtit.de teſtam. Et plures ualentes ſcriptores qui habuerunt detractores, refert Roma. & inuehit ſingu. dclxxj. incipi. quid aliud. & de Grammaticis & Philoſophis quomodo unus alium mordeat. Lancel. Paxius in proœm. Quintil.de literatura non uulgari,ubi in fin.excuſat eos per illud Columellæ de Re ruſtica, quòd nulla eſt ars quæ ſingulari conſummata ſit ingenio, & ſufficit alijs uiam parare ueritatis inueſtigandæ.Alber.in proœm.C.incipi. quoniam. colum.ij.ſecundum Quintilianum,rerum cognitio quotidie creſcit.facit Bald.in cap.poſt tranſlationem.i.not.de renunt.

Satiſfa-

PIANTO
DELLA
BEATA VERGINE.

STabat Mater doloroſa.
Juxtà Crucem lacrimoſa,
Dum pendebat Filius.
Cujus animam gementem,
Contriſtatam & dolentem
Pertranſivit gladius.
O quam triſtis & afflicta
Fuit illa benedicta
Mater Unigeniti!
Quæ mœrebat & dolebat
Pia Mater, dum videbat
[illegible]ti pœnas inclyti.
Quis eſt homo, qui non fleret,
Matrem Chriſti ſi videret
In tanto ſupplicio?
Quis non poſſet contriſtari,
Matrem Chriſti contemplari
Dolentem cum Filio?
Pro peccatis ſuæ gentis
Vidit Jeſum in tormentis,
Et flagellis ſubditum.
Vidit ſuum dulcem Natum,
Moriendo deſolatum,
Dum emiſit ſpiritum.
Eja Mater fons amoris,
Me ſentire vim doloris
Fac, ut tecum lugeam.
Fac, ut ardeat cor meum

In amando Chriſtum Deum,
Ut ſibi complaceam.
Sancta Mater iſtud agas,
Crucifixi fige plagas
Cordi meo validè.
Tui flati vulnerati,
Tam dignati pro me pati
Pœnas mecum divide.
Fac me tecum piè flere,
Crucifixo condolere,
Donec ego vixero.
Juxtà Crucem tecum ſtare,
Et me tibi ſociare
In planctu deſidero.
Virgo virginum præclara,
Mihi jam non ſis amara:
Fac me tecum plangere.
Fac, ut portem Chriſti mortem,
Paſſionis fac conſortem,
Et plagas recolere.
Fac me plagis vulnerari,
Fac me Cruce, inebriari
Et cruore Filii.
Flammis me urar ſuccenſus,
Per te Virgo ſim defenſus,
In die judicii.
Chriſte, cùm ſit hinc exire,
Da per Matrem me venire
Ad palmam victoriæ.
Quando corpus morietur,
Fac, ut animæ donetur,
Paradiſi gloria.
Amen.

LABORATORIO RESTAURO
A. Lombardi 1971
Via Valsolda n. 125-127
Tel. 899908